Ll
a
3

Hos Mureti Tomos duos in Corn. Tacitū ac Salustiū, alterū in Aristotelis Ethica ac Xenophonte cū epistolis M. Antonij Bonciarij compactos dono mittebat And. Schottus Antverpianus Patri Jacobo Stasero Societatis sodali D.

Neapolim
anno partae salutis
CIƆ.IƆCVII.

~~[illegible]~~

μνημόσυνον amoris

Collegij Neapol. Soc. Iesu.

M. ANTONII MVRETI PRESBYTERI ET CIVIS ROMANI COMMENTARII

IN QVINQVE LIBROS ANNALIVM CORNELII Taciti.

EIVSDEM *IN SALVSTIVM NOTAE.*

Acceſsit

ANONYMI FACVLA GEORGIO CODINO Curopalatæ accenſa.

Omnia

Nunc primùm in lucem prolata.

ANNO *MDCIV.*

Cum gratia & priuilegio ſacræ Cæſareæ Maieſt.

INGOLSTADII,

Ex Typographia ADAMI SARTORII.

NAPOLI

Moja Neuad. [illegible]

PROGRAMMA

IN COMMENTARIOS M. ANT. MVRETI AD ANNALES TACITI.

VANAE iam TACITVM *tacete linguæ,*
Veſtrarum ſatis eſt calumniarum.
Scabrum dicitis eſſe, quotquot ESTIS;
Et plenum ſalebrisq́ confragisq́.
Vos nati ſalebrisq́ confragisq́,
NOCTES *hic habet:* ATTICAS. *Sed illas*
Veſtris SOLIBVS *antepono* NOCTES.
MVRETI *modò lingua vos refellit,*
Linguæ proxima lingua TVLLIANAE:
Quæ dum prædicat æſtimatq́ veris
Tantam laudibus eruditionem,
Veſtras (inuidia audiente dicam)
Cogit cedere criminationes.
Iam nullæ TACITVM *tacete linguæ,*
Sed talem TACITO *parate plauſum;*
Felix Vindice Scriptor ille tanto,
Qualem repperit vnus, omnis optat.

ILLVSTRISSI-
MO DOMINO PHILIP-
PO PRINCIPI AC COMI-
TI ARENBERGIO, BA-
roni Seuenbergæ, &c.

ADFERO tibi, ILLV-
STRISSIME COMES,
M. Antoniũ Mu-
retum. Nec peri-
culum eſt fore, vt quæras; Quid
hominis MVRETVS? Iniuriam
tibi facerem, ſi Muretum adeo
tibi ignotum exiſtimarem. Cę-
terum, quia nõ deſunt à litte-
ris amœnioribus & politiori-
bus Muſis tam auerſi, vt Mure-
tum vix de nomine norint; &

quia clariſſimorum virorum memoria ad poſteros quoque propaganda eſt, ideo committere non poſſum; quo minus hic in tuam aliorumque gratiam publicè proponam illam tabellam, in qua Mureti vitam & ingeniũ iam olim dextrè & artificiosè depinxit ANDREAS SCHOTTVS Antuerpianus, Societatis IESV ſacerdos, qui pleraque opera Mureti, necdum in lucem edita, poſt exceſſum Auctoris ex ipſius aduerſariis eruit, & vt conſeruarentur, effecit. Ita igitur Schottus.

MAGNVM ingenium M. ANTONII MVRETI, magnaq; optimarum artium doctrina, & ingens liberaq; homine digna

digna cognitio: quas artes bonas ad Iuris Ciuilis tractationem adoleſcens attulit, claruitq́, dum vixit, in Galliæ & Italiæ Gymnaſiis, Eloquentiæ laude, hiſtoriarum, Philoſophiæ, Græcarum litterarum, Romani denique iuris antiqui peritia floruit. Adeo verò celeriter ingenij gloria exſplendeſcere cœpit, vt admodum adoleſcens æquales omnes longo poſt ſe interuallo reliquerit: & prius docere alios ipſe incœperit, quam per ætatem alij in litteris videre aliquid conſueuerint. Sic enim ille teſtatum reliquit: (cui enim potius fides habeatur?) ad Muretum, fratris filium, quem patruus, & moribus, & diſciplinis informandum ſuſceperat, ita ſcribens: Mihi puero, inquit, cum alia multa, « tum præceptores defuerunt. Hoc enim af- « firmare poſſum, poſt annum ætatis meæ duo- « decimum, nullo me ad vllam artem, neque « priuatim, neque publicè præceptore vſum eſ- « ſe. Quamquam enim Pictauij, quo me pa- « rentes, ad excolendum ingenium miſerant, « ibam interdum ad eos, qui ius ciuile profite- « bantur, perrarò tamen id faciebam, neque «

» tam vt quicquam ex eis diſcerem, quam vt
» meis animum explerem, qui me ei ſtudio ad-
» dixerant. Eueniebat id mihi indomita qua-
» dam peruerſitate, ac peruicacia ingenij, vt
» nullum doctorem triduum ferre poſſem. Cu-
» ius improbitatis valde me poſtea, ac diu pœ-
» nituit, pœnitetq́ue. Hæc ille. Nimirum luxuriant ſæpenumerò præſtantia, & præcocia illa ingenia: quæ veluti flumina extra alueum ferri ſolent: & incredibilis illa vis ingenij cancellis contineri, donec matureſcat, creſcatq́ue cum ætate iudicium, ægre poteſt.

Tali præditus ingenio Muretus, non æquales modò, ſed & doctores ſuos facile ſuperat: πολλοὶ γὰρ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων: vt qui ad illum audiendum confluerent, ob ſingularem eius tum indolem, ſpemq́ue doctrinæ, & morum elegantiam, plurimi in Aquitaniæ Scholis reperirentur: è quo quidem ludo, tanquam ex equo Troiano priſcis illis temporibus, (vt Auſonius & D. Hieronymus memoriæ prodiderunt) diſerti viri exſtiterunt. Nec anguſtis illis finibus

M. An-

M. Antonius contentus, Italiam diſciplinarum parentem adire conſtituit. Venetias itaque ſimul attigit diſcipulorum numero clarus, caruſque Patritiis, in Patauinum Gymnaſium, honoris gratia, miſſus, eloquentiæ ibi de ſuperiori loco doctoris perſonam ſuſtinuit: vt quaſi Hercules alter Gallicus apta ex ore cathena, in quam vellet cumque partem raperet auditores. Inde ab Hippolyto Cardinali Eſtenſi, poſt hominum memoriam ampliſſimo, doctorumque hominum peramante, Romam ductus eſt, vixitque in vrbis, & orbis luce, Principis illius beneficentia, poſt etiam Gregorij XIII. Pontificis Max. vereque ingeniorum parentis liberalitate. Docentem iuuentus, non vt exterum hominem, vt aliâs ſolet, exſibilare auſa, ſed vt cœlo delapſum hominem ob ſingularem coniunctam doctrinæ, morumque facilitati eloquentiam, ſuſpicere, attentéque audire, ſolita. Orantem diſertè in purpuratorum Patrum conſeſſu ſic placuiſſe accepimus, plauſumque meruiſſe: vt diſertum ſermonem, dicendique venuſta-

tem mirarentur Senatores; populus etiam Romanæ ciuitatis iure donaret. Erat enim maior in eo Latini ſermonis puritas, & inaffectata elegantia, quàm à Tranſalpino homine ciues expectarent. Iam enim à puero Comicorum principem, & Latinitatis optimum auctorem, vt nomine ipſo iubebatur, manibus triuerat, edidiceratq́; feliciter. M. verò Tullium eloquentiæ parentẽ de manib. nunquam depoſuit, & in Scholis vt regnaret, conſtanter ſuaſit. Philoſophos in ſinu geſtabat; in oculis verò Peripateticæ ſcholæ antiſtitem Ariſtotelem; quẽ & ſæpenumero lingua ſua loquẽtẽ publice explanauit: interdum & ad Platonẽ ipſum reſpectum habuit. Carmen quoq; ita pangere, ſi Muſa afflarẽt, vt vtro magis cæteris æui ſui antecelleret, pedeſtrine, an proſa oratione, incertum ſit; quod Maroni & Tullio negatum ferunt: quorũ ille numeris vincta tantum oratione delectatus, à ſoluta abſtinuit: huius verò carmina Martialis, & Iuuenalis ſalibus, atque dicteriis riſum debere videntur.

At natu iam grandior, quæ lubricæ ætatis laſciua Poëmata exciderant, adeo damnauit, vt vno, ſi fieri poſſet, igne extingui, ſpongiaq; deleri optaret, quæ iuuenis liberius luſiſſet: ad ſacros Hymnos Deo Diuiſq; concinendos animum, cogitationemq; conuertit: ratus, id quod erat, hunc vnum eſſe Chriſtiani poëtæ finem ſcopumque: obſcena vero poëmata, vt impura ingeniorum ludibria, tẽporis ſimul, & mentis bonæ, ſcribenti iuxta ac legenti iacturam afferre. Qui? Græcas literas adeo diligenter è fontibus hauſerat, lectitando aſsiduè, & memoriter pronunciando, vt par in vtriuſq; orationis facultate euaſerit: verſibus etiam Græcis luderet interdum, vitæq; ſalubria præcepta, quæ in manibus ſunt, Græcè traderet epiſtolaſq; conſcriberet. Hic enim animi ſenſus illius fuit, vt non contentus in ludo, tanquam in ſcena, & Orcheſtra placuiſſe, pluſuſq; tuliſſe, vt de poſteritate etiam excelſo animo cogitaret: viuuſq; etiamnum intereſſe poſteris, colloquendo, commentando, beneq; de omnibus merendo, ſcriptis ad æternitatem

monumentis exoptaret. quod & conſecutus eſt, non paucis viuente ipſo; aliis autem poſt mortem publicatis.

En ILLVSTRISSIME COMES talis ac tãtus vir fuit Muretus; inter ſeculi noſtri ornamenta ex præcipuis vnum, cuius in TACITVM ET SALVSTIVM commentarios, vel potius Notas & obſeruationes, nunc tandem in publicum proferimus poſt tot à funere Auctoris annos: quæ longè meliores, ornatiores, vberiores & locupletiores in manus eruditorũ veniſſent, ſi Mureto diuturnior vita obtigiſſet. Qualeſcunque tamen ſint, dignæ non erant diutius latere; multò minus peri-

perire. Sat ſplendoris & ornatus habent vel ab ipſo MVRETI clariſſimo nomine. Adiunget & tuũ, ILLVSTRISSIME DOMINE, non parũ dignitatis & lucis; ꝙ poſtumis hiſce præſcripſimus: vt tibi aduentum ad hanc Academiam publicè gratularemur, aliique etiam, qui in has lucubrationes incident, Academiæ SOLEM hunc ARENBERGICVM, feliciter exoriri optarẽt, poſt tot alios PRINCIPES, qui Lyceum hoc præſentia & diligentia ſua celebrius effecerunt, inter quos Illuſtriſſimus quoque PARENS tuus in Albo Academico eminet, cuius tu

nūc veſtigia ingreſſus, ea præclaræ indolis das documenta, vt nullius negotij ſit præcipere, quantas aliquando Reipublicæ Chriſtianæ allaturus ſis vtilitates, præſertim ſi virtutes illas, quæ hoc florente æuo in te eluceſcunt, ita habeas & tractes, vt aucta ætate pariter augeſcant & ipſæ; inter quas familiam ducit inſignis illa tua erga Deum cæliteſque pietas, veræq; religionis amor ac ſtudium. Nec parum etiam amabilem in te, iudico moderationem illam, vel potius modeſtiam in tanto dignitatis culmine opumq; affluentia; cum

ſum-

ſumma comitate, conſpicuo COMITIS, vt ſic dicam, monili, coniunctam. Quibus, quod honeſtiſſimarum artium cognitionem adiungis; itaque diuerſas terras luſtras & obis, vt à libris nunquam abeas, rectè ac præclarè facis. Probitatis enim atq; eruditionis quaſi biga inuectus rectà veheris & fereris, cum ad nominis perẽnem famam & gloriam; tum ad immortalem illam vitam; omnis virtutis vnicè expetendum præmium; curſuſque huius & peregrinationis ſupremum terminum. Vale. Ingolſtadij. Kal. April. M.DCIV.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, DOMINO PHILIPPO AB ARENBERG,

BARONI A SEVENBERG, Domino ſuo obſer-uandiſsimo.

VIRVM quæ faciunt beatiorem,
Prudentemq́ hominem, catumq́ue reddunt:
Hæc ſunt; Hiſtoria, & Magiſter vſus.
ARENBERGE decus nitens Iuuentæ
Quæ ſe dat ſtudio politiori,
Et Muſas recolit celebriores,
Nobiliſſime perge, perge, Princeps
Quibus Te via Prouidentiæ altis
Tutò tramitibus vehit, regitq́.
En illam Tibi ſubminiſtrat Vſus;
Qui ſenſim veniet Tibi videnti
Vrbes & varios ſitus locorum,
Multorumq́ hominum modos agendi.
Vſu tutior. at Magiſtra vitæ
Adeſt Hiſtoria. En tibi benignam
Manum porrigit. Et tuo per auras
Felici auſpicio volare poſcit.

Hanc

Hanc Tu ſume manu libentiore
Et voluas oculo beniguiore
Et figas animo tenaciori.
Certum eſt (vanè etenim haud volo ominari)
Si, iam quod faciunt, docere pergunt
Te tuta Hiſtoria, & Magiſter Vſus
Te Virum facient beatiorem
Prudentemq́ hominem catumq́ reddent.

Iacobus Delacourt, T. Illuſt.
Dom. à Cubiculo.

IN NOTAS M. ANT. MVRETI AD SALVSTIVM.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI COMITI PHILIPPO ARENBERGICO.

MVSIS nate PHILIPPE *Gratiiſqúe,*
Flos inter Comiteſq́ Principeſqúe;
Mureti tibi dedicat LVCERNA
Suas POSTHVMA *lucubrationes;*
Terſas pumice lucubrationes,
Et CEDRO MINIOQVE *LITTERATAS.*

Quales

Quales debuit aut habere CRISPVS
Quales debuit aut parare MARCVS.
Nam tales vbi lucubrationes
CRISPVS *viderat, hæſit, & rotundæ*
Miratus genium ſtilumq́; Muſæ,
Chartas credidit eſſe TVLLIANAS.
Sed priſcæ memor æmulationis,
Vnde, inquit, poterat, vel vnde norat
Meam TVLLIVS *explicare mentem,*
Meæ TVLLIVS *hoſtis ille menti?*
Hoſtes cæpimus eſſe, non perennes:
Criſpo parcite TVLLIOQVE *linguæ,*
Sentitis bene conuenire nobis.

M. AN-

M. ANTONII MVRETI CVM ANNALES TACITI EXPLICANDOS SVSCEPISSET.

ORATIO.

NEQVE *pars vlla ſtudiorum humanitatis aut amœnior eſt, aut fructuoſior quam hiſtoria: neq; vllius gentis hiſtoria eſt, quæ cum hiſtoria populi Rom. aut magnitudine, aut pulchritudine, aut omnis generis exemplorum copia & varietate contendat: neque ex ingenti ſcriptorum, qui res Romanas litterarum monumentis prodiderunt numero quiſquam eſt, quem merito quis* C. Cornelio Tacito *anteponat. Nam ſi nihil eſt hominis animo iucundius, quam diſcere: & eorum quæ ſuapte vi ac natura iucunda ſunt, tanto quidq; iucundius, quanto laboris ac moleſtiæ minus exhibet: dubitare de hiſtoriæ ſuauitate nemo poteſt: cum ſcripti genus nullum ſit, ex quo aut plura aut citius & minore animi contentione diſcantur. Artium præcepta, dum traduntur, moleſta ſunt: mathematica non plures pulchritudi-*

ne inuitant, quam difficultate deterrent: illa ipſa princeps & regina artium philoſophia nũquam tam multos habuit ſtudioſos ſui, vt non plures obtrectatores habuerit: vna hiſtoria eſt, quæ omnium ſtudia alliciat, aures teneat, animos mulceat: à qua ſi quis abhorrere ſe dicat, parum abſit, quin ipſe ſe ne hominem quidem eſſe fateatur. Paruulos pueros, in quibus naturæ vis maxime elucet, veriſsimeq́; perſpicitur, nulla re magis quam narratiunculis duci videmus: qui etiam ſæpe, vt aliquem fabellas narrantem audiãt, eas ipſas, quibus cum maxime operam dant, luſiunculas deſerunt. Iſti ſuperbi ac diuites, librorum & litterarum omnium oſores, qui ſibi è ſtolido ac ſupino pulcherrimarũ rerum contemptu gloriam quærunt, vt tamen ſic quoq́; aliquod hominis ſimulacrum ac veſtigium retineant, ab hiſtoria non penitus abhorrent. Itaq́; in illis ipſis quoq́; atriis, cenationibus, cubiculis, vnde aliæ omnes litteræ omnisq́; honeſtas exulat, in menſa tamen aliqua, aut in abaco interdum videas expoſitos vna cum fritillo, & turricula ac teſſeris ceteroq́; inſtrumento aleatorio etiam libros aut hiſtoriam, aut aliquid hiſtoriæ vtcumq́; ſimile continentes. Vt enim muſtum bibunt, qui viui veteris acrimoniam & auſteritatem non ferunt: ſic pueri, &, viri puerorum ſimiles, quia ſerio ſcriptæ hiſtoriæ grauitatem ſeueritatemq́; non capiunt, inanibus ſe fabulis, propter quandam illarum cum hiſtoria ſimilitudinem oblectant. Sed ſuperuacaneum

taneum eſt, de voluptate, quæ ex hiſtoria percipitur, pluribus dicere: cum id de ſuo quiſque ſenſu iudicare facile poßit.

Vtilitas autem quanta ex hiſtoriæ tractatione capiatur, quis non videt? Mitto iam quod illum apud Platonem in Critia Ægyptium ſacerdotem Soloni dixiſſe memorant, ſemper pueros eſſe, qui vetuſtatis cognitione careant: illius quidem omnium humanarum rerum moderatricis prudẽtiæ vnde maior vis quam ex hiſtoria colligi poteſt? Non enim auium cantu, aut volatu, non inſpiciendis pecudum fibris, non interpretandis hariolorum cantibus futura præноſcuntur: quis cuiuſque conſilij aut incepti exitus eſſe ſoleat, qui diligenter notauerit atque obſeruauerit, is demum, quid ex quo euenturum ſit, optime ac certißime prouidebit. Quanquam enim non certa quadam & immutabili ſerie res humanæ voluuntur, magnaque eorum varietas & inconſtantia eſt: vt hoc ipſum, quemadmodum dicebat Agatho, veriſimile ſit, multa præter id quod veriſimile eſt euenire: plerumque tamen è ſimilibus ſimilia exiſtunt: neque vlla certior regula eſt iudicandi quo quæque res euaſura ſit, quam inſpicere, quem exitum ſimilia in longinquitate temporis ſæpius ac frequentius habuerint. Quod ſi aut temporis hominibus ad viuendum conceßi breuitas aut ipſa vitæ ratio pateretur, vt idem homo multa ſæcula, integra mente integriſque ſenſibus vixiſſet:

 mul-

multas prouincias obiiſſet, ad intimas principum virorum de grauiſſimis rebus conſultationes frequenter adhibitus eſſet : omnium ſententias audiiſſet : rationum, quibus quiſque niteretur, pondera ac momenta diligenter expendiſſet : obſeruaſſet poſtea, & notaſſet diligenter, quid ex quo conſecutum eſſet : quis non incredibilem quandam in eo vigere vim conſilij crederet ? quis non eius ſententiam de rebus gerendis in oraculi propemodum loco ac numero habendam fateretur ? Atqui quod natura nobis denegat, præſtat hiſtoria, vt qui eam diu ac diligenter peruolutarunt, omnibus ætatibus vixiſſe, omnes regiones perluſtraſſe, omnibus publicis conſiliis interfuiſſe, omnia quæ vnquam contigerunt, præſentes ſpectaſſe atque annotaſſe videantur.

Nam quod alicubi Ariſtoteles ait, maiorem quandam eſſe poëtices quam hiſtoriæ cum philoſophia coniunctionem : quod hiſtoria tantum quid factum ſit, exponat, poëtica, quid fieri debuerit : id quale aut quomodo accipiendum ſit, alias fortaſſe videbimus : illud certe & extra omnem controuerſiam eſt, & ab eodem philoſopho alibi traditur, in grauibus & ſeriis deliberationibus cum maximus exemplorum vſus ſit, è poëtis quidem petita exempla in vulgus interdum aliquid valere : at apud graues & cordatos viros multo maiorem vim ea, quæ ex hiſtoriis ducta ſunt, obtinere. Nam quod

Hora-

Horatius Homerum commendans dicere auſus eſt, quid honeſtum, quid turpe, quid vtile, quid inutile ſit, melius eum ac plenius, quam philoſophos, docere: id ego de hiſtoria longe verius ac iuſtius dicere auſim. Etenim philoſophi primas rerum cauſas inquirunt, in præceptis communibus latiſſimeque patentibus occupantur: ſingula non fere conſiderant. Omnis autem actio, omniſque deliberatio ſingulis in rebus verſatur: neque quiſquam vnquam, num bellum gerendum foret: ſed num huic populo aduerſus illum hoc tempore gerendum foret, deliberauit. Vt igitur medicus, qui multis ægrotis adſederit, multos curauerit, multis arteriam explorauerit, venam ſecuerit, medicamenta miſcuerit, quid ex quoque accidere ſoleat, notauerit, ſæpe ad medendum vtilior eſt eo, qui maiorem quidem rerum medicarum ſciētiam ex Hippocratis libris hauſerit, ſed illa cognitione contentus, nunquam hominis ægroti lotium aſpexerit: ſic ad conſultandum melior, qui multa eiuſdem generis ſingularia in hiſtoriis adhibito iudicio notauerit, quam qui ex philoſophorum ſcriptis communia quædam uiuendi præcepta cognouerit. Optandum quidem eſt, vt vtrumque adſit: ſed ſi alterutro carendum ſit, malim experientem & exercitatum hominem ſine illa vniuerſa cognitione totius generis, quam erudite & ſublimiter de vniuerſo genere diſputandi peritum, vſus & exercitationis expertem. Hunc

in ſchola libentius audias, illum vtilius in conſilium adhibeas. Sed de vtilitate hiſtoriæ & dicta ſunt à me alias multa, & dicentur: & cum quæcumque potuero dixero, ſemper tamen multa ſupererunt.

Quanto autem populus Rom. ceteris gentibus imperij magnitudine præſtitit, tanto hiſtoria populi Rom. ceterarum gentium hiſtoriis antecellit. Nullius populi obſcuriora & tenuiora principia: nullius admirabiliores progreſſus; nullius tanta maieſtas, tanta in proſperis rebus moderatio, in aduerſis animi magnitudo: nuſquam & virtutum & vitiorum omnis generis aut plura exempla, aut illuſtriora. Quod ſi nulla gens eſt vſque eo immanis ac barbara, quæ non in rebus geſtis Romanorum cognoſcendis plurimum operæ ac ſtudij collocet: quid nos facere oportet, qui Romæ viuimus, qui è Romano cælo ſpiritum ducimus, qui poſt tot acceptas clades, tot calamitates, tot ſtrages à bacchantibus barbaris, vt à petulantibus ſeruis viduæ & effœtæ iam dominæ inſultantibus, editas, tam multa tamen illius antiquæ virtutis ac maieſtatis monumenta cotidie intuemur? An cum tam multos ingenioſos & eruditos homines in remotiſſimis gentibus natos, tam longinqua itinera ſuſcipere, tantos ſumptus facere, tam multis ſe laboribus ac periculis exponere videamus, vt Romam videant: quod ita iudicant, ſe melius ac perfectius

hiſto-

hiſtoriam Romanam intellecturos, ſi ipſum vrbis ſitum, ipſa mœnia, ipſas veterum arcuum, trophæorum, templorum quamuis laceras & diſiectas reliquias, illos tot olim nobilitatos victoriis colles viderint: nos, quibus otioſis hæc omnia in oculos aſſidue incurrunt, rerum Romanarum cognitionem negligemus? Quarum per ſe tanta pulchritudo eſt; vt etiam ſi ſcripta eſſent horrido aliquo & inculto orationis genere, ſuapte tamen vi hominum ſtudia excitarent: nactæ autem ſunt eiuſmodi ſcriptores, qui, quamcumque ſibi ſcribendi materiam ſumpſiſſent, digniſſimi tamen ſtudio propter ipſum ſcribendi genus fuiſſent. Non enim poteſt quiſquam dicere, in ſcriptores rerum Romanarum intuens, Cur hæc tanta ingenia ſe dignius aliquod ſcribendi argumentum non elegerunt? neque rurſus illud, Cur res tam claræ tamque illuſtres, non in aliquos magnitudine ſua dignos ſcriptores inciderunt? Ita rerum magnitudo præſtantia ingenia euocauit: ſcriptorum præſtantia rerum magnitudinem adæquauit. Quid enim, vt ceteros in præſens omittam, ipſos modo principes nominem, aut Salluſtio grauius ac neruoſius, aut Liuio grandius & vberius, aut Tacito preſſius, prudentius, limatius, omni ex parte perfectius fieri poteſt? Cuius annales quoniam hoc anno, quod Deus fauſtum ac felix eſſe velit, vobiſcum vna communi ſtudio euoluere, viamque vobis ad eos fa-

cilius intelligendos, vt potero, præire decreui, pauca mihi quædam de eo dicenda ſunt : non vt eum laudem : nam cum ipſe ſe ſatis tacitus laudet, ego quoque præſtantiam ipſius tacitus admirari malo, quam & infantiam meam prodere & laudes ipſius, ingenij culpa deterere : Sed vt iis reſpondeam, qui & Tacitum tanti à me fieri, & me tam diu, tanto ſtudio, vt mihi eius publice interpretandi poteſtas fieret poſtulaſſe mirantur. Hodiernam autem orationem meam illi ipſi qui Tacito obtrectant, breuiorem reddiderunt. Nam ſi Tacitus mihi laudandus fuiſſet, neceſſe habuiſſem vndique conquirere ac colligere quæcumque veteres à perfecto hiſtoriæ ſcriptore exigenda eſſe dixiſſent, ac prolatis exemplis oſtendere, ea omnia Tacitum cumulatiſſime præſtitiſſe : quod & ſi veriſſime fieri poterat, propter ipſam tamen multitudinem & varietatem arduum ac difficile fuiſſet. Nunc Taciti quidem virtutes melius ac commodius in progreſſu operis ſingulas notabimus : hodie, niſi temporis excludamur anguſtiis, pauca tantum quædam refutabimus ac refellemus, quæ in eum temere ab imperitis coniici ſolent.

In primis autem illud poſitum ſit, quæ ſumma ſcribentium laus eſt, eam Tacito ab omnibus vno ore tribui ; nullum vnquam ſcriptorem prudentiorem ac conſideratiorem fuiſſe : ſiccam ac ſobriam eſſe illius oratio-

orationem, adſtrictam verbis, denſam ſententiis, nihil in ea notari poſſe diffluens, nihil inane, nihil redundans: ſingulis ſæpe verbis ſingulas ſententias contineri. Magna laus: & quæ in quo ſit, facile ei alias deeſſe patiaris. Nam vt in iis quæ poßidentur, ea plurimi fiunt, quorum exigua moles eſt, pretium ingens: vt aurum, vt gemmæ: vt in cibis ij maxime laudantur, qui minimum retrimentorum habent, plurimum ſucci: ita maximi facienda oratio, quæ paucißimis verbis plurimum ſententiæ amplectitur. Indicat enim, ſe in pectore non in ore naſci. Hæc præcipua orationis virtus, quæ ex omnibus ſcriptoribus latinis in Tacito præcipue cernitur, effecit, vt omnium ætatum ſapientißimi quique, qui non inani verborum ſono, ſed bonitate & grauitate ſentẽtiarum ducerentur, præcipuo in honore Tacitum ſemper habuerint, eiuſq; aßiduam & accuratam lectionem principibus viris omnium vtilißimam iudicarint. Neq; vero vt id ita eſſe doceam, illo præcipue argumento nitar, quod M. Tacitus non Imperator tantum, ſed prope ſingularis exempli Imperator, huius noſtri imaginem in omnibus bibliothecis collocari, libros, ne perirent, quotannis decies deſcribi, & in archiis ciuicis aſſeruari voluit: cum ſe etiam ab eo genus ducere gloriaretur. Vetera illa iam & obſoleta: & exemplorum quæ tantopere à temporibus noſtris remota ſunt, minus magna vis eſt ad permouendum. Paulus III. P. M. quo nullum ſapiẽtiorem ſenem noſtra vidit ætas,

Tacitum ſæpe relegendo contriuerat: neq; vllum profanum ſcriptorem æque libēter legebat. Coſmus Medices, qui primus Magnus Etruriæ Dux fuit, homo factus ad imperandum, qui eam, quæ vulgo fortuna dicitur, in conſilio & prudētia conſiſtere docuit, Taciti libros in deliciis habebat: eorumq; lectione auidiſſime fruebatur. Neq; non hodie multi aut principum, aut eorum qui de ſummis rebus à principibus in conſilium adhibentur, eundem ſtudioſiſſime legunt, & quaſi pro magiſtro quodam prudentiæ habent. Nunquid igitur mouebimur ſtultis quorundam vocibus, qui niſi quod ipſi didicerunt, nihil diſcendum putant: &, quoniam à magiſtris ſuis nihil olim præter bucolica Virgilij, & paucas Ciceronis *epiſtolas, & orationem, ſi forte, aliquam audierunt, ab iis me diſcedere, & vobis grauiora proponere, iniquo animo ferunt? An quiſquam veſtrum eſt, qui eo conſilio ſtudia ſequatur, vt in puluere ſcholaſtico conſeneſcat? Cur igitur ea potius conſectemur, quæ tātum in ſcholaſticis concertatiunculis inter adoleſcentulos, aut ſenes adoleſcentulis ſtultiores oblectamento, quàm quæ olim grauiſſimis in negotiis emolumento futura ſint? Vos vero iſtos nugatores contemnite, præſertim cum illa leuiora aut iam didiceritis, aut, qui ea vſq; ad tædium inculcent, in omnibus vicis ac triuiis obuios quamlibet multos: qui Tacitū interpretari aut poſſint, aut velint, non multos ſitis habituri.*

Nunc, quæ in eo culpari à nonnullis ſoleant, exponerem,

ponerem, eaq; omnia, vti pollicitus eram, refutarem ac refellerem: ſed video me longius progreſſum eſſe dicẽdo, quàm à principio exiſtimaram. Fefellit me Taciti amor: cuius laudes cum hodierno die tacitas prætermittere ſtatuiſſem, auferri me poſtea paſſus ſum: neq; mihi potui, ne eas ſtrictim & modice attingerem, temperare. Vereor autem, ſi longius orationem producere voluero, ne & vobis moleſtiæ ſim, & iis qui poſt me in hunc locum conſcenſuri ſunt, impedimento. Quare, quæ ſupererant, in craſtinum, ſi vobis quoque ita videtur, differam: neque metuam, ne quis me hodie iuſto breuiorem fuiſſe dicat. Nam & in his primis velitationibus noſtris, iuſtiq; curſus ac certaminis quaſi proluſionibus breuitas culpari non ſolet: & verum eſt, quod ait Varro, portam itineri eſſe longiſſimam. Equos ipſos, vbi diu quieuerunt, qui longum iter ingreſſuri ſunt, fatigare primo itineris die non ſolent. Si tot præſtantibus viris, qui huc hodie conuenerunt, vt dicendo placerem, conſequi fortaſſe non potui: at certe, breuiter dicẽdo, minus vt moleſtus ſim, conſequar. Sed vtinam, auditores, vtinam & breuis hodie viſus ſim, & quicumque me vnquam audient, breuem ſemper fuiſſe me doleant. Quanto ſuauius eſt, abeuntes dicere, cur hic tam cito deſiit? Quàm abire cupientes; Quando tandem hic deſinet? Nimio ſatius eſt, quod cum fame relinquit, quam quod ſatietate diſtendit.

Qui me à Taciti interpretatione deterrere cupiebant,

bant, quinq; præcipue quæ illi obiicerent, reperiebāt. Primum quod illorum temporum hiſtoriam contexuiſſet, quibus vetus illa S.P.Q.Romani maieſtas & amplitudo conciderat, quibus illi paulo ante terrarum domini, acerbiſſimo tæterrimorum tyrannorum dominatu oppreſſi tenebātur. Non iam amplius Camillos, Curios, Fabricios, Maximos, Lælios, Scipiones, aliaq; virtutum non hominum nomina in hiſtoria repertum iri, ſed degenerem & oblitum virtutis auitæ populum, ſed ſenatum ad ſeruilem adulationē proiectum, ſed propoſita vitiis quæ quondam virtutibus deferebantur præmia, ſed vnius impuri hominis libidinem extincta legum auctoritate dominantem. Quod ſi vere dictum eſſet à ſummis philoſophis, principum mores eſſe ſpeculum ciuitatis, ceteramq; multitudinem ad imperantium exempla componi: quem virtuti locum eſſe potuiſſe in ea vrbe, in qua, non homines, ſed monſtra ex omni vitiorum fæce ac colluuione concreta regnarent? Melius itaq; conſulturum eſſe me ſtudiis veſtris, quando Romanam hiſtoriam tractare animus erat, ſi eorum vobis temporum hiſtoriam proponerem, quibus Populus Rom. foris aduerſus barbaras gentes, domi aduerſus vitia perpetuum bellū gerebat, neq; ceteros populos bellica magis virtute, quam innocentia & integritate ſuperabat. Abire in mores, quæ diſcuntur in ſcholis: & ea fere quemq; imitando exprimere, quibus legendis audiendiſq; puer aſſueuerit. Neque deerant, quod equidem

valde

*valde miratus ſum, qui non dubitarent mihi aucto-
res eſſe, ſi res ſub imperatoribus geſtas perſequi vel-
lem, vt Suetonium potius, quàm Tacitum ſumerem:
quem ipſi & meliorem Tacito latinitatis auctorem,
& nitidiori ac floridiori genere orationis vſum dice-
rent. Erant etiam,qui, quod maximum in hiſtorico
vitium eſt,fidem quoq; Taciti accuſarent,quod mul-
ta mendacia hiſtoriis ſuis admiſcuiſſet. Neq; tamen,
quanquam ſæpe à me orati vt id facerēt, mendacium
ipſius proferre vllum poterant: duorum tantum ve-
terum ſcriptorum teſtimonio id peruincere niteban-
tur:quorum Vopiſcus aliquando mentitum in hiſto-
ria Tacitum diceret:Tertullianus eum mendaciorum
loquaciſſimum vocaret. Addebāt tertio loco,impium
ac nefarium eſſe ſcriptorem, qui Chriſtianæ religioni
aperte infenſus & inimicus fuiſſet. Aſperum præterea
& inſuauem ac ſpinoſum, & cum cuius difficultate
ad eruendas ſententias perpetuo luctandum foret.
Poſtremo male latine locutum:idq; non vulgus modo
dicere, ſed ipſos etiam præcipuos Taciti amatores cõ-
fiteri.Cuius igitur libri & corruptiſſimorum tempo-
rum hiſtoriam,eamq; ipſam neque ſatis fideliter ſcri-
ptam, & melius ab alio traditam continerēt, & au-
ctoris ſui manifeſtam impietatem proderent, & mo-
leſto atq; odioſo propter obſcuritatem, & parum la-
tino ſermone conſtarent, cauſſam eſſe nullam,cur,tot
potioribus omiſſis, in eo potiſſimum conficere huius
anni curriculum vellem. Ad quæ omnia reſpondere
conſi-*

conſtitui,ne præiudicata multorum opinio cuiuſquã veſtrum aut animũ auocet,aut retardet induſtriam.

Primum igitur conſiderãdum eſt, reſpublicas hodie perquam paucas eſſe: nullam eſſe propemodũ gentem quæ non ab vnius nutu atq; arbitrio pendeat, vni pareat, ab vno regatur. Ergo hac ſaltem in parte propius accedit ad ſimilitudinem temporum noſtrorum, ſtatus ille rerum qui ſub imperatoribus, quam qui imperante populo fuit. Quo autem quæq; hiſtoria rerum noſtrarum ſimilior eſt, eo plura ſunt in ea quæ diſcamus, quæ ad vſum conferamus, quæ ad vitam moreſq; referamus. Quanquam autem Dei beneficio ætas noſtra Tiberios, Caligulas, Nerones non habet: prodeſt tamen ſcire quomodo etiam ſub illis viri boni ac prudentes vixerint, quomodo & quatenus illorum vitia tulerint ac diſsimulauerint: quomodo neq; intempeſtiua libertate vtentes, vitam ſuã ſine vlla publica vtilitate in periculum obiecerint, neq; tamen fœda & probroſa laudantes, placere ſibi vllam turpitudinem oſtenderint. Multa ſæpe ſunt in principibus, quæ vir bonus laudare non poteſt, tegere & tranſmittere ſilentio poteſt. Ad ea conniuere qui neſciunt, & ſibi periculum creant, & ipſos principes plærumq; deteriores faciunt. Multi enim qui vitia ſua latere credunt, ſponte ea paulatim exuunt, ne detegantur: & dum ſe bonos haberi putant, boni fiunt. Iidem, ſi turpitudinem ſuam palam eſſe videant, iam famæ ſecuri, quæ palam dici vident, palam quoq; faciunt:

ciunt: & famam dum bonam deſperant, malam negligũt. Melius autem feret minora & pauciora principum vitia, qui quomodo olim viri boni ac fortes plura & grauiora pertulerint, cognouerit.

Quod ſi quis ſub principibus corruptiſſimis viros ſingulari virtute præditos extitiſſe non putat, magno in errore verſatur. Vixit ſub Tiberio, vt ceteros taceam, Germanicus, cui ego omni genere laudis ne ex illis quidem veteribus Romanis quemquam antepono. Vixit ſub Claudio Seneca, & Seneca, quanquã fortaſſe par nemo, ſimiles tamen multi. Neronis ætas multos habuit, quorum virtutem vix ipſius vitia æquarent. Omninoq; ita eſt vt dicam. Vt palmam aiunt aduerſus onera, ſic virtus aduerſus vitium contumax ſurgit: & vt in Ætnæ montis cacumine, vbi maxime viret flamma, herbam quoque finitimam maximè virere perhibent, quaſi ipſa ſecum contendente natura, & nolente fecunditatem ſoli, vicinorum ignium ardore ſuperari: ſic plerumq; vbi maxima vitia dominantur, maxime virtutes erumpunt, quæ cum illis certamen ſuſcipiant: &, ſi ſuperiores eſſe non poſſint, non tamen hoſtibus ſuis triumphum ſine dimicatione concedant. Non igitur, ſi plærique Imperatores vitioſi fuerunt, idcirco bonis & vtilibus exemplis, temporum, quibus illi rerum potiti ſunt, hiſtoria caritura eſt. Sed & ipſa improba exempla nos interdum ad virtutem acuent: cautiores certe & conſideratiores efficient. Ex illa perpetua ſimulatione Ti-

ne Tiberij, ex illo vultu ac ſermone alia omnia quàm quæ cogitabat præſeferente diſcemus, caute cum principibus agere, neq; ſemper illorum vultui ac blanditiis fidere. Diſcemus, quæ principes occulta eſſe volūt, ea, etiam ſi ſciamus, neſcire, neq; altius, quam ipſi velint, in eorum arcana penetrare. Iuuabit in Seiano videre quam in lubrico ſit eorum potētia, qui ſe malis artibus apud principes omnia poſſe rentur: quamque ſæpe vbi diu in alios cōtumelioſe debacchati ſunt, & præcipites decidant ipſi, & alios in idem exitium trahant. Sic ipſa quoq; improba exempla proderunt. Sed de his ſatis.

Iſtos autem ſatis mirari non poſſum, qui, vbi de Tacito agitur, Suetonium nominare audent. Nihil equidem detrahendi ſtudio dicam. Longe enim id & ab ingenio & ab conſuetudine abhorret mea: neq; is ſcriptor eſt Tacitus, cui gloria ex aliorum vituperatione quærenda ſit: ſed inter eum & Suetonium nimium quātum intereſt. In Suetonio nihil eſt ex quo eius aut prudentiam aut eloquentiam aut eruditionem vllam eximiam agnoſcas. In Tacito quid horum emineat, ideo difficile dictu eſt, quia eminent omnia. Suetonium certe nemo vnquam veterum aut inter eruditos aut inter diſertos nominauit. At Tacitus habitus eſt ætatis ſuæ ſine controuerſia eloquentiſſimus: & quæ virtus Demoſtheni maximā inter græcos gloriam peperit, quā illi δεινότητα appellant, eam, vt propriam & peculiarem Tacito tribuunt omnes

Eloquen-

Eloquentiſſimum quidem illum vocat Plinius: & illud Eximium in eo fuiſſe ait, vt σεμνῶς diceret. At Suetonium S. Hieronymus laudat. Magnum teſtimonium, ſi laudat. Nō enim ſanctitate tantum Hieronymus ſed & eruditione & iudicio præſtitit. Quomodo igitur laudat? Eadem libertate ſcripſiſſe eum ait Cæſarum vitas, qua ipſi vixerunt. Non magna laus, ſi laus eſt: ſed ego laudem eſſe non puto. Quid enim laudis habet, cum Cæſares in ſumma licentia atq; impudentia vixerint, orationis turpitudine, ipſorum flagitia æquaſſe, quæque illi perpetuis tenebris operienda patrarant, ea nudis & prætextatis verbis in lucem & in aſpectum hominum protuliſſe? Itaque nihil apud Suetonium frequentius legas, quàm exoletos, & ſpintrias & cellarios, & nubentem Neroni Sporum, Doryphoro Neronem: voces etiam, quas in illis flagitiis miſerint: quaſi hæc ſcire, poſterorum intereſſet: quorum cōmemoratione non ſcriptorem modo, ſed ipſas chartas erubeſcere oportebat: cum hæc interim ita ſubtiliter ac particulatim perſequitur, vt docere voluiſſe videatur. In Tacito nihil ſimile reperias. Talia aut præterit, aut ita ſignificat, vt odiſſe & abhorrere videas, non, vt illum alterum, cupide in eis immorari. Inter Vopiſcos igitur & Spartianos, & Lampridios & eiuſmodi vitarum ſcriptores Suetonius emineat, illa ſe iactet in aula: hoc ceteris melior, quod ætatis beneficio, melius quàm illi latine loquitur: ad Taciti quidem gloriam aſpirare, aut ſe cum eo

conferre ſe voluerit, omnium eruditorum conuicio vapulabit. Equidem quod ad me attinet, *Suetonij lectionem, non minus quam Catulli aut Martialis adoleſcentibus pernicioſam, etiam confirmatæ ætatis viris periculoſam puto.*

At mendax eſt in hiſtoria Tacitus. Mitto quod ſi hoc maxime conſtaret, eum, hiſtoricorum more, aliquid interdum eſſe mentitum, non tamen id valde nobis curandum eſſe arbitrarer. Non enim quæ ab eo narrantur eiuſmodi ſunt, vt piaculum ſit, quidquam in eis, quod verum non ſit pro vero credidiſſe. Sed tamen quis eum mendacij accuſat? Vopiſcus. Quid iſte Vopiſcus, quid hominis eſt? Quidam Suetonij Simius, longe tamen ab eo diſtans: qui, cum ſe aliquem videri vellet, affirmauit, neminem ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertineret, non aliquid eſſe mentitum: gloriatuſq; eſt, multa ſe prodidiſſe, in quibus Liuius, Salluſtius, Cornelius Tacitus, Trogus manifeſtis teſtibus conuincerentur. Magna huius, quiſquis eſt, Vopiſci felicitas. nemo vnquam tam curioſe in ipſius mendacia inquiret. Sed tamen quis hoc præſtare auſit, iis quæ hoc hominis ſomnium in tam luculentis ſcriptoribus reprehenderet, veriora eſſe ea, quæ ipſe cum ſuis teſtibus protuliſſet? Quis autem vnquam hiſtoriæ ſcriptor hanc notam effugere potuit? Non tantum apud Theopompum, & apud Herodotum hiſtoriæ patrem dicuntur eſſe innumerabiles fabulæ: ſed & ipſe Thucydides, qui ea ſcripſit, quibus interfuerat, mendacij

dacij à nonnullis accuſatur. Thucydides quoque, ait Ioſephus lib. 1. aduerſus Apionem, vt multa mentitus, à nonnullis accuſari ſolet: qui tamẽ accuratiſſimam rerum temporibus ſuis geſtarum ſcripſiſſe hiſtoriam videtur. Aut igitur ne hoc Tacito noceat, aut Thucydidi quoque, & Liuio, & omnibus denique hiſtoriarum ſcriptoribus noceat.

At Tertullianus, non, vt Vopiſcus, aliqua Tacitum mentitum eſſe dicit, ſed eum mendaciorum loquaciſſimum vocat. Hoc loco peto à Vobis, vt me, quam poteſtis, attentiſſime audiatis. Eadem enim opera & ad id quod ex Tertulliano adfertur reſpondebo, & id, quod Tacito grauiſſimum obiicitur, diluam: eum religioni noſtræ inimicum atq; infenſum fuiſſe.

Ea in vetuſtiſſimis illis veræ ac ſalutaris religionis noſtræ proſeminatoribus ac propagatoribus pietas fuit, quæ vtinam etiam hodie in omnibus nobis eſſet, nihil vt ferrent, nihil auribus acciperent quod Chriſtianum non eſſet: quæ cum Chriſtiana pietate pugnarent, ea omnia reſpuerent, reiicerent, auerſarentur, exſecrarentur. Tertullianus igitur, qui quædam apud Tacitum legiſſet aduerſus Chriſtũ ipſum, Deum ac Dominum noſtrum, & aduerſus Chriſtianos impie dicta, quaſdam etiam fabulas, quæ tum de ſanctiſſimo viro Moſe, deq; religione Iudæorum, vulgo inter imperitos, & veritatis ignaros circumferebantur, ad ea reſpiciens, Tacitum mendaciorum lo-

quaciſſimum vocauit: eademque res magnam Tacito apud multos cõflauit infamiam. Sed nos ſi hoc tempore nihil legendum putamus, niſi quod cum Chriſtiana religione conſentiat, omittamus ſane omnes illos veteres Græcos Latinoſque ſcriptores. Exulet à Chriſtianorum ſcholis Homerus, exulet Heſiodus, & vno verbo, omnes antiqui poëtæ. Nemo eſt enim ex illis, qui non deorum infinitum quandam multitudinem inducat. Nemo Platonem attingat: eius enim ſtudio deprauatus eſt Origenes: & fortaſſis ex eodem fonte fluxere Manichæi. Nemo Ariſtotelem legat, qui quæ de mundi æternitate, quæ de hominis animo diſputat, eis nihil poteſt Chriſtianæ religioni magis eſſe contrarium. Repudientur Ciceronis cum pleraque alia, tum libri præcipue de fato, de diuinatione, de natura deorum. manifeſta enim impietatis & ἀϑεότητ☉ ſemina continent. At illi vixerunt antequam Chriſtus naſceretur: ideoq́ eis facilius ignoſci poteſt. Primum, ſi opus ſit, docere poſſim, hanc excuſationem non valde ad id quod agitur pertinere. Non enim ſi antiquiores fuerunt, idcirco minus prauas opiniones inſerere in animis legentium poſſunt. Sed demus hoc aliquid eſſe. Tollatur igitur Suetonius. in Nerone enim de Chriſtianis contumelioſe & impie ſcripſit. Non legantur epiſtolæ Plinij, oſtendunt enim eum nõ tantum abhorruiſſe à religione noſtra, ſed etiam iudicia exercuiſſe aduerſus Chriſtianos, & eorum non nullos adhibitis tormentis ad eiurãdam Chriſti militiam

litiam compuliſſe. Deleatur grauiſſimus & vtiliſſimus ſcriptor Plutarchus. eaſdem enim, quas Tacitus de Moſe & Iudæis fabulas habet. Quintilianum rhetoribus adimamus. Contumelioſe ipſe quoq; de Moſe loquitur. Iuriſconſultis Vlpianum. librum integrum ſcripſit de pœnis quibus Chriſtiani afficiendi forent. Philoſophis Porphyrium, Simplicium, Auerroem. Quis non eorum ſe Chriſtiani nominis hoſtem profeſſus eſt? Medicis Galenum. Hiſtoriarum ſtudioſis, Ammianum Marcellinum, Eunapium, Zoſimum. Omnes hi alieno à Chriſtianis animo fuerunt: idque ſcriptis ſuis teſtatum ac conſignatum reliquerunt. Quod ſi eos non tamen propterea reiicimus, quid in Tacitum iniquiores eſſe volumus? An quiſquam noſtrum ita infirmus eſt, vt periculum ſit, ne in fide Chriſtiana titubare incipiat, ſi Tacitum Chriſtianum non fuiſſe cognouerit? Doleamus potius illius vicem, & grati aduerſus Deum ſimus, qui animos noſtros maiori luce perfuderit.

Reſtant duo ex iis quæ Tacito ab imperitis obiici ſolere dixi: quod obſcurus & aſper in ſcribendo ſit: & quod male latine loquatur. Equidem cum iſtos de obſcuritate Taciti querentes audio, cogito quam libenter homines culpam ſuam in alios conferant, quantoque facilius omnia alia accuſent, quam ſemet ipſos. Simul mihi venit in mentem ſenis cuiuſdam, de quo vrbane Seneca narrat, eum, cum, ætatis vitio, minus commode oculis vteretur, in quodcumque

cubiculum ingreſſus eſſet, dicere ſolitum, illud parum luminoſum eſſe: maiores feneſtras fieri oportuiſſe. Habeo & ipſe, vtinamque diu habeam, amicum, hominem in primis eruditum, ita ſenem, vt annos propeiam, quemadmodum ait Iuuenalis, dextra computet. Is, cum ſurdaſter ætate factus ſit, ſæpe mecum vero ac ſerio queſtus eſt, prauam conſuetudinem inoleſcere: homines quotidie ſummiſſius, quam ſolebant, loqui. Idem hic quoque euenit. Qui ipſi tenebras in oculis circumferunt, obſcuritatem Taciti accuſant.

At aſper eſt, inquit alius: & Alciatus, amicum ſibi hominem Iouium laudans, non eſt veritus vocare hiſtorias Taciti ſenticeta. Eiuſdem plane iudicij fuit, laudare Iouium & Tacitum vituperare. Nihil tam diſſimile quam inter ſe hi duo. Non diſplicere non poterat Tacitus, cui tanto opere Iouius probaretur. Quomodo autem potuit homo tam teneris pedibus tam multa ſpatia per Taciti vepreta conficere? Nos vero huic molliculo omnino culcitram ſubſternamus & puluillos flore plenos: eiq; à Deo precemur, vt quicquid calcauerit hic roſa fiat. Videre mihi videor ſcortillum Terentianum pro more pitiſſando dicere, Aſperum pater hoc eſt. aliud lenius ſodes vide. Ferat huc ocyus aliquis calicem mulſi, vt flere pupus hic deſinat, & contractam ex Taciti aſperitate moleſtiam leuet. Offeramus ei aliquid Iouij, qui ſe oblectet. Is enim mollis totus eſt, neque quicquam habet

aſperi-

aſperitatis illius, quæ iſtum in Tacito offendit. Non fluit modo, ſed & diffluit. Sic erant olim qui Virgilij verſus, vt horridos ruſticanoſq; culparẽt, magiſq; probarent illa molliora & lenius cadentia Berecynthius Attis, *Et* raptũ vitulo. *noſtis cetera. recitare enim piget. & vt iſti ad aſperitatẽ pauẽt, ſic ego ad ineptias nauſeo. Infanti melimela. mihi aũt miſceatur crater ille* πικρίζων. *Sed iſtæ fatuæ de Tacito conqueſtiones aſſecutũ eſſe eum ꝙ volebat, oſtẽdũt. Imitãdũ enim ſibi Thucydidẽ ꝓpoſuerat, eiuſq; ſe in ſcribendo ſimillimum eſſe cupiebat. In Thucydide aũt & obſcuritas & aſperitas notatur à Græcis, & vtraque inter virtutes illius non inter vitia numeratur. Quãquam enim nuda & perſpicua oratio delectat, interdum tamen in ſcribendo certi cuiuſdã generis laudatur obſcuritas, quæ orationẽ à vulgari loquendi conſuetudine abducẽs, ex ipſa peregrinitate dignitatem ei maieſtatẽq; conciliat, & attentionẽ legẽtium continet. Hoc quaſi velũ eſt, ꝙ ꝓfanis obtẽditur. Sic templa ſubluſtria ingredientes ſacro quodã horrore perfundunt. Aſperitas aũt illa, idẽ plane eſt, ꝙ in vino amarities; quæ in quo eſt, id optime ferre vetuſtatem putatur. Eam Græci ita eſſe in Thucydide perpetuam notarunt, vt cũ ille in piaculi Cylonij narratione aliquid ex ea de induſtria remiſiſſet, leonem riſiſſe dicãt.*

Sequitur poſtrema reprehenſio eorum, qui cum Tacito cetera concedant, male eum latine locutum dolent: cuius calumniæ Andreas Alciatus & Æmilius

Ferretus, quorum tamen vterq; multum operæ ad illuſtrandum Tacitum contulerat, primi auctores fuerunt. Qui ſi ipſi tam bene latine ſcripſiſſent, q̃ ſibi videbantur, non nihil fortaſſe nos illorū commoueret auctoritas. Nunc cum vterq; eorum nō nulla quidem ita ſcripſerit, vt eadem Venus, eadem Suadela, quæ in Bartoli labris ſeſſitauerat, horum quoq; labris inſediſſe videatur: in quibus autē cultiores ac comptiores eſſe voluerunt, oſtenderint tamē, ne quid grauius dicam, ſe aliarum rerum, quam deliciarum latini ſermonis, intelligentiores fuiſſe: Quid eſt cur quiſquam, eorū de re, in qua non multum ſtudij poſuerant, iudicium magnifaciat? Boni iuriſcōſulti fuerint. nihil enim impedio. latinitatis certe non admodum idonei exiſtimatores fuerunt. οὐδ' ἄρα πως ἦν

Εν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.

Audacter dicet aliquis, de talibus viris iudicas. audacius ipſi de Tacito iudicarunt. Qui autem nos ſumus, ſi oēs in vnum conferamur, quicumq; hac tempeſtate latine loqui videmur, vt de ſcriptore ſapientiſſimo, nato iis tēporibus quibus adhuc Romana lingua florebat, plane enim floruit vſq; ad Hadrianum, habito diſertiſſimo ætatis ſuæ, ſequius iudicare audeamus?

At aliter loquitur, quam aut Cicero, aut Cæſar. Credo. aliud enim dicendi genus adamarat. Ne Ciceronis quidem temporibus, omnes qui diſerti habebātur, Ciceroniani erant. Multa in Cicerone Brutus, multa Caluus, multa Pollio, quædam etiam Atticus, non probabant. *At*

At multis vocibus, multis loquendi generibus vtitur, quibus vetuſtiores vſi non erant. Primum quæ hac in re culpa eſt? Non Cicero & multa nouauit ipſe, & aliis, vt alia nouarent, auctor fuit? Cuius eſt illud peculiare dictum: Quod Catoni licuit, cur non liceat Varroni? Licet huc addas: Quod & illis & aliis licuit, cur non licuerit Tacito? Ego cur acquirere pauca, ſi poſſum, inuideor, ait Horatius, cũ lingua Catonis & Enni ſermonem patrium ditauerit, & noua rerum Nomina pro tulerit? Nobis hodie minor eius rei licentia eſt, qui latinam linguam non aliunde quam è libris petere poſſumus. illi ſolutiores ac liberiores, quorum etiam nutrices latine loquebantur. Deinde quis hodie pro certo affirmare audeat cum tanta veterum ſcriptorum facta iactura ſit, ea quæ quibuſdam apud Tacitum noua videntur, non apud veteres quoque in vſu fuiſſe? Si quis hodie in Germania aut in Polonia natus, qui Italiam nunquam vidiſſet, nunquam hominem Italum loquentem audiiſſet; paucos tantum quoſdam libros Etruſco ſermone ſcriptos legiſſet, eoſq; vtcunq; intellexiſſet, & omnium vocularum, quæ in eis legerentur, indicem confeciſſet, deinde incideret in aliquem Florentiæ natum & educatum, qui inter ciues ſuos diſertiſſimus haberetur: & eum notare vellet, tanquam male loquentem, quod quædam diceret, quæ ipſe in illis paucis libris & in illo ſuo præclaro indice non haberet, quis noſtrum in tali ſpectaculo

riſum tenere poſſet? Atqui nihilo minor noſtra ſtultitia eſt, qui in tanta veterum ſcriptorum diſperditione, tam longo temporum interuallo, tanta latini ſermonis obliuione & ignoratione, optimæ notæ ſcriptores damnare non veremur: quorum coqui & muliones multo melius, quam omnes nos, latine & intelligebant & loquebantur. Sed hunc ſermonem nimis in longum duci video. Ego vobis hoc omni adſeueratione confirmo, multa in Tacito noua iſtis videri, quæ ex vltima antiquitate repetita ſunt, quæq; apud Catonem, Varronem, Salluſtium, quædam etiã apud Ciceronem ipſum leguntur: quædam fortaßis nouata: ſed ita vt elegantius non potuerint: quædam parce ex Græco fonte detorta, quibus oratio ipſius, tanquam modice aſperſo ſale ſuauißime condiatur. Et hoc quoq; habet ſimile Thucydidis, in quo Græci Critici, quaſdam voces antiquas, quaſdam ab ipſo cuſas & nouatas notant.

Executus ſum omnia quæ propoſueram. Quod ſi docui, & Tacitum in pulcherrimo argumẽto eſſe verſatum, & fruſtra fidem illius in dubium vocari: neq; debere nos abſterreri ab eo legẽdo, quod iniquus Chriſtianis fuerit: & puerile eſſe quod quidam de obſcuritate ipſius & aſperitate conquerũtur, & deſipere qui eum male latine locutum putant: quæſo obteſtorq; vos ne oblatam vobis hoc tempore euoluẽdi præſtantiſſimi ſcriptoris occaſionem, fruſtra eam fortaßis olim deſideraturi amittatis.

M. AN-

M. ANTONII MVRETI IN PRIMVM LIBRVM ANNALIVM CORNELII TACITI

COMMENTARIVS.

IN Cornelij Taciti annalibus explicandis hanc rationem tenere conſtitui: vt in iis quæ quotidie interpretanda ſumam, primum quidem ea quæ ad hiſtoriam pertinebunt, accuratiſſime ac ſubtiliſſime perſequar, efficiamq; quoad potero, ne quid illorum intelligentiam veſtram, ſi me attente audietis, effugiat: ea deinde, quæ ad verborum elegantiam, quibus hic ſcriptor lectiſſimis, & ad id quod vult exprimendum accommodatiſſimis perpetuo vtitur: quæ ad ſtructuram ac conformationem orationis, in qua nemo vnquam diligentior fuit: quæ denique ad eloquentiam facere putabo, indicem eorumq; vos commonefaciam: poſtremo colligam & excerpam ex eo præcepta ad prudentiam præcipueq; ad ciuilem prudentiam pertinentia: quorum incredibilem quandam

dam vim his libris contineri, omnes ſummo conſenſu, etiam qui alioqui Tacito iniquiores ſunt, confitentur. Quod ſi ſemper eundem ordinem tenere non potuero, certe tamen horum trium nunquam vllum ſciens omittam. Ita nullus fere abibit dies, quo non ij qui mihi operam dabunt, & veteris hiſtoriæ ſcientiores & latinæ linguæ intelligentiores, & aliquo ad inſtituendem vitã præcepto auctiores inſtructioreſq; diſcedant. Cuius rei vt guſtum iam nunc capere aliquem liceat, agedum, principium hoc, quo reddendam rationem conſilij ſui, viamq; ſibi ad id quod inſtituerat, præmuniendam cenſuit, mecum vna conſiderate.

Vrbem Romam.*& cet. vſq; ad illud:*Poſtquã Bruto] *Exponit quæ cauſſa fuerit cur Romanam hiſtoriam ſcripturus extremis potiſſimum Auguſti temporibus ſibi exordiendum putauerit. Cauſſa autem hæc eſt: quod res Romana ab vrbe condita vſq; ad id tempus claros ac luculentos ſcriptores nactæ eſſent, à quibus memoriæ proderentur: at ea quæ ſubſecuta erant, ſatis cum fide nemo ſcripſiſſet: id autem à ſe facilius poſſe præſtari, quod quæ res aliis ſcriptoribus, ne veram & incorruptam hiſtoriæ fidem retinerent, obſtiterant, earum ſibi nulla impedimento eſſe poſſet.*

Reges habuere] *Ita quod antiquiſſimum in terris nomen imperij eſt, idem in vrbe primum fuit. Regnatum autem eſt in vrbe annos CCXLIV. aut, vt alij CCXLV.* Liber-

Libertatem] *pulſis regibus, regioq; nomine in perpetuum ſublato, ob conſtupratam per vim à Sexto Tarquinio Superbi filio Lucretiam: quæ animæ quidem ſuæ exitum, populo autem Rom. aditum ad libertatem eodem pugione patefecit.*

Et conſulatum] *Duo autem Conſules inſtituti, vt ne amplius ſumma rerum omnium poteſtas penes vnum eſſet, tum, vt in altero perfugium foret, ſi quid alter moliretur iniuſti. Creati annui, vt modeſtius & innocẽtius imperarent, cum ſcirent ſe quoque, exacto anno priuatos fore, & à ſe adminiſtrati magiſtratus rationem poſtulatum iri. Ex illo igitur quamdiu viguit reſp. ſummum in vrbe imperium Conſulum fuit. Quod ſi quæ inciderunt mutationes, breues tamen illæ fuerunt, vſq; ad imperium Auguſti: quodq; his verbis exſequitur Tacitus.*

Dictaturæ ad tempus ſumebantur] *Obiicere fortaſſe poterat aliquis. Quid Conſules modo nominas? Nonne reſp. & ſub Dictatoribus interdum, & ſub Decemuiris, & ſub Tribunis militum fuit? Reſpondet, illa omnia breuia & extraordinaria fuiſſe. Quis & quoto primum anno ab vrbe condita dictator creatus fuerit, inter auctores ambigitur: & Liuius ipſe in tanta diſcrepãtia negat id pro certo conſtitui poſſe. Plures tamen in hoc conſentiunt, creatum eſſe anno nono poſt reges exactos. Primum alij M. Valerium Voluſum, alij T. Lartium faciunt. Creabatur fere periculoſis reip. temporibus. Regia plane*

plane dictatori poteſtas: aut etiam maior. Inconſulto enim populo animaduertere in cuiuſq; ciuis Rom. caput poterat. neq; ab eo, antiquis temporibus prouocatio erat: quam etiam à regibus fuiſſe ex libris Ciceronis de rep. notat Seneca epiſtola CIX. Poſtea tamen etiam à dictatoribus prouocari ad populum potuit. Antiquitus magiſter populi dicebatur. Creabatur è Conſularibus, & ab altero conſulum viua voce ſine populi ſuffragiis. Interdum tamen Senatuſconſulto permiſſa populo eius creandi poteſtas. Equum aſcendere non poterat niſi prius rogato populo, vt id facere liceret. Id temperamentum quoddam immenſæ illius poteſtatis fuit. Creato eo, aliorum omnium magiſtratuum ceſſabat auctoritas. Soli Tribuni plebis manebant: qui etiam aliquando dictatoribus interceßiſſe memorantur. Terminabantur ſexto menſe, niſi, ita poſtulantibus reip. neceßitatibus prorogaretur. Ideoq; ait Tacitus, dictaturas ad tempus ſumi ſolitas. Duo ſoli dictatores perpetui creati, L. Cornelius Sulla, & C. Iulius Cæſar: quorum ille, cum amplius XL. millia ciuium occidiſſet, auſus eſt dictaturam deponere, ſeq. publico ſine vlla cuſtodia credere: Cæſar, qui ob id Sullam litteras neſciſſe dicebat, cum & eam retineret, & regium nomen, ſpecie recuſantis, flagrantißime ambiret, anno poſt oppreſſam remp. tertio & dictatura ſimul & anima ſpoliatus eſt. Quales Romæ dictatores, tales propemodum in Græcia Æſymnetæ.

Neque

Neque X.viralis poteſtas vltra biennium: neque Trib. militum conſulare ius diu valuit.] *Anno ab vrbe condita vt Liuius numerat, CCCI. vt alij CCCII. Cum iam Conſularis imperij quo plerique ſuperbius & immoderatius vtebantur, plebem pertæſum eſſet, creati ſunt ex Senatuſconſulto Decemuiri legibus ferendis, conſulari imperio ſine prouocatione, qui tum ex patriis inſtitutis ac legibus, tum ex moribus ac legibus Athenienſium ceterarumque Græciæ ciuitatum, quas legati ob eam rem triennio ante in Græciam miſſi, tum primum attulerant, iura deſcriberent, quibus poſtea in perpetuum Senatus Populusq; Rom. vteretur. Editæ tum ab iis decem tabulæ: quibus cum duas adhuc deeſſe percrebuiſſet: Creati in annum quoq; ſequentem Decemuiri, qui illud quaſi corpus iuris abſoluerent. Grata vt ſolet, ea mutatio plebi fuit: quamdiu ſe Decemuiri comiter modeſteq; geſſerunt. Sed vbi dulcedine dominationis abrepti, ſuperbiam ac libidinem, prope perpetuas immodicæ potentiæ comites, nō exercere tantum, ſed & oſtentare cœperunt: iamq; eos in perpetuū ſibi imperium continuare velle conſtabat, commota plebs non prius tumultuari deſiit, quam reiecto decemuiratu, reſp. in priſtinum ſtatum reſtitueretur. Præcipua tumultus cauſa, Ap. Claudij libido. qui cum Virginiæ ingenuæ ac pudicæ virginis inſano amore correptus, nihil precibus, nihil pretio, nibil minis perficere potuiſſet: allegato M. Claudio cliente*

ſuo,

ſuo, qui eam in ſeruitutem poſtularet, auſus etiam aduerſus omne fas, contraq; legem à ſe latam vindicias in ſeruitutem dare; patrem virum fortem eo neceſsitatis adduxit, vt medio foro, in ipſius Claudij & vniuerſi populi oculis, filiam vnice caram iugulare ipſe manibus ſuis maluerit, quam pati, vt ipſius pudicitia à quoquam minueretur. Vt igitur regibus Tarquinij, ſic Decemuiris Appij vaſana cupiditas è manibus imperium extorſit. Quod autem Tacitus negat decemuiralem poteſtatem vltra biennium valuiſſe; cum tamen decemuiri, etiam ex tertio anno aliquid délibauerint: rectè facit. Etenim cum illud tempus, in quod eis mandatus populi ſuffragiis erat decemuiratus, abiiſſet: priuati iam erant etiam ſi per vim magiſtratuum nomen & inſignia retinebant. Liuius quoque ait, eam primam eueniſſe in Reip. Rom. forma mutationem: ſed eo minus inſignem, quod diuturna non fuerit.

. Nec tribunor. militum conſulare ius diu valuit.] *Ab anno vrbis CCCVIII. vſque ad annum CCCLXXXVI. ſumma inconſtantia creati ſunt modo conſules, modo, eorum loco ſeni plerumque tribuni militum conſulari poteſtate. Cauſa tumultuandi, quod plebs conſulatum, ad quem vſq; ad id tempus ſoli nobilitati aditus patuerat, ſecum quoque communicari volèbat. tribuni autem militum terni ex patriciis ſiue nobilibus, terni ex plebe creabantur. Neque quieuit, donec quod volebat, obtinuit,*

nuit, creato primo plebeio conſule L. Sextio. Tribunorum igitur militarium conſulare ius neq; diu valuit, & ſæpe interruptum eſt.

Non Cinnę non Sullæ longa dominatio.] *Anno vrbis DCLXVI. Cinna & Cn. Octauius Coſ. ciuitatem in partes diſtraxerunt: cum Cinna Italicos, ciues nouos, in XXXV. veteres tribus diſtribueret, Octauius veterum ciuium cauſam dignitatemq; defenderet. Pulſus ab vrbe per ſeditionem Cinna: & in eius locum L. Merula flamen dialis, conſul ſuffectus. Cinna magnis copiis collectis, ad Vrbem venit. Oppugnata vrbs eodem tempore à quattuor exercitibus: quibus Marius, Cinna, Carbo, & Sertorius præſidebant. Qui tandem ingreſſi, hoſtilem in modum, rapinis omnia cædibusq; vaſtarunt. Trucidati omnes prope principes ciuitatis. Cinna velut in Vrbe capta dominans, cum ſibi conſulatum in triennium continuaſſet, poſtremò in apparatu belli aduerſus Sullam à militibus ſuis interfectus eſt. Non igitur longa eius dominatio fuit. Ne Sullæ quidem multò longior: qui cum profligatis Cinnanis Marianisq; partibus, omnia ciuili ſanguine cruentaſſet, ciuiumq; quos proſcripſerat, bona haſtæ ſubiiciens, prædam ſe ſuam vendere dixiſſet, dictator perpetuus factus, quadriennio poſt, dictaturam ſponte depoſuit.*

Et Pompei Craſsiq; potentia cito in Cæſarem. Lepidi atque Antonij arma in Augu-

ſtum ceſſer.] *Cum plurimum in ciuitate poſſent M. Craſſus & Cn. Pompeius Magnus, ſed inſenſis animis diſsiderent : conciliauit eos inter ſe C.Cæſar, ſeq. cum eis ita coniunxit, vt iam ex eorum trium nutu tota reſpub. omniaque Romæ ex ipſorum voluntate gererentur, vt recte cecinerit Lucanus:*

Facta tribus dominis communis Roma.--

Sed non ita multo poſt, trium potentia in vnum Cæſarem ceſſit: qua fretus remp. oppreſſit. Rurſus, interfecto Cæſare cum ſpes quædam libertatis affulſiſſe videretur; tres extiterunt, qui inter ſe imperium partirentur: M.Antonius, M.Lepidus. Et D.Iulius Octauianus, qui poſtea vocatus eſt Auguſtus. Is breui, fuſo ac profligato Antonio, Lepido Circeios amandato, omnia in poteſtatem ſuam redegit. Nota hæc etiam vulgo, ideoq; in eis non immoror.

Qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa.] *Ob idq; ad domandum faciliora, frániq; vt ita dicam patientiora.*

Nomine Principis ſub imperiũ accepit.] *Principis nomen multo leuius eſt ac mollius, quã aut regis, aut dictatoris aut imperatoris. Nam ſi vim vocabuli ſpectes, nulla eo ſignificatur poteſtas in alios: princeps enim nihil aliud eſt quam primus. Lucretius.*

Quod patrio princeps donarat nomine
regem.

Et princeps ſenatus nõ plus poteſtatis habebat quam

ceteri

ceteri ſenatores: ſed tantum primus ſententiam dicebat. Principio igitur Auguſtus non illo odioſiori & inuidioſiori nomine imperatoris vtebatur: quo tum ſumma omnium rerum poteſtas indicabatur: cum tamen ex Senatuſconſulto quod Cæſare dictatore factum erat, eo tanquam Cæſaris filius, vti poſſet. Sed illi immodicæ nulliſq; circumſcriptæ finibus poteſtati, principis nomen obtendebat. Ita ſæpe quæ aſpera & intoleranda ſunt, mitioribus vocabulis molliuntur. Suetonius in Auguſto: Domini appellationem ſemper exhorruit. Cum, ſpectante eo ludos pronuntiatum eſſet à mimo, ô Dominum æquum & bonum: & vniuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent: ſtatim manu vultuque indecoras adulationes repreſsit: & inſequenti die grauiſsime corripuit edicto: dominumq; ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus ſuis vel ſerio, vel ioco paſſus eſt: atq; huiuſmodi blãditias etiam inter ipſos prohibuit. *Sic poſtea Tiberius cuidam ſe* dominũ *vocanti ſuccenſuit: vetuitq; ne ſe amplius contumeliæ cauſa appellaret: cũ diceret, ſe ſeruorum tantum dominum, militum imperatorem, ceterorum ciuium principem eſſe. Tanta plærumq; vulgi væcordia eſt, vt quæ maxime auerſari & horrere ſe dicit, ea ſibi ſub aliis nominibus patiatur obtrudi. Sed imperatorum Romanorum aures (tanta eſt vis conſuetudinis) paulatim factæ ſunt ta-*

lium contumeliarũ patentiores: vt ſe iam non modò dominos, ſed & deos vocari æquiſsimo animo ſinerent. quid dixi, ſinerent? non nulli etiam iuberent.

Puto in iis quæ hucusq; ex Tacito recitata ſunt, nihil ſupereſſe obſcuritatis. Nunc vt inſtituimus, ea denuo relegentes, quæ ad ſermonis elegantiam pertinent, adnotemus. Ac primum illud vrbem Romam, *quod principio poſitũ eſt, habet aliquid granditatis: imitatumq; fortaſsis eſt ex illo Salluſtij:* Vrbem Romam, ſicuti ego accepi, condidere atq; habuere initio Troiani. *Sed & illud* habuere, *ita propriè eleganterq; poſitum eſt, vt nihil ſupra.* Habere *enim tenere, poſsidere dicebant eos qui dominarentur: vt & apud iuris conditores, is demum proprie poſsidere dicitur, qui animo domini poſsidet. Virgilius.*

--genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat. *Horatius.*

O quæ beatam diua tenes Cyprum.

Et potentes dicebant τοὺς κρατοῦντας. *Idem.*

Sic te diua potens Cypri. *id eſt,* κύπρου κρατοῦσα, κύπρου μεδέουσα, καὶ ἀνάσσουσα. *atq; inde vt opinor, non à pedibus neq; à ſedibus, ductum eſt verbũ poſsidendi, vt cuius quis rei potens eſt, eam poſsidere dicatur. Eodem igitur modo & hic accipitur verbum* habuere. *Sic in illo dicto Ariſtippi: cui cum obiectum eſſet, quod haberet Laidem:* Habeo, *inquit,* ſed

ſed nõ habeor. *Ita enim vertit Cicero in epiſtolis,* ἔχω, ἀλλ᾽ οὐκ ἔχομαι. *Sappho.* Κύπρον πάφον τ᾽ ἔχουσα πάντα κλῆρον. *Sic alicubi Seneca auaros ait non diuitias habere, ſed à diuitiis haberi, id eſt non ipſos pecuniæ ſed ipſis pecuniam imperare.* Habere *eſt regere:* haberi *regi. Sic vir vxorem habere dicitur: vxor à viro haberi. Nunc cõſiderate mihi orationem ſingulari artificio cõformatam.* Dictaturæ,*inquit,* ad tempus ſumebantur. *hoc ſeorſum: deinde quia inter decemuiros & tribunos militum conſulari vtroſq; poteſtate magna ſimilitudo erat, vtroſq; eodem verbo deuinxit.* Neq; decemuiralis,*inquit,* poſtea v. b. n. Trib. m. c. ius diu valuit. *Eademq; cauſa fuit cur Cinnam Sullamq; coniungeret.* Non Cinnæ,*inquit,* non S. l. d. *Illa quoq; plane gemina, triumuiratus, ita enim vocari poteſt, Pompei, Craßi, Cæſaris, qui Cæſari, & triumuiratus Antonij, Lepidi, Auguſti, qui Auguſto gradus ad opprimendam remp. fuit. Conuincienda igitur & hæc fuerũt. Cumq; illos plurium dominatus cæſim membratimque dixiſſet, ſimplicem & abſolutam vnius dominationem, ſimplici & abſoluta verborum comprehenſione concluſit:* Qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa, nomine Principis ſub imperium accepit.

Hic vero, auditores, licet mihi cum Virgilio dicere, ----maior rerum mihi naſcitur ordo. Maius opus moueo. *Sequitur enim quod tertio loco me facturum eſſe dixi, vt ex his Taciti verbis, ea, quæ ad*

ciuilem prudentiam pertinent colligam: qui maximus hiſtoriæ fructus eſt. Hoc igitur dum facio, quaſo diligenter attendite. Inprimis diligenter animaduertendum cenſeo luculentum exemplum eorum, quæ de rerump. conuerſionibus ac mutationibus, deq; earum cauſis homines ſapientiſſimi tradiderunt. Iuſtiſſimum enim eſt maximeq; naturæ conſentaneum imperium regium: vt quod plane ſimile ac geminum ſit paterno. Itaq; poëtæ Iouem eundem patrem ac regem hominum ac deorum vocant. Et Homerus Vlixem ait erga populos ſuos tanquam mitem quendam patrem fuiſſe. Sed humani animi vitio regnum in tyrannidē facile degenerat. Magna enim poteſtas inebriat homines eoq; interdum eos perducit, vt vnicum potentiæ argumentum, contumeliæ licentiam putent. Irritantur ergo & exaſperantur multitudinis animi, quæ ſi ducem nacta ſit, non conquieſcit, donec aut tyrannum cum ſtirpe exſtinxerit, aut, eo pulſo, iugum ſeruitutis excuſſerit. Ita Sex. Tarquinij libido, vt non regnum modo longa iam vetuſtate confirmatum ac corroboratum, ſed vt nomen ipſum regium ex rep. Romana in perpetuum tolleretur, effecit. Debent igitur reges eo ipſo putare ſibi minimum licere, quia plurimum licet: neq; poſſe ſe populos regere, niſi cupiditates ſuas rexerint: ac præcipue cauere, ne in ſe viros fortes ac magno animo præditos prouocent. Humiles enim & abiecti, quanquam eis quoq; abſtinendum eſt, plærumq; tamen accepta iniu-

iniuria aut muſſant, aut, ſi quid moliri voluerint, non magno negotio comprimuntur: at prouocata virtus acres ſub pectore ſtimulos ſubiicit: neq; facile reſtinguitur ardor vindictæ, quem in viri fortis animo indignitas contumeliæ accenderit. Minore periculo in vili aliqua & abiecta muliercula peccaſſet Tarquinius. at quod in ea peccatum foret, cui pater Sp. Lucretius, vir Collatinus eſſet, ſola regni euerſione poterat expiari. Simile quiddam & poſtea decemuiris accidit: quorum poteſtatem, quaſi incendium aliquod, in ciuitate graſſantem, Virginiæ ſanguis extinxit. Expulſis igitur tyrannis, ſeruitutem conſecuta libertas: iiq; qui antea minimum poterat populus, plurimum poſſe cœpit. Neq; tamen ἄκρατος illa libertas fuit, qualis Athenis erat, vbi Plato ait non hominibus modo, qua ſeruis, qua liberis, ſed mulis etiam & aſinis ſummam licentiam fuiſſe: immo vero rudis ille & expers Græcarum artium, populus, qui vſq; ad id tempus nihil præter ligones & arma tractauerat, ita remp. ſuam temperauit, vt non Solon, non Lycurgus melius id ac ſapientius præſtare potuiſſe videatur. Nam cum tria ſint recta reip. genera, regnum, poteſtas optimatum, & poteſtas populi: eaq; omnium optima ac firmiſſima ſit, quæ non ſimplex omnino, atq; vnius generis fuerit, ſed è ſingulis quod in quaq; optimum videtur excerpſerit, qualis antiquitus Lacedæmoniorum fuit: ſummo conſilio videntur veteres Romani ſuam ex tribus illis generi-

bus permiſcuiſſe ac temperaſſe. Ac regium quidem nomen auerſabantur & oderant: regiam tamen poteſtatem multas ad res, præcipueq; ad bellicas, neceſſariam intelligebant. Multo enim melius adminiſtrantur bella, cum vnus ſummæ rerum præeſt, quam cum multorum expectanda ſententia eſt: & hoc vel præcipue Demoſthenes ſuperiorem Philippum Athenienſibus dicit. Ac videre eſt hodieq; in eis ciuitatibus, quæ à multis reguntur, cum bellum gerendum eſt, vnum deligi, cui poteſtas in exercitu ſumma tribuatur. Vt igitur Lacedæmone bini reges erant, quorum vnus domi iura ciuibus redderet, deq; iis, quæ tempus poſtulare videretur, ad ſenatum referret; alter cum è finibus eduxiſſet exercitum, vitæ neciſq; poteſtatem in eos qui militabant obtineret: Ita Romani binos conſules poteſtate prope regia creauerunt, qui in Vrbe quidem ciuium controuerſias diſceptarent, ſenatum conſulerent, haberent comitia, ad populum, quæ ex vſu erant referrent, milites conſcriberent, exercitibus autem ſummo ac plane regio cum imperio præeſſent: ita tamen vt ſcirent rationem ſe poſtea eorum, quæ geſſiſſent, exigendos. Hoc Romani ſapientius, quod Lacedæmoniorum regnum & perpetuum erat & hereditarium: Romani conſules & creabantur ſuffragiis ciuium, & annui erant. Hoc igitur temperamento adhibito, quod in regibus odioſum erat, ſuſtulerunt: quod ſalutare ac neceſſarium reip. retinuerunt. Iam vt apud Lacedæmonios

in

in ſenum collegio, ſic apud Romanos in ſenatu optimatum poteſtas perſpici poterat. Vt apud illos in omnibus vitæ partibus probatum eſſe oportebat, qui ſe in collegium ſenum admitti poſtularet: ſic apud hos non niſi ſpectatæ virtutis & prudentiæ viri in ſenatum à cenſoribus legebantur, & ſi qui non ſatis ex illius ordinis dignitate ſe gererent, mouebantur. Senatus de grauioribus criminibus aut cognoſcebat ipſe, aut cognitionem mandabat, pecuniam publicam in poteſtate habebat, legationes mittebat, miſſas ab aliis audiebat, de publicis omnibus negotiis conſulebatur, ac decernebat; ſine ſenatus auctoritate non bellum ſuſcipi, non pax fieri poterat. Summa in illo conſilio grauitas, ſumma dignitas, ſumma maieſtas erat: vt non immerito Cyneas Pyrrhi Legatus interrogatus, qua ſibi Romani ſenatus viſa facies eſſet, totidem ſibi regum conſeſſum viſum eſſe reſponderit. Vt igitur ſi quis conſulum modo potentiam ſpectaſſet, facile putaſſet Romam regio adhuc imperio ſubeſſe, ita qui ſenatus tantum auctoritatem conſideraſſet, optimatum eam gubernationem eſſe exiſtimaſſet. Præcipua tamen poteſtas penes populum erat. Et hoc ſignificat Tacitus, cum ait: Libertatem & conſulatum L. Brutus inſtituit. *Libertatem enim cum dicit, democratiam intelligit: cuius præcipuum finē eſſe Plato & Ariſtoteles docent, ἐλευθερίαν, καὶ ἰσηγορίαν, καὶ ἰσονομίαν, id eſt, vt omnes in ciuitate libere viuant, libere loquantur, & æquo iure ſint. Itaq; antiquitus*

qui libertatē aut potius licentiam amabant, & more ac modo ſuo viuere volebant, Athenas potiſſimū confluebant: quod illic maxime omnibus libera omnia eſſent. & eo reſpiciens ille ex Adelphis Sannio.

Hiccine, *inquit*, aiunt libertatem æquam eſſe omnibus?

Sed ne extra ſepta, quod aiunt, euager, plurimū Romæ, vt modo dicebam, populus poterat. Populus leges ferebat: quarum præcipuum in omni ciuitate robur eſt: & ex quibus maxime, qualis quæq; reſpub. ſit iudicatur: populus honores & imperia mandabat: populus ſolus de capite ciuium iudicabat. Ita quibus duabus rebus vitam hominum contineri dicebat Democritus pœna & præmio, earum vtraque, populi poteſtate continebatur. Admirabili etiam conſilio prouiſum ac proſpectum erat, ne harum partium vlla ceterarū vtilitatibus carere: ne ve conſules aut ſenatū aut populū, neu ſenatus populū, aut populus ſenatum deſpicere, ſuamq; cauſam à cauſa cōmuni ſeiungere ac ſeparare poſſet: ſed oēs mutuæ indigētiæ vinculo, quo nullū firmius eſt, inter ſe adſtringerentur. Vix itaq; videbatur vlla res euenire poſſe tanta, quæ perturbaret illā harmoniam, quæ tā bene fundata labefactaret, tam ſapienter colligata diſſolueret: ſi rerum humanarum fragilitas & inſtabilitas quidquam in eis æternum eſſe pateretur. Quidā conſulatu inſolentius vſi, rerum nouarum ſtudium in populi animis excitarunt. Creati decemuiri: quod ſparſa in plures poteſtas

ſtas & licẽtia & inuidiæ minus habitura videretur. Indignatur enim fere plebs aut vnũ aut paucos poſſe omnia: plures dominos æquiori animo ferunt: cum ſperent obſtituros alios ſi quid vnus ſuperbe aut improbe moliatur. His quoq; poteſtate abutentibus, ob idq; deiectis, varie creati modo conſules, modo tribuni militares: vt male affectis ac laborantibus iucunda, etiam interdum in deterius, crebra mutatio eſt. Sed res ipſa docuit veriſſimum eſſe quod ſcripſit Plato, nihil tam cauendum eſſe ciuitatum fundatoribus, quàm ne pro vna duas faciant ciuitates. Sunt autẽ duæ pro vna ciuitates, quoties pars altera ciuium dominatur ac floret, alteri ad honores & imperia ita præcluſus aditus eſt, vt eum recludere ne virtus quidem, quæ ſola veri honoris mater eſt, poſſit. Hoc inter ciues perpetui cuiuſdam odij atque inuidiæ ſeminarium eſt: neque poteſt quiſquam ex animo eam rempublicã amare, in qua ſe laboris ac periculi participem, honoris ac dignitatis exſortem videat fore. Quo magis amanda & admirãda Eccleſiaſtica reſp. eſt: in qua, vt alia; ſic hoc quoq; diuinitus inſtitutum ac receptum eſt, vt neq; paupertas, neq; generis obſcuritas aditum ad ſummas dignitates cuiquam, qui modo virtute ac meritis nitatur, occludat. Huic incommodo Romani de principio non ſatis proſpexerant, qui ſoli nobilitati, id eſt patriciis: illi enim tunc ſoli nobiles erãt: conſulatum & ordinem ſenatorium patere voluerant: plebeios, maximam, vt in omni

ciuitate multitudinem excluſerant. Neque hoc ſatis, Inter patres & plebem ne conubij quidem ius erat. Ea ſeges ac materia tumultuum: Is fons, hæc origo ſeditionũ fuit. Hinc illæ veteres ſeceſsiones: hinc, etiam his rebus vtcumq; compoſitis, Gracchanæ, Marianæ, ac Sullanæ tempeſtates extiterunt: quæ ſua vtriſque partibus ambitioni aut plebem aut Senatum prætẽdentibus huic vrbi excidium prope ac vaſtitatem attulerunt. Nam hoc quoq; non immerito ægre ferebat plebs, nobiles diuitiis affluere, egeſtate ſe & ære alieno premi: agros ſuis periculis, ſuo ſudore ac ſanguine comparatos, ab aliis ignauia torpentibus, luxuria diffluentibus poſsideri. Magna hinc paupertas, magnæ illinc diuitiæ, perniculoſa res ciuitatibus: mediocritate ſeruãtur. Iam illa Pompeij primum & Craſsi, & Cæſaris; deinde Cæſare extincto, Antonij, Lepidi, & Octauiani coniuratio aperte confirmat id, quod ab iiſdem, quos ante nominaui philoſophis, traditum eſt, non eſſe patiendum, vt in libera ciuitate priuatorum potentia ſupra modum augeatur. Facile enim hoc modo popularis ſtatus in paucorum imperium vertitur: quorum qui primus alios aut vi opprimere, aut dolo circũuenire aut caſu aliquo amouere potuit, is vnus, nemine iam aduerſari audente dominatur. Nunc ſi vobis volentibus eſt, cetera Taciti perſequar.

Sed veteris pop. R. proſpera vel aduerſa cl. ſcr. mem. ſunt.] *Vt Fabio Pictori, Cœlio Antipatro, Q. Quadrigario, M. Catoni, Cornelio Nepoti, Salluſtio, Liuio, aliis.* Tem-

Temporibuſque Auguſti dicendis non defuere decora ingenia. donec gliſc. adul. detererentur.] *Magnum enim Auguſti ætas ingeniorum prouentum extulit. & tamen hodie qui Auguſti temporibus vixerit, & eorum temporum hiſtoriam ſcripſerit, nemo reperitur. Suetonius quoſdam nominat Aquilium Nigrum, Iulium Saturninum, C. Druſum, alios.*

Multa hic quæ ad Latini ſermonis elegantiam pertinent, notanda ſunt. Primum illud, proſpera *&* aduerſa *dici* τὰς εὐτυχίας καὶ τὰς δυστυχίας Aduerſitates *enim latine dicere non poterat. Sic lib. 3.* Inluſtrium domuum aduerſa. *lib. 4.* paternis aduerſis. *& eod. lib.* aduerſis caſuum. *qui locus vulgo deprauate legitur. Sic in libris iuris* incertū condicionis, certum temporis, *quod barbari,* certitudinem *&* incertitudinem *dicunt. Tum illud,* claris ſcr. m. ſunt. ξενικώτερον *dictum, quam ſi dixiſſet, à claris ſcriptoribus. Sic Cicero in diuinatione,* mihi elaboratum eſt. *Sic Horatius,* Diceris Vario. *Propertius,* Dum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. *Virgilius.* Cui non dictus Hylas puer. Decora. *ſunt pulchra,* εὐπρεπῆ *Virgilius in 1.* namq; ipſa decoram Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentę Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. *Idē in quarto.* Terque quaterq; manu pectus percuſſa decorū. *Horatius:* Et Lycū nigris oculis n.q.c.d.

iam

ſuo, qui eam in ſeruitutem poſtularet, auſus etiam aduerſus omne fas, contraq; legem à ſe latam vindicias in ſeruitutem dare, patrem virum fortem eo neceſſitatis adduxit, vt medio foro, in ipſius Claudij & vniuerſi populi oculis, filiam vnice caram iugulare ipſe manibus ſuis maluerit, quam pati, vt ipſius pudicitia à quoquam minueretur. Vt igitur regibus Tarquinij, ſic Decemuiris Appij veſana cupiditas è manibus imperium extorſit. Quod autem Tacitus negat decemuiralem poteſtatem vltra biennium valuiſſe; cum tamen decemuiri, etiam ex tertio anno aliquid delibauerint: rectè facit. Etenim cum illud tempus, in quod eis mandatus populi ſuffragiis erat decemuiratus, abiiſſet: priuati iam erant etiam ſi per vim magiſtratuum nomen & inſignia retinebant. Liuius quoque ait, eam primam eueniſſe in Reip. Rom. formæ mutationem: ſed eo minus inſignem, quod diuturna non fuerit.

. Nec tribunor. militum conſulare ius diu valuit.] *Ab anno vrbis CCCVIII. vſque ad annum CCCLXXXVI. ſumma inconſtantia creati ſunt modo conſules, modo, eorum loco ſeni plerumque tribuni militum conſulari poteſtate. Cauſa tumultuandi, quod plebs conſulatum, ad quem vſq; ad id tempus ſoli nobilitati aditus patuerat, ſecum quoque communicari volebat. tribuni autem militum terni ex patriciis ſiue nobilibus, terni ex plebe creabantur. Neque quieuit, donec quod volebat, obtinuit,*

nuit, creato primo plebeio conſule L.Sextio. Tribunorum igitur militarium conſulare ius neq; diu valuit, & ſæpe interruptum eſt.

Non Cinnę non Sullæ longa dominatio.] *Anno vrbis DCLXVI. Cinna & Cn. Octauius Coſ. ciuitatem in partes diſtraxerunt: cum Cinna Italicos, ciues nouos, in XXXV. veteres tribus diſtribueret, Octauius veterum ciuium cauſam dignitatemq; defenderet. Pulſus ab vrbe per ſeditionem Cinna: & in eius locum L.Merula flamen dialis, conſul ſuffectus. Cinna magnis copiis collectis, ad Vrbem venit. Oppugnata vrbs eodem tempore à quattuor exercitibus: quibus Marius, Cinna, Carbo, & Sertorius præſidebant. Qui tandem ingreſſi, hoſtilem in modum, rapinis omnia cædibusq; vaſtarunt. Trucidati omnes prope principes ciuitatis. Cinna velut in Vrbe capta dominans, cum ſibi conſulatum in triennium continuaſſet, poſtremò in apparatu belli aduerſus Sullam à militibus ſuis interfectus eſt. Non igitur longa eius dominatio fuit. Ne Sullæ quidem multò longior: qui cum profligatis Cinnanis Marianisq; partibus, omnia ciuili ſanguine cruentaſſet, ciuiumq; quos proſcripſerat, bona haſtæ ſubiiciens, prædam ſe ſuam vendere dixiſſet, dictator perpetuus factus, quadriennio poſt, dictaturam ſponte depoſuit.*

Et Pompei Craſsiq; potentia cito in Cæſarem. Lepidi atque Antonij arma in Augu-

teteri ſenatores: ſed tantum primus ſententiam dicebat. Principio igitur Auguſtus non illo odioſiori & inuidioſiori nomine imperatoris vtebatur: quo tum ſumma omnium rerum poteſtas indicabatur: cum tamen ex Senatuſconſulto quod Cæſare dictatore factum erat, eo tanquam Cæſaris filius, vti poſſet. Sed illi immodicæ nulliúsq; circumſcriptæ finibus poteſtati, principis nomen obtendebat. Ita ſæpe quæ aſpera & intoleranda ſunt, mitioribus vocabulis molliuntur. Suetonius in Auguſto: Domini appellationem ſemper exhorruit. Cum, ſpectante eo ludos pronuntiatum eſſet à mimo, ô Dominum æquum & bonum: & vniuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent: ſtatim manu vultuque indecoras adulationes repreſsit: & inſequenti die grauiſsime corripuit edicto: dominumq; ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus ſuis vel ſerio, vel ioco paſſus eſt: atq; huiuſmodi blãditias etiam inter ipſos prohibuit. *Sic poſtea Tiberius cuidam ſe* dominũ *vocanti ſuccenſuit: vetuitq; ne ſe amplius contumeliæ cauſa appellaret: cũ diceret, ſe ſeruorum tantum dominum, militum imperatorem, ceterorum ciuium principem eſſe. Tanta plærumq; vulgi væcordia eſt, vt quæ maxime auerſari & horrere ſe dicit, ea ſibi ſub aliis nominibus patiatur obtrudi. Sed imperatorum Romanorum aures (tanta eſt vis conſuetudinis) paulatim factæ ſunt ta-*

lium contumeliarũ patentiores: vt ſe iam non modò dominos, ſed & deos vocari æquiſſimo animo ſinerent. quid dixi, ſinerent? non nulli etiam iuberent.

Puto in iis quæ hucuſq; ex Tacito recitata ſunt, nihil ſupereſſe obſcuritatis. Nunc vt inſtituimus, ea denuo relegentes, quæ ad ſermonis elegantiam pertinent, adnotemus. Ac primum illud vrbem Romam, *quod principio poſitũ eſt, habet aliquid granditatis: imitatumq; fortaſſis eſt ex illo Salluſtij:* Vrbem Romam, ſicuti ego accepi, condidere atq; habuere initio Troiani. *Sed & illud* habuere, *ita propriè eleganterq; poſitum eſt, vt nihil ſupra.* Habere *enim tenere, poſſidere dicebant eos qui dominarentur: vt & apud iuris conditores, is demum proprie poſſidere dicitur, qui animo domini poſſidet. Virgilius.*

--genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat. *Horatius.*
O quæ beatam diua tenes Cyprum.

Et potentes dicebant τοὺς κρατοῦντας. *Idem.*
Sic te diua potens Cypri. *id eſt,* κύπρου κρατοῦσα, κύπρου μεδέουσα, καὶ ἀνάσσουσα. *atq; inde vt opinor, non à pedibus neq; à ſedibus, ductum eſt verbũ poſſidendi, vt cuius quis rei potens eſt, eam poſſidere dicatur. Eodem igitur modo & hic accipitur verbum* habuere. *Sic in illo dicto Ariſtippi: cui cum obiectum eſſet, quod haberet Laidem:* Habeo, *inquit,* ſed

ſed nō habeor. *Ita enim vertit Cicero in epiſtolis,* ἔχω, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. *Sappho.* Κύπρου πάφουτ' ἔχουσα πάντα κλῆρον. *Sic alicubi Seneca auaros ait non diuitias habere, ſed à diuitiis haberi, id eſt non ipſos pecuniæ ſed ipſis pecuniam imperare.* Habere *eſt regere:* haberi *regi. Sic vir vxorem habere dicitur: vxor à viro haberi. Nunc cōſiderate mihi orationem ſingulari artificio cōformatam.* Dictaturæ,*inquit,* ad tempus ſumebantur. *hoc ſeorſum : deinde quia inter decemuiros & tribunos militum conſulari vtroſq; poteſtate magna ſimilitudo erat, vtroſq; eodem verbo deuinxit.* Neq; decemuiralis,*inquit,* poſtea v.b.n.Trib.m.c.ius diu valuit. *Eademq; cauſa fuit cur Cinnam Sullamq; coniungeret.* Non Cinnæ,*inquit,* non S.l.d. *Illa quoq; plane gemina, triumuiratus, ita enim vocari poteſt, Pompei, Craſſi, Cæſaris, qui Cæſari, & triumuiratus Antonij, Lepidi, Auguſti, qui Auguſto gradus ad opprimendam remp. fuit. Conuincienda igitur & hac fuerūt. Cumq; illos plurium dominatus cæſim membratimque dixiſſet, ſimplicem & abſolutam vnius dominationem, ſimplici & abſoluta verborum comprehenſione concluſit:* Qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa, nomine Principis ſub imperium accepit.

Hic vero, auditores, licet mihi cum Virgilio dicere,
---- maior rerum mihi naſcitur ordo. Maius opus moueo. *Sequitur enim quod tertio loco me facturum eſſe dixi, vt ex his Taciti verbis, ea, quæ ad*

ciuilem prudentiam pertinent colligam: qui maximus hiſtoriæ fructus eſt. Hoc igitur dum facio, quæſo diligenter attendite. Inprimis diligenter animaduertendum cenſeo luculentum exemplum eorum, quæ de rerump. conuerſionibus ac mutationibus, deq; earum cauſis homines ſapientiſſimi tradiderunt. Iuſtiſſimum enim eſt maximeq; naturæ conſentaneum imperium regium: vt quod plane ſimile ac geminum ſit paterno. Itaq; poëtæ Iouem eundem patrem ac regem hominum ac deorum vocant. Et Homerus Vlixem ait erga populos ſuos tanquam mitem quendam patrem fuiſſe. Sed humani animi vitio regnum in tyrannidē facile degenerat. Magna enim poteſtas inebriat homines eoq; interdum eos perducit, vt vnicum potentiæ argumentum, contumeliæ licentiam putent. Irritantur ergo & exaſperantur multitudinis animi, quæ ſi ducem nacta ſit, non conquieſcit, donec aut tyrannum cum ſtirpe exſtinxerit, aut, eo pulſo, iugum ſeruitutis excuſſerit. Ita Sex. Tarquinij libido, vt non regnum modo longa iam vetuſtate confirmatum ac corroboratum, ſed vt nomen ipſum regium ex rep. Romana in perpetuum tolleretur, effecit. Debent igitur reges eo ipſo putare ſibi minimum licere, quia plurimum licet: neq; poſſe ſe populos regere, niſi cupiditates ſuas rexerint: ac præcipue cauere, ne in ſe viros fortes ac magno animo præditos prouocent. Humiles enim & abiecti, quanquam eis quoq; abſtinendum eſt, plærumq; tamen accepta iniu-

iniuria aut muſſant, aut, ſi quid moliri voluerint, non magno negotio comprimuntur: at prouocata virtus acres ſub pectore ſtimulos ſubiicit: neq; facile reſtinguitur ardor vindictæ, quem in viri fortis animo indignitas contumeliæ accenderit. Minore periculo in vili aliqua & abiecta muliercula peccaſſet Tarquinius. at quod in ea peccatum foret, cui pater Sp. Lucretius, vir Collatinus eſſet, ſola regni euerſione poterat expiari. Simile quiddam & poſtea decemuiris accidit: quorum poteſtatem, quaſi incendium aliquod, in ciuitate graſſantem, Virginiæ ſanguis extinxit. Expulſis igitur tyrannis, ſeruitutem conſecuta libertas: iiſq; qui antea minimum poterat populus, plurimum poſſe cœpit. Neq; tamen ἄκρατος illa libertas fuit, qualis Athenis erat, vbi Plato ait non hominibus modo, qua ſeruis, qua liberis, ſed mulis etiam & aſinis ſummam licentiam fuiſſe: immo vero rudis ille & expers Græcarum artium, populus, qui vſq; ad id tempus nihil præter ligones & arma tractauerat, ita remp. ſuam temperauit, vt non Solon, non Lycurgus melius id ac ſapientius præſtare potuiſſe videatur. Nam cum tria ſint recta reip. genera, regnum, poteſtas optimatum, & poteſtas populi: eaq; omnium optima ac firmiſſima ſit, quæ non ſimplex omnino, atq; vnius generis fuerit, ſed è ſingulis quod in quaq; optimum videtur excerpſerit, qualis antiquitus Lacedæmoniorum fuit: ſummo conſilio videntur veteres Romani ſuam ex tribus illis generi-

bus permiſcuiſſe ac temperaſſe. Ac regium quidem nomen auerſabantur & oderant: regiam tamen poteſtatem multas ad res, præcipueq; ad bellicas, neceſſariam intelligebant. Multo enim melius adminiſtrantur bella, cum vnus ſummæ rerum præeſt, quam cum multorum expectanda ſententia eſt: & hoc vel præcipue Demoſthenes ſuperiorem Philippum Athenienſibus dicit. Ac videre eſt hodieq; in eis ciuitatibus, quæ à multis reguntur, cum bellum gerendum eſt, vnum deligi, cui poteſtas in exercitu ſumma tribuatur. Vt igitur Lacedæmone bini reges erant, quorum vnus domi iura ciuibus redderet, deq; iis, quæ tempus poſtulare videretur, ad ſenatum referret; alter cum è finibus eduxiſſet exercitum, vitæ neciſq; poteſtatem in eos qui militabant obtineret: Ita Romani binos conſules poteſtate prope regia creauerunt, qui in Vrbe quidem ciuium controuerſias diſceptarent, ſenatum conſulerent, haberent comitia, ad populum, quæ ex vſu erant referrent, milites conſcriberent, exercitibus autem ſummo ac plane regio cum imperio præeſſent: ita tamen vt ſcirent rationem ſe poſtea eorum, quæ geſſiſſent, exigendos. Hoc Romani ſapientius, quod Lacedæmoniorum regnum & perpetuum erat & hereditarium: Romani conſules & creabantur ſuffragiis ciuium, & annui erant. Hoc igitur temperamento adhibito, quod in regibus odioſum erat, ſuſtulerunt: quod ſalutare ac neceſſarium reip. retinuerunt. Iam vt apud Lacedæmonios

in

in ſenum collegio, ſic apud Romanos in ſenatu optimatum poteſtas perſpici poterat. Vt apud illos in omnibus vitæ partibus probatum eſſe oportebat, qui ſe in collegium ſenum admitti poſtularet: ſic apud hos non niſi ſpectatæ virtutis & prudentiæ viri in ſenatum à cenſoribus legebantur, & ſi qui non ſatis ex illius ordinis dignitate ſe gererent, mouebantur. Senatus de grauioribus criminibus aut cognoſcebat ipſe, aut cognitionem mandabat, pecuniam publicam in poteſtate habebat, legationes mittebat, miſſas ab aliis audiebat, de publicis omnibus negotiis conſulebatur, ac decernebat; ſine ſenatus auctoritate non bellum ſuſcipi, non pax fieri poterat. Summa in illo conſilio grauitas, ſumma dignitas, ſumma maieſtas erat: vt non immerito Cyneas Pyrrhi Legatus interrogatus, quæ ſibi Romani ſenatus viſa facies eſſet, totidem ſibi regum conſeſſum viſum eſſe reſponderit. Vt igitur ſi quis conſulum modo potentiam ſpectaſſet, facile putaſſet Romam regio adhuc imperio ſubeſſe, ita qui ſenatus tantum auctoritatem conſideraſſet, optimatum eam gubernationem eſſe exiſtimaſſet. Præcipua tamen poteſtas penes populum erat. Et hoc ſignificat Tacitus, cum ait: Libertatem & conſulatum L. Brutus inſtituit. *Libertatem enim cum dicit, democratiam intelligit: cuius præcipuum finẽ eſſe Plato & Ariſtoteles docent, ἐλευθερίαν, καὶ ἰσηγορίαν, καὶ ἰσονομίαν, id eſt, vt omnes in ciuitate libere viuant, libere loquantur, & æquo iure ſint. Itaq; antiquitus*

C 5 qui

qui libertatẽ aut potius licentiam amabant, & more ac modo ſuo viuere volebant, Athenas potiſſimũ confluebant: quod illic maxime omnibus libera omnia eſſent. & eo reſpiciens ille ex Adelphis Sannio.

Hiccine, *inquit*, aiunt libertatem æquam eſſe omnibus?

Sed ne extra ſepta, quod aiunt, euager, plurimũ Romæ, vt modo dicebam, populus poterat. Populus leges ferebat: quarum præcipuum in omni ciuitate robur eſt: & ex quibus maxime, qualis quæq; reſpub. ſit iudicatur: populus honores & imperia mandabat: populus ſolus de capite ciuium iudicabat. Ita quibus duabus rebus vitam hominum contineri dicebat Democritus pœna & præmio, earum vtraque, populi poteſtate continebatur. Admirabili etiam conſilio prouiſum ac proſpectum erat, ne harum partium vlla ceterarũ vtilitatibus carere: ne ve conſules aut ſenatũ aut populũ, neu ſenatus populũ, aut populus ſenatum deſpicere, ſuamq; cauſam à cauſa cõmuni ſeiungere ac ſeparare poſſet: ſed oẽs mutuæ indigẽtiæ vinculo, quo nullũ firmius eſt, inter ſe adſtringerentur. Vix itaq; videbatur vlla res euenire poſſe tanta, quæ perturbaret illã harmoniam, quæ tã bene fundata labefactaret, tam ſapienter colligata diſſolueret: ſi rerum humanarum fragilitas & inſtabilitas quidquam in eis æternum eſſe pateretur. Quidã conſulatu inſolentius vſi, rerum nouarum ſtudium in populi animis excitarunt. Creati decemuiri: quod ſparſa in plures poteſtas

ſtas & licẽtiæ & inuidiæ minus habitura videretur. Indignatur enim fere plebs aut vnũ aut paucos poſſe omnia: plures dominos æquiori animo ferunt: cum ſperent obſtituros alios ſi quid vnus ſuperbe aut improbe moliatur. His quoq; poteſtate abutentibus, ob idq; deiectis, varie creati modo conſules, modo tribuni militares: vt male affectis ac laborantibus iucunda, etiam interdum in deterius, crebra mutatio eſt. Sed res ipſa docuit veriſsimum eſſe quod ſcripſit Plato, nihil tam cauendum eſſe ciuitatum fundatoribus, quàm ne pro vna duas faciant ciuitates. Sunt autẽ duæ pro vna ciuitates, quoties pars altera ciuium dominatur ac floret, alteri ad honores & imperia ita præcluſus aditus eſt, vt eum recludere ne virtus quidem, quæ ſola veri honoris mater eſt, poſsit. Hoc inter ciues perpetui cuiuſdam odij atque inuidiæ ſeminarium eſt: neque poteſt quiſquam ex animo eam rem publicã amare, in qua ſe laboris ac periculi participem, honoris ac dignitatis exſortem videat fore. Quo magis amanda & admirãda Eccleſiaſtica reſp. eſt: in qua, vt alia, ſic hoc quoq; diuinitus inſtitutum ac receptum eſt, vt neq; paupertas, neq; generis obſcuritas aditum ad ſummas dignitates cuiquam, qui modo virtute ac meritis nitatur, occludat. Huic incommodo Romani de principio non ſatis proſpexerant, qui ſoli nobilitati, id eſt patriciis: illi enim tunc ſoli nobiles erãt: conſulatum & ordinem ſenatorium patere voluerant: plebeios, maximam, vt in omni

ciuita-

ciuitate multitudinem excluſerant. Neque hoc ſatis, Inter patres & plebem ne conubij quidem ius erat. Ea ſeges ac materia tumultuum: Is fons, hæc origo ſeditionũ fuit. Hinc illæ veteres ſeceßiones: hinc, etiam his rebus vtcumq; compoſitis, Gracchanæ, Marianæ, ac Sullanæ tempeſtates extiterunt: quæ ſua vtriſque partibus ambitioni aut plebem aut Senatum prætẽdentibus huic vrbi excidium prope ac vaſtitatem attulerunt. Nam hoc quoq; non immerito ægre ferebat plebs, nobiles diuitiis affluere, egeſtate ſe & ære alieno premi: agros ſuis periculis, ſuo ſudore ac ſanguine comparatos, ab aliis ignauia torpentibus, luxuria diffluentibus poßideri. Magna hinc paupertas, magnæ illinc diuitiæ, periculoſa res ciuitatibus: mediocritate ſeruãtur. Iam illa Pompeij primum & Craßi, & Cæſaris; deinde Cæſare extincto, Antonij, Lepidi, & Octauiani coniuratio aperte confirmat id, quod ab iiſdem, quos ante nominaui philoſophis, traditum eſt, non eſſe patiendum, vt in libera ciuitate priuatorum potentia ſupra modum augeatur. Facile enim hoc modo popularis ſtatus in paucorum imperium vertitur: quorum qui primus alios aut vi opprimere, aut dolo circũuenire aut caſu aliquo amouere potuit, is vnus, nemine iam aduerſari audente dominatur. Nunc ſi vobis volentibus eſt, cetera Taciti perſequar.

Sed veteris pop. R. proſpera vel aduerſa cl. ſcr. mem. ſunt.] *Vt Fabio Pictori, Cœlio Antipatro, Q. Quadrigario, M. Catoni, Cornelio Nepoti, Salluſtio, Liuio, aliis.* Tem-

Temporibuſque Auguſti dicendis non defuere decora ingenia. donec gliſc. adul. detererentur.] *Magnum enim Auguſti ætas ingeniorum prouentum extulit. & tamen hodie qui Auguſti temporibus vixerit, & eorum temporum hiſtoriam ſcripſerit, nemo repetitur. Suetonius quoſdam nominat Aquilium Nigrum, Iulium Saturninum, C. Druſum, alios.*

Multa hic quæ ad Latini ſermonis elegantiam pertinent, notanda ſunt. Primum illud, proſpera & aduerſa *dici* τὰς εὐτυχίας καὶ τὰς δυστυχίας Aduerſitates *enim latine dicere non poterat. Sic lib.3.* Inluſtrium domuum aduerſa. *lib.4.* paternis aduerſis. *& eod. lib.* aduerſis caſuum. *qui locus vulgo deprauate legitur. Sic in libris iuris* incertũ condicionis, certum temporis, *quod barbari,* certitudinem & incertitudinem *dicunt. Tum illud,* claris ſcr.m.ſunt. ξενικώτερον *dictum, quam ſi dixiſſet, à claris ſcriptoribus. Sic Cicero in diuinatione,* mihi elaboratum eſt. *Sic Horatius,* Diceris Vario. *Propertius,* Dum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. *Virgilius.* Cui non dictus Hylas puer. Decora. *ſunt pulchra,* εὐπρεπῆ *Virgilius in 1.* namq; ipſa decoram Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentę Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. *Idẽ in quarto.* Terque quaterq; manu pectus percuſſa decorũ. *Horatius:* Et Lycũ nigris oculis n.q.c.d.

Iam

Iam mihi illud animaduertite,qua arte varietatem, quæ ſuauiſſimum orationis condimentum eſt, huic loco quæſierit, qui cum alterum aiendo extuliſſet, ſed veteris pop. Rom. proſpera vel aduerſa cl.ſcr.mem.ſunt:*alterum negando ſubiecit:*temporibuſque Auguſti dicendis non defuere ingenia. *Neque non illud ad variandam orationem pertinet, quod in priore ipſam hylen ac materiam ſcribendi, verbo antepoſuit, ſcriptores ſubiecit: in poſteriore contrarium ordinem tenuit. Mutate: vt eodem vtrumque modo efferatis. quantum, illa varietate detracta, de orationis venuſtate decedat intelligetis. Minuta hæc & tenuia ſunt, fateor. Sed tanto plurium oculos fallunt. Mihi autem propoſitum eſt, omnia in hoc ſcriptore, quam potero λεπτομερέστατα, excutere. Ait igitur non defuiſſe temporibus Auguſti dicendis decora ingenia,*donec gliſcente adul. de. Gliſcere *dicuntur quæ creſcunt ac vegetiora fiunt:*deteri,*quæ paulatim, vt ita dicam, carpuntur, quibus aliquid quotidie decedit, quæ adſidue ſeipſis deteriora fiunt. nam inde & ipſum* deterioris *nomen ductum eſt. Vt igitur creſcente liene, aiunt, cetera membra tabeſcere: ita creſcente adulatione, ingenia tabeſcunt, quæ nulla re magis quam libertate aluntur. Nihil autem tam aduerſum libertati, quàm aut tacendi aut adulandi neceſſitas. Aiunt puerorum infantium corpora nullis faſciis apud Germanos adſtringi, ideoque proceriora fieri.*

fieri. Idem ingeniis euenit. Seruire nolunt. Niſi impetus ſuos ſolutos ac liberos habeant, enecantur. Itaq; certiſſima ingeniorum peſtis eſt, princeps, qui nullam vocem ferre paulo liberius iactam poteſt. Sed ad Taciti verba redeamus.

Tiberij Caiiq; & Claudij ac Neronis res florentibus ipſis ob metum falſæ, poſtquam occiderant recentibus odiis cōpoſitæ ſunt.] *Et metus & odium impedimento ſunt hiſtoriam contexere volentibus. Metu fit, vt vera dicere non audeant, odio vt interdum falſa confingant. Metu quæ reprehenſione digna ſunt, aut tacentur, aut extenuantur, aut etiam in contrarium verſa laudantur. Odio quæ peccata ſunt exaggerantur & in maius attolluntur: quæ recte facta, aut ſupprimuntur aut eleuantur aut deprauantur. Itaque vbi illa ſunt, inde exulat fides. Ergo neque qui ſub Tiberio, ſub Caio, ſub Claudio, ſub Nerone ſcripſerunt, neque qui paulo poſt: cum in locum timoris ſucceſſiſſet odium, ſatis cum fide res ipſorum ſcribere potuerunt. Omninoque ſuorum temporum hiſtoriam ſub tyrannis ſcribere, ſapientiſſimi homines ſemper periculoſæ plenum opus aleæ iudicarunt. Aut enim fidei aut capitis diſcrimen adeundum eſt. Æſopum Soloni olim dixiſſe aiunt, cum regibus loquendum eſſe ἢ ὡς ἥδιστα, ἢ ὡς ἥκιστα. Id præceptum etiam ad eos qui de regibus ſcribunt pertinet. Durum eſt enim ſcribere in eum, qui poteſt proſcri-*

bere,

bere, & gladio ἀντιμυκτηρίζειν. Nunquam tuti luſus cum leonibus fuerunt. Nunc illud, quaſi prætereuntes notate: cũ hi quatuor imperatores omnes è gente Claudia, ceteri ortu ipſo; Nero adoptione, fuerint; diſcriminis cauſa, duos priores prænomine; tertium gentilitio nomine, quartum cognomine indicari.

Inde conſilium mihi pauca de Auguſto,] *quoniam dicendis plæriſq; rebus ab eo geſtis præclara, vt dictum eſt, ingenia non defuerunt.* Et extrema: *quia tunc adulatio gliſcens ingenia detriuerat:* Tradere mox Tiberij principatum, & cetera, *vſq; ad exceſſum Neronis. Nam à Neronis exceſſu vſq; ad imperium Neruæ, iam antea ſcripſerat.* Sine ira & ſtudio quorum cauſas procul habeo. *Nam ab iis de quibus ſcripturus ſum, neque beneficium vllum neque iniuriam accepi. Eadem autem prope ſententia eſt, proœmij in libros annalium ab exceſſu Neronis, vbi ita ſcribit:* Poſt conditã Vrbem DCC. & X X. prioris æui annos multi auctores retulerunt, dum res populi Rom. memorabãtur pari eloquentia ac libertate. Poſtquam bellatum apud Actium: atque omnem poteſtatem ad vnum conferri, paucis interfuit, magna illa ingenia ceſſere. ſimul veritas pluribus modis infracta, primum inſcitia reip. vt alienæ: mox libidine adſentandi, aut rurſus odio aduerſus dominantes. Ita neutris cura veritatis inter infenſos vel obnoxios.

Hinc

Hinc aũt excerpere hoc quoque, ꝙ ad prudentiam pertinet,poſſumus: & ſtulte & impudẽter facere eos, qui quæ à magnis ac luculentis ſcriptoribus ſplendide ac magnifice tractata ſunt,quaſi quodam contentionis ſtudio,denuo ſibi tractanda proponunt. Quo nomine grauiter reprehendit Plutarchus in Nicia Timæum, qui quæ Thucydides & Philiſtus copioſiſſime ornatiſſimeq́; deſcripſerant,ea denuo ſcribere aggreſſus, nihil aliud quam infantiam & inſcitiam ſuam patefecerit.Idemq́; in Artoxerxe pugnam diuinitus à Xenophonte deſcriptam, negat ſani hominis eſſe,iterum deſcribendam ſuſcipere:quare ſe ea tantum quæ Xenophon omiſiſſet,perſecuturum.

Abſoluimus Taciti proœmium. Cum autem τὸ ἐνδόσιμον tale fuerit, cogitate qualem illum legitimum cantum putetis fore.

Poſtquam Bruto & Caſsio cæſis *& cet. Vſque ad illum locum* ceter. Aug.] *Principium hoc narrationis eſt. Exponit autem paucißimis verbis, quis fuerit rerum ſtatus,quo tempore Auguſtus remp. inuaſit,quibuſque artibus viam ſibi ipſe munierit ad eam facilius occupandam. Cæſare occiſo, non eadem omnium fuit ſuper ea cæde ſententia. Quidam illius auctores vt tyrannicidas,vt libertatis publice vindices omnibus maximis honoribus: quidam vt parricidas qui patrem patriæ, qui eum à quo plæriq́; ipſorũ vitam acceperant, per nefariam proditionem interfeciſſent, acerbißimis ſuppliciis afficiendos eſſe cenſebant:*

bant. Acerrimi vlciſcendæ cædis auctores ac duces M. Antonius conſul, & magiſter equitum Lepidus. Auguſtus, qui tum, annos natus duodeuiginti Apolloniæ ſtudiorum cauſa verſabatur, cum Romam veniſſet, primo ſe ad Antonium contulit, à quo neq; ita vt ſperabat, exceptus, & magna hæreditaria pecunia fraudatus, mutato conſilio, conciliatis ſibi veteranis patris ſui, iuſtoque exercitu priuatis ſumptibus collecto, ad optimates ſe recepit, quibus inuiſum eſſe Antonium ſentiebat. Commēdatus eſt Senatui, Ciceronis præcipue opera, ſemper boni ciuis, ſed non ſemper cauti. Miſſus igitur Proprætore à ſenatu, vna cum Hircio & Panſa conſulibus, ad D. Brutum, quem Antonius hoſtis à ſenatu iudicatus, Mutinæ obſidebat, liberandum; obſidionem ſoluit, fuſo ac profligato Antonio. Cecidit in eo bello vterque conſul. Victores exercitus occupauit Auguſtus. Creatus conſul anno ætatis viceſimo, quæſita occaſione deſciuit à ſenatu, ſeque cum Antonio Lepidoq; coniunxit. Hi ſe Triumuiros reip. *verbo* conſtituendę, *re, opprimēdæ* cauſa *in quinquennium creauere. Secuta illa nunquam ſatis damnata proſcriptio. Relicto in Vrbe Lepido, Antonius & Auguſtus aduerſus Brutum & Caſsium profecti, in Philippis deniq; (quaſi ſolum illud parum adhuc Romani ſanguinis ebibiſſet,) ita eos deuicerunt, vt minimum abfuerit, quin ipſi vincerētur. Prior Caſsius, deinde, audita eius morte, Brutus interficiendum ſe vni ex ſuis dedit.*

POST-

Poſtquam igitur Brut. & Caſ. Cæſ.n.iam publica arma.] *Omnes enim quæ S.P.Q.Romani fuerant copiæ in poteſtatē Triumuirorum venerant: deſerta reſpub. ſine vllo præſidio iacebat, non iam, an ſeruitura eſſet dubitans, ſed cui ſeruitura eſſet, expectans.*

Pompeius apud Siciliam oppreſſus.] *Sex. Pompeius Magni F. cum ex Hiſpanienſi bello, in quo frater ipſius ceciderat, euaſiſſet, Siciliam & Sardiniam occupauerat, obſeſſoq; mari vrbem frumento ac commeatu interclaſam tenebat. Is cum aliquot proſpera prælia feciſſet, adeo vt ſe Neptuni filium eſſe iactaret, & tanquam inſigni ac velamento originis veſte cærulea vteretur, ad poſtremum fuſus inter Naulachum & Mylas; Mileti tandem interfectus eſt.*

Exutoque Lepido] *quem ex Africa ad opem ferendam euocatum, dein ſuperbientem XX. legionum fiducia, Auguſtus cum eum exercitu, pari audacia ac felicitate ſpoliaſſet, Circeios in perpetuum relegauit: verumque eſſe docuit, quod poſteà cecinit nobilis poëta,* Nulla fides regni ſociis.

Interfecto Antonio] *Qui cum Cleopatra, cuius amore inſaniebat, imperium R. polliceri auſus eſſet, ingenti prælio ſuperatus ad Actium promontorium, Alexandriæ, quo ſe, impudicā reginam ſequēs, fuga receperat, infelicem animam gladio eduxit.*

Poſtquam igitur, exuto Lepido, interfecto Antonio, non modo Pompeianis, quarum vix iam cinis ipſe ſupererat, ſed ne Iulianis quidem partibus niſi Cæſar, Dux reliquus. C. *Iulius Cæſar Octauianus D.F. cuius tunc poteſtate omnia tenebantur*. Poſito Triumuiri nomine. *Quorſus enim ſe amplius triumuirum diceret, cum ex collegis alterum ad mortem compuliſſet, alterum omni dignitate detracta, infra mortuos amandaſſe videretur? Non iam igitur amplius triumuirũ, ſed* conſulem ſe ferens, *vt prætento legitimi & vſitati imperij nomine, facilius quo volebat, perueniret. Fuit autem hic quintus Auguſti Cõſulatus.* Et, *verbo quidem* ad tuendam plebem, *re autem ipſa ad confirmandam potẽtiam ſuam,* tribunitio iure contentum. *Non poterat per leges eodem tempore, plures magiſtratus gerere: & tamẽ omnium magiſtratuum vim ac poteſtatem in ſe vnũm transferre cupiebat. Ergo, qui ſummus erat in vrbe magiſtratus, conſulatum dico, eum, cum viſum eſt, & quam diu ac quoties viſum eſt, occupauit. Cum autem tribunorum plebis maxima etiam eſſet auctoritas, vt qui aliis omnibus magiſtratibus intercedere, eorumq; conatus impedire poſſent: (nam ſi vnus tribunus dixerat,* veto, *irritum erat, quicquid agebatur) cum ipſos quoque conſules non nunquam obtorto collo in carcerem traherent: cum ſenatuſconſulta arbitratu ſuo reſcinderent: cum, quod caput eſt, ſacroſancti eſſent: ita vt eos violare aut inuitos*

uitos attingere piaculum haberetur: noluit quidem Auguſtus tribunus pl. eſſe cum iam conſul eſſet: prætereaque iam patricius effectus, adoptione in gentem Iuliam, tribunatum plebis capere non poſſe videretur: ſed Tribuniciam poteſtatem à ſenatu petiit, obtinuitque. quid enim tunc petenti Auguſto negari poterat? vt eſſet non vna & conſul & tribunus plebis, ſed, inuerſo loquendi genere, conſul tribunitiæ poteſtatis. *Hoc autem ſe facere ſimulabat vt plebem tueretur: quoniam ea tribunorum creandi cauſa principio fuerat. Specioſa nomina: res capitales, & ad reipub. exitium pertinentes. Ac videte, quemadmodum poſterior quiſque tyrannus priori cautior eſſe ſoleat. Sulla dictaturam in perpetuum acceptam depoſuerat: ſeque in apertum capitis diſcrimen obiecerat. Cæſar, quod ipſe quoque Sulla iam priuatus euenturum quandoque prædixerat, ſemel acceptam mordicus retinuit, ſecutus Dionyſij dictum, qui non niſi pedibus tracto, tyrannidem relinquendam eſſe dicebat: ſed dum vel lenitatis ac clementiæ famam aucupatur, vel, quod magis credo, naturæ ſuæ in conſeruanda etiam inimiciſſimorum ſalute obſequitur, in cuſtodienda ſua parum cautus ac diligens fuit: ita vt ab iis perierit, quos ipſe ſeruarat. Exitus Cæſaris Auguſtum docuit, quid facto opus foret. Itaque cum maxima pars fortiſſimorum ciuium in tanta longitudine bellorum ciuilium extincta eſſet: quod reliquum erat, ſuſtulit*

proſcriptio; vt ne Ciceroni quidem ipſi, qui Auguſtum ad illam potentiam magna ex parte perduxerat, quemque Auguſtus in omni ſermone patrem ſuum *vocare conſueuerat, parceretur. Quod ſi hoc Cæſari dictatori in mentem venire potuiſſet vt poteſtatem tribunitiam aſſumeret, fortaſſe religio illa, qua tribunos violare nefas putabant, & non nullorum animos ab ipſo violando retardaſſet, & alios ad opem ferendam excitaſſet. Ea igitur ſe muniit & armauit Auguſtus, ne quid omitteret, quod aut ad conſtabiliendam potentiam aut ad ſalutem in tuto collocandam vtile videretur. Sed vt medici prius præparant eos, quibus valentiora pharmaca præbituri ſunt: ſic Auguſtus mollibus quibuſdam & lenibus προθεραπείαις permulcẽdos eſſe homines duxit, quo facilius illud amariſſimum poculum ſeruitutis oblineret. Conſul igitur & illa quaſi lorica tribuniciæ poteſtatis armatus, non tamen confeſtim ſummam ſibi rerum omnium poteſtatem aperte vindicauit.*

Sed vbi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit, inſurgere paulatim, munia ſenatus, magiſtratuum, legum in ſe trahere.] *Sic locutus eſt & lib. 11.* Nam cuncta legum & magiſtratuum munia in ſe trahens princeps, materiam prædandi patefecerat. *Videte autem quo artificio ſibi Auguſtus omnium conciliarit animos, quamque callide intellexerit, quo maxime quiſque caperetur.*

Mili-

Militem, *inquit* donis. *Militares enim animi toti ad lucrum intenti ſunt: neque vlla re magis, quam donis permouentur. Eſt quidem verum illud Homericum, Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ᾽ αἰδοίους βασιλῆας. Sed multo verius in iis, qui exigua pecuniola adducti, vitam ſuam quotidie in omne diſcrimen exponunt. Quando enim pecuniam negligent, qui vitam ipſam præ pecunia negligunt? Itaque quantum apud milites dona poſſint, magis etiam poſterioribus ſæculis intellectum eſt, cum, vt quiſque ampliſſimum donatiuum obtulerat, ita ad eum imperium deferebant, non diutius imperare paſſuri, quam dum reperiretur, qui amplius polliceretur. Et erant, qui, tamquam in auctione, licitarentur, non quanti imperarent, ſed quanti paulo poſt morerentur imperatores. Pellexit igitur Auguſtus militem donis* populum annona. *Nihil eſt enim quod populum magis torqueat, aut facilius ad ſeditionem populares animos concitet, quam annonæ difficultas. Vrget enim fames: qua, vt ait Homericus Vlixes, mori moleſtiſſimum eſt: neque ſui obliuiſci patitur:* venterque *vt prouerbio dicunt*, aures non habet. *Neque vulgo odioſiores vlli ſunt, quàm qui annonam incendunt, & excandeſaciunt: neque vlli magis quàm qui eam ſubleuant, populum demerentur. Reditum Ciceronis ab exilio iucundiorem*

 populo

populo fuiſſe aiunt, quod ſummam, quæ antea fuerat annonæ caritatem ſumma vilitas conſecuta eſt. Sapienter vt ſolet, Tacitus noſter libro quarto annalium ab exceſſu Neronis ait, vulgo alimenta in dies mercari ſolito vnam eſſe ex repub. annonæ curam. Auri, purpuræ, honorum plus apud alios eſſe plebs æquo animo fert; quieſcere eſuriens non poteſt. Cum igitur Siculo aduerſus Sex. Pompeium bello caritas effecta eſſet, vilitatem reduxit Auguſtus. Ita populum pellexit annona. Cunctos dulcedine otij. *Nihil enim fatigatis dulcius eſt quiete. & populum Rom. multorum annorum continentia bella ita laſſauerant, vt otium qualibet mercede redimendum putaret.*

His igitur illecebris cum ſibi omnium voluntates deuinxiſſet Auguſtus: tum demum inſurgere, *non ἐλαδὸν tamen, vt Heſiodi verbo vtar, ſed* Paulatim, *ſeſeque vltra ciuilem modum attollere.* Munia ſenatus, magiſtratuum, legum in ſe trahere *quaſi ceteros labore exſolueret: ipſe omnem moleſtiam reipub. cauſa in ſe transferre ac ſuſcipere vellet. Legationes antea in ſenatu audiri ſolebant. Hac moleſtia ſenatum liberauit Auguſtus. Audiri quidem eas voluit & in ſenatu nonnunquam: vt ſenatus aliquid tamen agere videretur: ſed pleraſque domi, paucis adhibitis, ipſe cum videbatur audiebat. Senatus de pace, de bello, de prouinciis deliberabat.*

Quid

Quid opus erat tam multos ſenes tantum laborem capere, tam mane conuenire in curiam, tam multa ibi audire, tam multa dicere, tam veſperi domum feſſos & viribus exhauſtos redire? Valetudini ac quieti eorum proſpexit Auguſtus. Domi hac cum paucis tractare cœpit. Magiſtratuum varia ac multiplex procuratio erat. Auguſtus conſulatum quidem, qui præcipuus erat magiſtratus, ſumpſit ſibi, cum voluit, quam diu voluit & quoties voluit: Nam vt nos veſtem, ſic ille conſulatum, cum voluerat, capiebat, deponebat, reſumebat; neu populus de dando ei collega ſollicitus foret, ipſe ſibi collegam, quem libuerat, non qui vna imperaret, ſed qui imperata faceret cooptabat. Magnam in repub. onus tribuni plebis ſuſtinebant. Ipſe tribunatum quidem non cepit: ſed, vt eos onere leuaret, poteſtatem tribuniciam accepit. Cenſorium munus quam moleſtum, quam graue? locare publica, ſenatum legere, populum cenſere, anquire in omnium mores, alios ſenatu mouere, aliis equum publicum adimere, alios in Caritum tabulas referre, multos notare, in multorum odia incurrere. Odioſa res, & negotiis plena. Igitur cenſuram quidem non ſumpſit Auguſtus: ſed, alio vocabulo morum regimen ſumpſit. O hominem laborioſiſſimum & alienæ quietis ſtudioſiſſimum! Magno tumultu, magno molimine, magno concurſu ciuitatis leges antea rogabantur. Tollatur illa quoque tumultuandi mate-

ria. Quod Auguſto placuerit, pro lege habetor.

Sed, cum hæc omnia in ſe traheret Auguſtus, nemo ne illius conatibus obuiã ire auſus eſt? Immo vero quicquid concupiuerat, aſſecutus eſt nullo, *ait Tacitus,* aduerſante. *Quonam igitur Romana virtus prolapſa erat? Quo vetus ille vitæ potius quam libertatis amittendæ ardor abierat? Nullàne ſcintilla virtutis antiquæ reliqua erat, quæ in poſterorum pectoribus viueret? Catonem ferunt, cum quattuordecim fere annos natus, crebro in ædes Sullæ à pædagogo duceretur, videretque illic multos torqueri, multos duci, multorum nobilium ciuium oblita cruore capita adferri, quæſiiſſe ex magiſtro, cur nemo reperiretur, qui Sullam interficeret: cumque is reſpondiſſet, eum ab omnibus metui:* Cur tu ergo, *inquit,* venienti huc mihi gladium non dediſti, vt patriam liberarem? *Nemo ne igitur vir erat, qui Catonis vix dum puberis animum indueret? Vere vetus ille Rhintonis verſus de Romanis tunc dici potuit.*

Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει.

Alij quidem tanti non erant, vt quidquam magnum ac memorabile ſuſciperent, alij autem negligebant. Cum ferociſsimi, *minimeque patientes ſeruitutis,* per acies, *vbi Mars fortiſsimum quemque pignoratur,* aut proſcriptione cecidiſſent. *Nam ij potiſsimum proſcripti ſunt, quos trium-*

uiri conatibus ſuis obſtare poſſe credebant. Multos ignauiæ ſimulatio texit Ceteri nobilium quanto quis ſeruitio promptior, *& ad omnia æqua, iniqua, accipienda ac perferenda paratior* opibus & honoribus extollerentur. *ita & auaris & ambitioſis explebatur animus. maxima autem pars hominum, aut altero eorum vitiorum laborat, aut vtroq;.* nouiſque ex rebus, *id eſt, ex illa commutatione reip.* aucti, *& diuitiis & dignitate cumulati* tuta & præſtantia quam vetera & periculoſa mallent. *Ita dum ſibi conſulerent, quomodo in publicum conſuleretur, non laborabant: rebuſque ſuis intentos, alienarum facile capiebat obliuio.*

Ergo in Vrbe quidem, tuta & compoſita omnia. nemo erat, qui aduerſus Auguſti voluntatem hiſcere auderet. Quid in prouinciis? Neque prouintiæ, *inquit*, illum rerum ſtatum abnuebant ſuſpecto S. P. Q. Imperio, ob certamina potentium & auaritiam magiſtratuum inualido legum auxilio. Quæ vi, ambitu, poſtremo pecunia turbabantur. *Admirabilem ſcriptorem & prudentia plenum. Non nude ac ſimpliciter ea de quibus agit exponit: ſed cauſam, cur ita fuerit, vbicunque opus eſt, ſubiicit. Neminem in vrbe Auguſti cœptis aduerſatum eſſe, & cur nemo aduerſatus ſit, docuit: nunc ne prouincias quidem illius imperium detractaſſe, & cur non detractauerint,*

ctauerint, docet. Cur ne prouinciæ quidem illum rerum ſtatum abnuebant? Quia ſuſpectum eis erat ſenatus populique imperium. Cur ſuſpectum? Duas ob cauſas, certamina potentium & auaritiam magiſtratuum. Certamina potentium eo prouincias adducebant, vt nullum ſalutare conſilium capere poſſent. Diſsidebant Sulla & Marius? Qui Sullæ partes ſequebantur, diripiebantur à Marianis: qui Marij à Sullanis. Quid hic miſeræ prouinciæ conſilij caperent? quomodo anceps & vtrimque imminens exitium effugerent? Vix illa tam atrox tempeſtas ſedata erat: cum alia multo atrocior exorta eſt, bello ciuili inter Pompeium & Cæſarem excitato. Ab vtris hæc aut illa prouincia diriperetur, incertum erat: ab alterutris quidem prope omnes diripi, neceſſe erat; & interdum plus incommodorum accipiebant ab iis, quorum partes vouebant, quam ab iis, à quibus abhorrebant. Ne quieſcere quidem & expectare certaminis euentum licebat. Vt Solon, ita Pompeius, neminem in ſeditione ciuili otioſum eſſe patiebatur, qui quieſcerent, eos ſe pro hoſtibus habiturum eſſe dicebat. O miſeram illorum temporum condicionem: cum furioſæ duorum hominum ambitioni tam multorum fortium virorum ſanguini litabatur. Hem patria. quanto cum dolore hac in parte tui recordor? Quo, quo te miſeram potentium certamina redegerunt? Omnia veteris crudelitatis exempla in calamitatibus tuis renouata ſunt. Inte-

ſtinæ

ſtinæ potentum diſſenſiones, te, cui prius, etiam qui non te oderant, inuidebant, nunc etiam inuidis & hoſtibus miſerandam reddiderunt. Sed omittamus hæc, quorum acerbiſſima cogitatio eſt, & animum ad vetera referamus.

Certamina igitur potentium ſuſpectum prouinciis ſenatus populique imperium fecerant. At illa certe continentia non erant: interquieſcebant aliquando & prouincialibus reficiendi ac recreandi ſui ſpatium dabant. Immo vero plerunque quamlibet atroci bello grauior & exitioſior pax erat. Mittebantur in prouincias non pro prætoribus, ſed pro prædonibus homines exhauſti, famelici, enecti, aut, quod pro eodem eſt, diuites quidem & abundantes: ſed auidi atque inexplebiles, quorum inſatiabilem cupiditatem ipſa copia incenderet: qui ſacra, profana, publica, priuata omnia diriperent: qui tantum habere quemq; in prouincia fas putarent quantum ſibi ſuperfuiſſet: qui non hoſtium aut latronum, ſed harpyarum in morem omnia deprædarentur: neque domos modo prouincialium exinanirent, ſed eorum ipſum ſanguinem, ipſam medullam exſorberent, & exſugerent. Nulli enim ſæuiores latrones ſunt, quam qui prætextu iuris latrocinantur. Hoc vocabant purgare prouincias. Et plane ita purgabant & abſtergebant, vt poſt eorum abitum, nullis ad eas verrendas ſcopis, nullis ſpongiis aut peniculis opus foret. Pura omnia impuri homines

mines

mines relinquebant. At dicet aliquis, erant repetundarum iudicia, quæ non in ipſos modo magiſtratus, ſed in ipſorum quoque heredes, in quanto locupletiores facti eſſent, redderentur. Ludibria illa non iudicia erant. Turbabantur vi: cum interdum mina intentarentur iudicibus, interdum etiam ſica. Turbabantur ambitu: qui ſæpe & accuſatores præuaricari ac colludere, & in iudices peierare cogebat. Turbabantur ea, quæ ſemper plurimum apud plurimos, prope dixi, omnia apud omnes, potuit pecunia. His fiebat, vt omnis rerum commutatio prouincialibus optabilis videretur. Quare Auguſto ad ſe vnum omnia trahenti, facile acquieuerunt. Quod documento principibus eſſe debet, ne auaris hominibus gubernandas prouincias mandent. Diu enim compreſſa populorum odia aliquando tamen erumpunt: vt aut rebellionem faciant ipſi, aut aliis nouas res molientibus adiungant ſe potius ad illos, quam eorum conatibus obſtare nitantur. Atq; huius rei exempla quædam fortaſſe etiam noſtris quoque temporibus extiterunt.

Ceterum Auguſtus ſubſidia dominationi. *& cet. vſq; ad illa* vt Agrippa.] *Auguſtus quæſitam ſibi iam & conſtitutam dominationem fulcire ac corroborare & conſtabilire modis omnibus cupiens, cogitauit periculoſum eſſe principibus; iis præſertim, qui in ciuitate nondum ſeruituti aſſueta recens imperium occuparunt, ſi ex ſe ſibi paratos*

ſucceſſores non habeant. Facilius enim & confidentius inſurgit populus aduerſus eum principem, cuius morte fore ſe liberum putat; & quem ſi occiderit, nullum paratum videt vltorem. At ſi videat eo ſublato ſucceſſurum quempiam ex eadem ſtirpe, malo cauet, & futuri metu, præſentibus acquieſcit. Atque hoc eſt, quod apud Ioſephum libro 18. Tiberius morti proximus Caligulam ſapienter monet, τὰς μονώσεις τοῖς ἄρχουσιν ἐπικινδύνους εἶναι. *Auguſtus igitur, qui præter vnicam filiam Iuliam, nihil liberorum haberet, ex cetera propinquitate ſua prouidendos ſibi, quod longiſsime poſſet, ſucceſſores, iudicauit. Qui nam ij fecerint, exponit hoc loco Tacitus: & , vt tandem, ceteris ſublatis, imperium ad Tiberium peruenerit.*

Subſidia dominationi] *paulo poſt pro eodem dicit,* monimenta. Subſidia. *vt eſſent, qui ſi forte ipſe deficeret, ſuccurrerent & pondus imperij ſuſtinerent. Vocabulum militare. Accuſatiuus autem eſt abſolutus Græco more elegantiſsime poſitus. vt in illo* πάτροκλον πρόφασιν. *Nunc de ſingulis, qui hoc loco nominantur, paulo copioſius agendum eſt.*

Claudium Marcellum.] *Hic Octauiæ ſororis Auguſti filius fuit, ſummæ ſpei adoleſcens, & populo mirabiliter carus. Adoptauerat eum Auguſtus: vixque pueritiam egreſſo Iuliam, vnicam filiam, vxorem dederat. Ablegerat etiam eum in collegium*

Pon-

Pontificum, vt qui ipſe Pontifex maximus foret. Honeſtauerat eundem ædilitate curuli, cum ipſe vndecimum conſulatum gereret: cumque ædiles ludis, muneribus, venationibus, aliiſque ſpectaculis populo gratificari, magnoſque ſumptus in eiuſmodi res facere ſolerent: multa inſignia in ædilitate Marcelli populo exhibuerat: totum etiam forum à Kalend. Auguſti vſque ad æſtatis finem velis inumbrauerat: vt litigantes ſalubrius conſiſterent: imperium denique ei relicturus putabatur. Sed cum eo ipſo anno ita graui morbo correptus eſſet, vt morti proximus haberetur, conuocatis ad ſe principibus ſenatus, non nullis etiam ex equeſtri ordine præcipuis, ita cum eis de rep. quaſi poſtremus ille ſermo futurus eſſet, collocutus, nullo ſucceſſore nominato, Piſoni quidem Rationarium imperij, id eſt libellum, quo rationes publicæ continebantur, de quo alia plura dicemus, Agrippæ autem annulum ſignatorium tradidit. penetrauit ea res altius Marcelli animum. Cum igitur Auguſtum ita deſeruiſſent vires, vt nihil ne eorum quidem quæ maxime neceſſaria ſunt, per ſe obire poſſet, extitit medicus quidam, cui Antonio Muſæ nomen fuit, qui nouo medendi genere, balneis frigidis & frigidæ potu priſtinam ei firmitatem reſtituit. Magnis ob id præmiis & honoribus affectus, tum ab Auguſto, tum à ſenatu, diſparem poſtea effectum artis ſuæ in Marcello ſortitus eſt. Qui cum alterum iam annum incommoda valetudine

letudine

letudine vteretur, ita tamen vt non decumberet, tunc ingraueſcente morbo, ab eodem medico eadem ratione curatus, tandem in Baiano ædilis interiit. Doluit eius morte non Princeps modo, ſed Senatus populuſque vniuerſus. Corpus in Vrbem delatum, magnificentiſſima funeris pompa, in campo Martio crematum eſt. Deploratur illius mors à Virgilio luculentis verſibus ad finem libri ſexti Æneidos. Seruius ait eum incidiſſe in morbum anno ætatis XVI. mortnum decimo octauo. Ab hoc dictum eſt Theatrum Marcelli.

M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia & victoriæ ſocium, geminatis conſulatibus extulit, mox defuncto Marcello generum ſumpſit.] *Duos præcipuos amicos habuit Auguſtus. M. Vipſanium Agrippam, de quo nunc dicendum eſt, & C. Cilnium Mæcenatem, de quo alio loco dicetur. M. Vipſanius Agrippa ita obſcuro loco natus erat, vt eum gentis ſuæ puderet. Itaque nunquam ipſe M. Vipſanium Agrippam vocabat, ſed omiſſo nomine M. Agrippam: & ſi à quoquam aliter vocaretur, ægre ferebat. ſed vt ſemper reperiuntur homines, qui facere ac dicere quod aliis ægre ſit, etiam nulla mercede cupiant, fuit orator quidam, qui reum accuſans, quem Agrippa defendebat, potentiſſimus tunc in ciuitate, & nulli niſi Auguſto ſecundus, eum nominans, diceret M. Agrip-*

pa, & id quod medium eſt, cum Vipſanium *vellet intelligi: maiori acerbitate, quam ſi aperte elocutus eſſet, quod tegebat. Hic igitur ignobilis quidem erat loco: & ruſticitati, vt ait Plinius, quam deliciis propior, ſed bonus militia: neque Auguſtus in parandis victoriis, meliori cuiuſquam aut fortiori opera vſus eſt. Nam & eam claſſem quæ Sex. Pompeius inter Mylas & Naulochum victus eſt, inſtruxerat exercueratque Agrippa: & ipſius præcipue ductu pugnatum proſpere eſt. Vnde Auguſto exprobrabat Antonius, ſtupentem eum adhuc, & ſemiſomnum, non prius ſurrexiſſe, nec militibus in conſpectum veniſſe, quam Agrippa hoſtium naues fugaſſet. Itaque coronam naualem, qua nemo vnquam Romanus donatus fuerat, nemo poſt eum donatus eſt, & cæruleum vexillum hoc bello ſingulari virtute meruit. Sed & in bello aduerſus Antonium, in ore atque oculis claſſis Antoniæ Leucadem expugnauerat, Patras ceperat, Corinthum occupauerat, bis ante vltimum diſcrimen claſſem hoſtium ſuperauerat. Et in illo ipſo prœlio, quo vires Antonij conciderunt, omne clariſſimi certaminis arbitrium penes Agrippam fuit. Auguſtus igitur eum &* bonum militia, & victoriæ ſocium geminatis conſulatibus extulit. *Primum conſul fuerat Agrippa cum L. Caninio Gallo, & eo anno, quo Lepidus, Antonius, & Octauianus, cum iam abiſſet quinquennium illud,*

in

in quod ſe ipſi III.viros creauerant, ipſi ſibi eandem poteſtatem in alterum quinquennium prorogarunt. In ſecundo ac tertio conſulatu, collega Auguſti ſextum & ſeptimum conſulis fuit: Tertium quidem conſul illa tot in vrbe maxima opera excitauit, quæ vt ait Seneca & priorem magnificentiam vincerent, & nulla poſtea vincerentur: Neptuni porticum, ſudatorium Laconicum, & illud nobiliſſimum Panthêon, in quo cum Auguſti nomen vellet inſcribere, eo recuſante ſuum inſcripſit. Hodieque in eius veſtibulo illa cubitalibus prope litteris ſcripta viſuntur. M. Agrippa Coſ. tertium. *Sed cum ter Conſul fuerit, cur eum extuliſſe Auguſtus* geminatis conſulatibus *dicitur? Nimirum quia primum conſulatum non ab Auguſto acceperat, ſed à populo: at duo poſteriores, Auguſti beneficia fuerunt. Euectus igitur ad illam potentiam, cum & populo vnice carus eſſet, & apud milites auctoritate polleret, vt qui in caſtris ſimili atque Auguſtus tabernaculo vteretur, æque atque Auguſtus militibus ſignum daret: iam ipſi, qui eum extulerat, Auguſto formidoloſus videri poterat: iam optandum erat, vt Agrippa ſecundo loco contentus foret. Putant autem hoc obſeruandum eſſe iis, quorum potentia non ſatis adhuc altas radices egit, vt fortes viros, & à quibus imminere poteſt aliquid periculi, aut è medio tol-*

lant, ne quid nouarum rerum moliri poſsint, aut ita ſibi deuinciant, ne velint. Alterum honeſtius & humanius eſt, alterum tutius creditur. Itaque Mæcenas, qui, vt dixi, in intimis Auguſti erat, auſus eſt ei dicere, eo rem eſſe perductam, vt Agrippa aut interficiendus, aut gener faciendus eſſet. Et vidua tunc erat Marcelli morte Iulia, & non libenter vidua erat. Habebat tum Agrippa in matrimonio Marcellam Octauiæ ſororis Auguſti filiam: cum qua amanter concorditerque viuebat, & ex ea liberos ſuſceperat. Sed Auguſtus exorata ſorore, vt ſibi genero cederet Agrippæ, dimiſſa Marcella, Iuliam vxorem dedit. cetera quæ ad Agrippam pertinent, ſuo loco reddentur.

Tiberium Neronem & Claudium Druſum priuignos imperatoriis nominibus auxit.] *Liuia Druſilla, de qua in ſequentibus multa dicentur, quo tempore eam duxit Auguſtus, iam è Tiberio priore viro Tiberium ſuſceperat, eum, qui poſt Auguſtum imperauit, eratque tum Tiberius ſeptemdecim annorum. Grauida etiam erat. itaque tertio menſe D.Druſum, qui poſtea Nero Claudius Druſus, mutato prænomine, vocatus eſt, apud Auguſtum enixa eſt. vnde vulgatus iocularis verſus,* Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. *Non defuerunt tamen, qui Druſum Auguſti filium crederent, natum ex adulterio, quod Li-*

uia adhuc Tiberio nupta, cum Auguſto feciſſet. Vt vt eſt, Tiberij eum filium videri voluit: ideoque ſtatim natum ad Tiberium miſit: iſque eum agnitum accepit: Sed paulo poſt moriens, vtrique filio Auguſtum teſtamento tutorem dedit. Hic Druſus pater eſt Germanici, fortiſſimi viri, ac cum quolibet veterum comparandi, & Claudij qui poſt Caligulam imperium obtinuit. Hos igitur priuignos imperatoriis nominibus auxit, id eſt, imperatorum nomine ornauit Auguſtus. Ac ne quis putet ea ornamenta idcirco priuignis tributa, quod è ſuis neminem haberet, cui incumberet, atque inniteretur, ait Tacitus, id eum feciſſe integra etiam tum domo ſua, nam ſuperſtites adhuc habebat genitos Agrippa duos ex filia nepotes Caium & Lucium, quos quoniam alioqui auo materno heredes futuri non erant: patris enim, non matrisfamiliam filij ſequuntur: vt illud impedimentum tolleretur, à patre Agrippa per æs & libram emptos domi adoptauerat, & ex naturalis patris poteſtate in ſuam translatos, in familiam Cæſarum induxerat: nec dum poſita puerili prætexta, principes iuuentutis appellari, deſtinari conſules, ſpecie R. flagr. cupiuerat.

Caius Agrippæ filius natus eſt anno ab vrbe condita DCCXXXIV. M. Apuleio & P. Silio Coſ.

Lucius autem triennio poſt, conſulibus Furnio & Silano. Horum vterq; ab ipſa pueritia admodum inſolens fuit. Itaq; cum Porcius Latro, declamator nobilis, controuerſiam quandam declamans Auguſto & Agrippa præſentibus, dixiſſet, furere iſtos, qui adoptione nobilitati eſſent, *in vtriuſq; offenſionem incurrit, quaſi Auguſti nepotes oblique notare voluiſſet. Ad reprimendam eorum inſolentiam, Tiberium Auguſtus, Agrippa mortuo, in conſortium tribunitiæ poteſtatis aſſumpſit, anno ab Vrbe condita DCCXLVIII. eumq; ad pacandam Armeniam miſit. Ait Tacitus* nec dum poſita puerili prætexta, *Lucius enim vndecimum annum agens, Caium, qui quattuordecim annorum erat, conſulem deſignandum curauit: cum iam vterq; princeps iuuentutis appellatus eſſet. Puerilis autem prætexta ponebatur, vt notum eſt, anno ætatis XVII. Lucius quoq; ipſe quartumdecimum annum agens, conſul deſignatus eſt, vt ex antiquis ſcriptoribus conſtat, anno V. C. DCCLI. Neque tamen conſulatum tam tenera ætate geſſerunt. Nam Lucius quidem ante mortuus eſt, quam Caius. Caius autem conſulatum geſſit, cum eſſet annorum viginti.*

Puerili prætexta.] *Ideo additum*, puerili: *quoniam prætexta vtebantur & magiſtratus.*

Principes iuuentutis appellari.] *Nulla poteſtas hac appellatione indicabatur: ſed dignitas tantum*

tum

tum quadam, qua Imperatorum filij vſque ab adoleſcentia cohoneſtarentur, & à ceteris diſtinguerentur.

Deſignari conſules.] *Ita legendum puto, vt & ante* appellari. *A populo enim eos deſignari, non deſignare eos ipſe cupiuerat.*

Specie R. fl. cupiuerat.] *Neque elegantius quidquam dici potuit, neq; quo melius exprimeretur principum conſuetudo, qui ſæpe ea nolle ſe ſimulant, quæ impenſiſſime cupiunt: & cum ſuos ad dignitatem aliquam promouent, operam dant, vt id non tam voluntate ſua, quam alienis precibus adducti ac prope coacti feciſſe videantur. Sed vt vrbane à poëta quodam de puellis dictum eſt,* Gaudet virginitas rapi, *ſic eiuſmodi vis eos, quibus adhibetur, oblectat. Cogi ſe gaudent.*

Flagr. cup.] *Scribit tamen Dio illam immaturam ac præproperam nepotum ambitionem diſplicuiſſe Auguſto: precatumq; eum, ne dij ſinerent, euenire, vt quod ſibi contigerat, quiſquam nondum viginti annos natus, conſul fieret. Sed non ſemper principes ex animi ſui ſententia loquuntur. Etiam qui ex illis rhetores non ſunt, figurate tamen loqui ſciunt.*

Vt Agrippa vita conceſsit. *& cet. vſque ad illum locum,* at Hercule Germanicum.] *Videte, quam ſæpe hominum cōſilia irrita euadant. Mul-*

tis ſe, vt videbatur, Auguſtus dominationis ſubſidiis ſepſerat. M.Agrippam, duos ex eo nepotes, quos iam fecerat ſuos, priuignos totidem, circum ſe habebat. Parum abfuit, quin ſolus relinqueretur. Extinctis ceteris omnibus vnus Tiberius ſuperſtes fuit. Nimirum imperare eum oportebat. Sed ea quæ Tacitus perſtringit, fuſius explicanda ſunt. Ac primum de Agrippæ morte dicamus.

Agrippa è Pannonia rediens, quo eum cum ſummo imperio Auguſtus miſerat, cum in Campaniam veniſſet, ibi morbo correptus interiit, Meſſalla & Quirino Coſ. anno vrbis DCCXLII. ætatis ſuæ quinquageſimo primo. Summum eius mors dolorem, & Auguſto inuſſit & populo. Carus enim omnibus vixerat. Velleius eum fuiſſe ait virtutis nobiliſſimæ, labore, vigilia, periculo inuictum, parendiq; ſcientiſſimum, ſed vni tantum: nam aliis imperandi cupidum fuiſſe. Tribuit etiam ei laudem illam, qua ſe potiſſimum Alexander multa magnaque conſecutum eſſe dicebat, nihil differentem ac procraſtinantem, *ſed ſtatim conſultis facta iungentem. Præclarum ei quoque reddit teſtimonium Seneca, cuius hæc ſunt ex epiſtola 95.* M.Agrippa vir ingentis animi, qui ſolus ex his, quos ciuilia bella claros potenteſque fecerunt felix in publicum fuit. *Dionis autem verba è libro 54. ita honorifice de eo ſcripta ſunt, vt recitare libeat.* Αγρίππας μὲν οὖν οὕτω μετήλλαξε, τά τε ἄλλα ἄριστος

τῶν

τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων διαφανῶς γενόμενος, καὶ τῇ τοῦ Αὐγούστου φιλίᾳ πρός τε τὸ αὐτῷ ἐκείνῳ καὶ πρὸς τὸ τῷ κοινῷ συμφορώτατον χρησάμενος. ὅσῳ τε γὰρ τοὺς ἄλλους ἀρετῇ κατεκράτει, τοσοῦτον ἐκεῖνον ἐθελοντὴς ἡττᾶτο. καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ καὶ σοφίαν καὶ ἀνδρείαν ἐς τὰ λυσιτελέστατα παρέχων, πᾶσαν τὴν παρ' ἐκείνου καὶ τιμὴν καὶ δύναμιν ἐς τὸ τοὺς ἄλλους εὐεργετεῖν ἀνήλισκεν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ταμάλιστα οὔτ' αὐτῷ ποτε τῷ Αὐγούστῳ ἐπαχθὴς, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπίφθονος ἐγένετο. ἀλλ' ἐκείνῳ τε τὴν μοναρχίαν, ὡς καὶ δυναστείας ὄντως ἐπιθυμητὴς *(ſic enim lego, vt opponatur ei quod ſequitur,* δημοτικώτατος*)* συνέστησε, καὶ τὸν δῆμον εὐεργεσίαις, ὡς καὶ δημοτικώτατος, προσεποιήσατο. *Sed vt Simonides dicebat,* πᾶσι κορυδάλλοισι λόφον ἐγγίνεσθαι, *Plinius aliquando eum vino indulgentiorem fuiſſe dicit. Suetonius impatientiorem fuiſſe ſignificat, cum ait ab Auguſto patientiam in eo aliquando deſideratam. Sed quia Suetonius eo loco deprauatus eſt, ignoratione vocis antiquæ, verba ipſius recitabo, vt emendem. Sunt igitur hæc:* Deſiderauit nonnũquam & M. Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem: cum ille ex leui rigoris ſuſpicione, & quod Marcellus ſibi anteferretur, Mytilenas ſe, relictis omnibus, cõtuliſſet: & hic ſecretum de comperta Murenæ coniuratione, vxori Terentiæ prodidiſſet. *Hæc Suetonius, in quibus, quid ſit* leuis illa rigoris ſuſpicio *nunquam quiſquam recte explicabit.*

cabit. Neque enim recte explicari deprauata poſſunt. Legendum, addita vna litterula, frigoris. Frigere *enim dicuntur, qui apud alium minus valent, quam ſolebant, minuſq; ab eo magnifiunt, qui negliguntur. Terentius:* Nimium hiſce homines frigent. *Cũ Phædria, qui Thaidi omnia fuerat, admiſſo Thraſone excluderetur. Idem:* Vbi friget, huc euaſit. *Hoc vocabant* frigus. *Horatius:* O puer, vt ſis Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus Frigore te feriat. *Inepti enim planè ſunt, qui eo quoq; loco* frigoris *nomine mortem ſignificari putant. Hoc igitur dicit Suetonius, Agrippam, qui ſemper apud Auguſtum primus fuerat, cùm leui ſuſpicione tactus eſſet Marcellum ſibi anteferri, eius rei impatientia, Mytilenas ſe contuliſſe. Redeamus ad Tacitum.*

L. Cæſarem euntem ad Hiſpanienſes exercitus] *Hic vt dictum eſt, Agrippa filius natu minor fuit, vna cum fratre, viuo adhuc patre, adoptatus ab Auguſto. Is ad exercitus Hiſpanienſes, vt eis tanquam imperij ſucceſſor, commendaretur, proficiſcens, morbo ex intemperantia contracto, Maßiliæ deceßit, anno vno ante fratris mortem.*

Caium remeantem Armenia, & vulnere inualidum, mors fato propera, vel nouercæ Liuiæ dolus abſtulit.] *De huius morte, ita Velleius.* C. Cæſar ante aliis prouinciis ad ſedandum obitis, in Syriam miſſus, conuento

prius

prius Ti. Nerone, cui omnem honorem vt ſuperiori habuit, tam varie ſe ibi geſsit, vt nec laudaturum magna, nec vituperaturum mediocris materia deficiat. Cum Rege Parthorum iuuene excelſiſsimo in inſula quam amnis Euphrates ambiebat æquato vtriuſq; partis numero coiit. Prior Parthus apud Caium in noſtra ripa, poſterior hic apud regem in hoſtili epulatus eſt. Armeniam deinde ingreſſus, prima parte introitus proſpere geſsit: mox in colloquio, cui ſe temere crediderat, circa Artagera, grauiter à quodam, nomine Adduo, vulneratus, ex eo, vt corpus minus habile, ita animum minus vtilem reipub. habere cœpit. Nec defuit conuerſatio hominum vitia eius aſſentatione alentium. Etenim ſemper magnæ fortunæ comes adeſt adulatio: per quæ eo ductus erat, vt in vltimo ac remotiſsimo terrarũ orbis angulo conſeneſcere, quàm Romam regredi mallet. Deinde reluctatus inuituſque reuertens, in Italiam, in vrbe Lyciæ, Limiram nominant, morbo obiit. *Hæc Velleius. Ad Caium euntem in Armeniam venit in Chium Tiberius è Rhodo, quò ſeceſſerat, eumque omni honoris genere excepit. Cum Iudæam præterueheretur Caius, noluiſſe eum ſupplicare in templo Hieroſolymitano, tradit Suetonius:*

tonius:eoq; nomine ab Auguſto laudatum. At Paulus Aquilegienſis ingentem famem, qua Roma conſecuta eſt, eueniſſe ait, vlciſcente Deo illum contemptum ſui.

Mors f.pr.ſeu n. Liuiæ d. abſtulit.] *Zonaras ne Auguſtum quidem ipſum caruiſſe ſuſpicione refert, quod Caium parum ſibi acceptum necaſſet. Et hoc eſt quod Plinius lib. 7. cap. 45. inter Auguſti infortunia numerat, incuſatas liberorum mortes luctuſq; non tantum orbitate triſtes.*

Druſoque pridem extincto.] *Multa bella in Germania Druſus fortiſſime ac feliciſſime geſſerat, multas barbaras gentes domuerat, fines imperij protulerat. cum tandem ex fractura equo ſuper crus eius collapſo, trigeſimo die, quam id acciderat, mortuus eſt. Corpus à Ti. Nerone fratre qui nuntio valetudinis eius euocatus, raptim accurrerat, Romam peruectum, cum Tiberius ipſe, toto itinere pedibus prægrederetur, & in C. Iulij tumulto cõditum. Laudatus eſt ab Auguſto: & ſupremis illius funeribus plures honores additi. Liuius lib. 142. Suetonius, inter Rhenum & Salam fluuios, mortuum eſſe eum, auctor eſt Strabo lib. 7. Ad eum ægrotantem tanta celeritate properauit Tiberius vt vna nocte ac die, tribus vehiculis emenſus ſit CC. M. paſſuum. viuum adhuc ab eo repertũ fratrem ait Ouidius: alij iam mortuo, veniſſe. Celebrauit laudes Druſi Horatius lib. 4. Odarum, ode cuius principium eſt,* Qualem miniſtrum.

ſtrum. *Extat & elegantiſſimum poëma ad Liuiam* de morte Druſi, *quod Ouidio tribuitur, nec feliciſſimo illius ingenio indignum videtur. Conſul erat Druſus, quo anno mortuus eſt & triceſimum agebat ætatis annum. Auctor Paulus Aquilegienſis diaconus.*

Nero ſolus è priuignis erat, illuc] *ad Tiberium, quem ſuo cognomine Neronem vocat.*

Cuncta vergere] *inclinare, ferri, ῥέπειν. Exponit autem hoc ita vt cauſam vna ſignificet. Ideo enim ad Tiberium vergebant omnia, quia ſolus Tiberius ſuperſtes erat ex iis ad quos peruenturum imperium ſpes fuerat.*

Filius, collega imperij, conſors tribunitiæ poteſtatis adſumitur.] *L. Cæſare mortuo, viuo adhuc Caio, de adoptando Tiberio cogitauerat Auguſtus: neq; tamen eum adoptauit, niſi vtroq; iam mortuo. Adoptauit autem eodem die Tiberium, & M. Agrippam M. F. Poſtumum de quo ſtatim dicturi ſumus. In foro vtrumque, non domi, vt Caium & Lucium. Tiberius enim & Poſtumus patresfamilias erant. Vtrumque lege Curiata: quia mutanda erant ſacra. Sed in adoptando Tiberio ſingulari verborum formula vſus eſt.* Hóc reip. cauſa facio. *Velleius.*

C.i.c.t.p.adſ.] *Iam ei tribunitiam poteſtatem obtinuerat: ſed in quinquennium tantum. tunc autem in alterum quinquennium poſtulauit. Quibus*

autem

autem tribunicia poteſtas petebatur, ij ſucceſſores imperij habebantur.

Omniſque per exercitus oſtentatur] *vt milites eius imperio aſſueſcerent.*

Non obſcuris, vt antea, matris artibus, ſed palam hortatu.] *Iam enim, ſine vlla ſimulatione, ſublatis æmulis, filio imperium deſtinabat.*

Nam ſemen Auguſtum deuinxerat adeo, vti nepotem vnicum Agrippam Poſtumum in inſulam Planaſiam proiiceret, rudem ſane bonarum artium, & robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen flagitij compertum.] *Natura comparatum eſt, vt cum corpore, ſenum animus quoque relangueſcat ac molliatur. Itaque ſi ſenex improbam vxorem nactus eſt, facile ſe illius blanditiis irretiri & illaqueari ſinit. Vix enim eſt, vt reſiſtere poſſit incautus & incuſtoditus attentæ ſemper & ſubdolæ, apertus ac ſimplex duplici & tectæ, inermis armatæ. Senes autem etiam, propria ipſorum arma, conſilium & prudentia ſæpe deficiunt: at eiuſmodi mulier quando dolis armata non eſt? Hoc & in priuatis domibus, quarum tamen damna minus late patent, periculoſum eſt: & in principibus eo periculoſius, quo maiorem ſecum ruinam trahunt. Impotentes enim fere ſunt aut in magna potentia educatæ, aut ad eam euectæ mulieres, nouarum rerum amantes, ambitioſæ, imperandi*

randi cupidæ: & dum quod facere imbiberunt, efficiant, fas nefaſque pro eodem putant: quo minus omnia turbentur ac ruant; quo minus cœlum terræ miſceatur, dum potiantur eo, quod cupiunt, non recuſant. Metum, pudorem, religionem, caritatem, etiam coniunctiſſimorum exuunt: vt ad honeſta pauide, ſic ad illicita audaces. Cum *autem per ſe feminæ parere miſerum eſt: tum longe infeliciſſima gens, cuius ipſe princeps feminæ paret. Minus interdum malorum efficiunt ſolæ. Quanquam enim omnia præ ſua libidine nihili faciunt, interdum tamen, ſi ſolæ ſint, naturali ſexus ſui timiditate refrænantur: non vt virtute vitium, ſed vt vitium contrario vitio paulum reprimatur ac retundatur. At ſi cupiditatem ſuam virorum vel auctoritate velari, vel nomine ipſo firmari poſſe videant, nihil tam periculoſum, quod aggredi; nihil tam munitum, quod labefactare; nihil tam ſanctum, quod violare non audeant. Magna populi calamitas eſt vxorius princeps.* Ter quater*que, vt poëtæ loquuntur, miſeræ gentes, quarum principes vxoribus ſuis nubunt.* Nam *vt cicuta, ſi ſola bibatur, meri potione, ne exitio ſit, impediri poteſt: ſin permiſta cum vino hauſta ſit, nullus iam ſupereſt remedio locus: ita muliebris impotentia, ſi ſola bacchetur, imperio viri frænari ac coërceri poteſt: ſin virili auctoritate vallata, & illo quaſi vehiculo adiuta, ad reipub. vitalia penetrarit,*

vix

vix ab imminenti exitio populum Salus, vt aiunt, ipſa ſeruauerit. Deſperata & profligata res eſt, vbi ſe cum venenis remedia miſcuerunt. Hoc malum populo R. in Auguſto & Liuia euenerat. Miti & placido erat ingenio Auguſtus, præſertim ſenex. Sed Liuia, dum filio, qui iam ipſi vnicus reliquus erat, quo iure quaq; iniuria imperium parare vult, ſenem per ſe leniſſimum in eos, qui obſtare poſſe videbantur, efferabat. Iam duos Agrippæ filios pridem imperio deſtinatos mors ſiue naturalis ſiue in altero Liuiæ venenis properata ſuſtulerat: & vulgo nota Liuiæ improbitas ipſi Auguſto aliquid ſiniſtræ ſuſpicionis aſperſerat. Reſtabat vnus M. Agrippa Poſtumus. Moriens enim, vt ante dixi, prægnantem vxorem reliquerat Agrippa. Tollendus erat hic quoque, præſertim cum eum eodem, quo Tiberium die adoptaſſet Auguſtus, & iuuenem paternæ virtutis memoria multorũ conciliatura animos videretur. Nunquid igitur hunc quoque venenis aggreſſa eſt? Eadem ſæpe tentare, ſuſpectum eſt: & fortaſſe fraterna nex Poſtumum aduerſus tales inſidias reddiderat cautionem. Graſſemur calumniis. Hæc quoq; non inuſitata nouercis tela ſunt. Inſimulatus eſt, quaſi Liuiam nouercam, probris inceſſeret: ipſi Auguſto parum æquus foret: de ipſius morte conſilia iniſſet: neque tamen damnatus capitis: cum rei tam atrocis nulla ſatis firma indicia proferrentur. Sed relegatus, & amotus è conſpectu, vt & deleretur ex aui animo, & cum commodum foret,

minore,

minore negotio è medio tolleretur. Ita Auguſtus nepoti, vt in vita eſſet, ipſius innocentiæ: vt in vrbe neſſet, vxoris improbitati dedit.

Ac Poſtumum Tacitus fuiſſe ait Rudem ſane bonarum artium. *Quod mirum non eſt. Nam neque patrem habuerat, à quo educaretur: & à matre nihil didiciſſe poterat, niſi quod non didiciſſe præſtaret.* Et robore corporis ſtolide ferocem. *Quod Plato euenire ait omnibus generoſis ingeniis, quoties nõ ita, vt oportet, educantur. Et alioqui patrem habuerat ruſticanum ac militarem, & duritiæ non delitiis aſſuetum. Addit Tacitus:* Nullius tamen flagitij compertum. *Hoc auo ad conſeruãdum ac fouendum nepotem ſatis eſſe debebat. Sed videte, quam propriis & ſignificantibus verbis vtatur Tacitus, quem iſti inepte faſtidioſi, quia, quid bene loqui ſit, neſciunt, vt male locutum notant.* Nam ſenem, *inquit,* Auguſtum, *ob idq; languidiorem & captu faciliorem*, deuinxerat *& in poteſtatem ſuam redegerat, ſibiq; obnoxium reddiderat* adeo, vti *non cetera modo ex eius arbitratu gereret, ſed* nepotem: *& ſolent nepotes auis cariores etiam eſſe quã filij, quo ſe in eis diutius victuros, ac memoriam ſui propagaturos eſſe confidunt. Neq; tantum nepotem, ſed nepotem* vnicum. *Quis autem neſcit, quæ vnica ſunt, quãto cariora eſſe ſoleant? Oculum ipſum (& nibil eſt oculis carius) magis amant, qui vnicum habent.* Agrippam. *vt vel ipſum Agrippæ nomen*

F reno-

renouare deberet in Auguſti animo memoriam illius Agrippæ, quo potiſſimum adiutore ad imperium peruenerat. Agrippam *igitur* Poſtumum, *ob idque* τηχυγέτλω: *quo caritas intendi ſolet: & ita natum, vt ſpes nulla ſupereſſet, fore vt ex patre ipſius quiſquā amplius naſceretur: nō blande ac leniter amandaret, non ſecedere iuberet, nō honoris ſpecie in prouinciam aliquā mitteret, ſed* proiiceret: *quo in verbo ſumma ineſt odij & auerſi animi ſignificatio. Quæ enim proiicimus, ab iis abhorremus: ea ne aſpicere quidem volumus. At quo proiiceret? Tarentum forte, aut Mitylenen, aut Miletum, aut in aliquem eiuſmodi locum, in quo inglorius præciſa imperandi ſpe, delicate tamen ac molliter viueret. Immo vero* in inſulam Planaſiam, *Corſicæ proximam ob inſalubre cælum prope deſertam, & quidem addito ad cuſtodiam tribuno militum. Videte quantum in ſenum animis, aduerſus priuignos, nouercales blanditiæ poſſint.*

At Hercule Germanicum Druſo ortum, octo apud Rhenū legionibus impoſuit adſciriq; per adoptionē à Tiberio iuſsit. quāquam eſſet in domo Tiberij filius iuuenis: ſed quo pluribus munimentis inſiſteret.] *Vnicum è tribus Agrippæ filiis reliquum, in inſulam abdicarat, ac relegauerat. At non talis in Germanicū Druſi, qui, vt diximus, in Germania interierat, filiū fuit: ſed eum præfecit octo legionibus, quæ ad ripam Rheni collocatæ erant ad prohibendas Germanorum incur-*

incurſiones. Erant autem hæ legiones in duos exercitus diſtributæ,ſuperiorem & inferiorem. In ſuperiore erant legio ſecunda,tertiadecuma,quartadecuma,& ſextadecuma, In inferiore,prima,quinta,vndeuiceſima & viceſima. His omnibus ſummo cum imperio præerat Germanicus Druſo ortus.*ex Antonia minore,*adſciriq; per ad.a Ti.iuſsit. *antequam ipſe Tiberium adoptaret: idq; vt eadem opera & Tiberius filius & Germanicus nepos Auguſti fieret,& vterque in poteſtate eius eſſet. Meminit huius adoptionis Iuſtinianus lib.1. Inſtitutionum iuris ciuilis.*

Quanq̃ eſſet in domo Tiberij Filius iuuenis.] *Druſus, quẽ Tiberius ex Agrippina M.Agrippæ filia,T.Põponij Attici,ad quẽ Ciceronis epiſtolæ ſunt, nepte ſuſceperat. Eã enim habuerat in matrimonio: ſed mortuo Agrippa,coactus erat ab Auguſto eam dimittere, & Iuliam, quæ non quidẽ ſocrus,ſed tamen ſoceri ſui vxor fuerat,ducere. Hunc Druſum Tiberij filium oportet ſaltem iam viginti annorũ fuiſſe, quo tempore Tiberius Germanicum adoptauit. Nam, viuis adhuc Caio, & Lucio Agrippis, eum pater in forum deduxerat,togamq; ei puram dederat. Mortuum Auguſtum in foro, ſub veteribus tabernis laudauit. Nunquam valde carus fuerat patri, quod vita eſſet fluxiore ac remiſsiore. Itaque cum in Vrbe, imperante iam Tiberio obiiſſet, tantum non à funere ad negotiorum conſuetudinem rediit, longiore iuſtitio inhibito. Quin & Ilienſium legatis paulo*

ſerius conſolantibus, quaſi oblitterata iam doloris memoria, irridens, ſe quoque reſpondit, vicem eorum dolere, quod Egregium ciuem Hectorem amiſiſſent. Auctor Suetonius.

Munimenta] *vocat* ἕρματα. *quidam veterum pro eodem dixerunt* fulmina *à fulciendo.*

Bellum ea tempeſtate nullum niſi aduerſus Germanos ſupererat, abolendæ magis infamiæ ob amiſſum cũ Quintilio Varo exercitum, quam cupidine proferendi imperij, aut dignum obpræmium.] Ea tempeſtate. *Grandior oratio quam ſi dixiſſet,* eo tempore. *Sic Cicero illud notat:* Qua tempeſtate Pœnus in Italiam. *Sic Salluſtius:* Auaritia multos mortales falſos fieri ſubegit. *grandius, quam ſi dixiſſet,* multos homines.

Ab.m.inf.] *Subaudi,* ἕνεκα ἦχάειν. *Sic ſæpe Salluſtius aliiq; priſci locuti ſunt, Græcorum exemplo.*

Ob am.c. q. v.exercitum.] *De clade Variana infra pluribus agendum erit. Poteſt & vt tertio caſu dictum accipi. nam ſic quoque frequenter loquuntur. Hic autem notandum trium præcipue rerum cauſa bella ſuſcipi: aut ad iniuriam vindicandam, abolendamque, ſi qua ex ea contracta eſt, infamiam: turpe enim habetur, acceptam iniuriam vlciſci non poſſe: & princeps populuſue, qui acceptam iniuriam diſſimulat, irritat nouam: aut cupiditate imperij proferendi: aut ſpe præmij. Cupiditas proferendi imperij in*

Augu-

Auguſto non erat. nam, vt videbimus, potius de magnitudine illius coërcenda cogitabat. Belli aduerſus Germanos, nullum ſatis dignum eſſe præmium poterat. Regio enim eſt terris informis, cælo aſpera, triſtis cultu aſpectuque niſi patria ſit: vt hic ipſe ait in libro de ſitu, moribus, & populis Germaniæ: *aut ſiluis horrida, aut paludibus fœda. Vna igitur belli cauſa erat, ſtudium abolendæ infamiæ contractæ ob cladem Varianam.*

Domi res tranquillæ.] *Docuit qui rerum ſtatus extra Vrbem eſſet, nunc qui in Vrbe.* Domi, *inquit, id eſt, in vrbe omnia tranquilla & pacata erant.*

Eadem magiſtratuum vocabula.] *Callide & ſapienter ſcriptum. Non erant iidem magiſtratus. neq; enim eandem vim atque auctoritatem obtinebant: ſed tamen iiſdem nominibus vocabantur. Et hoc ad plebem fallendam plærunq; ſatis eſt.*

Iuniores poſt Actiacam victoriam etiam ſenes plerique inter bella ciuium nati.] *Tota ciuitas diuidebatur in centurias ſeniorum & centurias iuniorum. Iuniores vocabantur vſque ad annum XLVI. poſtea ſeniores. Auguſtus autem rerum potitus eſt annos LVI. quattuor & quadraginta ſolus poſt Actiacam victoriam: duodecim cum collegis. Iuniores igitur poſt Actiacam victoriam, ſenes plariq; inter bella ciuium nati erant, neq; fere quiſquam ſuperſtes erat, qui Rempub. vidiſſet. Sed hoc Tacitus fi-*

gurate efferre maluit, hoc modo: Quotus quiſque reliquus qui rempub. vidiſſet? *Hic autem notandum eſt ad confirmandam nouam tyrannidem, præter cetera, vitæ diuturnitatem, requiri. Quamdiu enim ſuperſunt, qui libertatis dulcedinem experti ſunt, nunquam deſunt, qui alios ad eam recuperandam cohortentur. At qui longinquitate temporis ad ſeruitutem occalluerunt, ij itidem vt aues diu cauea incluſæ, de libertate ne per ſomnium quidem cogitant: molliorem paulo & clementiorem ſeruitutem omni libertate potiorem putant.*

Igitur verſo ciuitatis ſtatu, nihil vſquam priſci & integri moris.] *Auitæ virtutis ac libertatis nemo meminerat. Qui imperare aliis ſolebant, ipſi iam* omnes, exuta æqualitate, iuſſa principis aſpectare, *ex illius vnius nutu arbitrioque pendere: atque inter ſe, quis ad imperata facienda promtiſſimus eſſet, contendere. Notate autem verbum* exuendi, *quo ſæpiſſime & elegantiſſime Tacitus vtitur, vt poſtea monebo.*

Nulla in præſens formidine, dum Auguſtus ætate validus ſeq. & domum & pacem ſuſtentauit.] *Non timent homines, niſi propinqua: ne mortem quidem, niſi cum eam putant imminere: Cum tamen omnibus momentis immineat. Itaq; de principibus ætate validis, ita fere cogitat plebs, ac ſi nũquam morituri eſſent. Nihil igitur in præſens metuebãt Romani, quamdiu Auguſtũ diu etiam victurũ eſſe ſperabant.*

Poſt

Poſt quam prouecta iam ſenectus.] *Vixit enim Auguſtus annos LXXVI.* AEgro etiam corpore fatigabatur. *Nam præterquam quod ipſa ſenectus morbus eſt: omnes alij morbi ad eam, tanquã ſerui nocentes ad aram concurrunt ac confugiunt.* Aderatque finis. *Aderat, id eſt, iam pro certo imminebat. Qui enim diu cucurrit, procul à meta abeſſe nequit.* Et ſpes nouæ. ἐλπίδες καιναὶ. *Semper enim mutatio principis nouas ſpes in animis hominũ concitat.* Pauci, *iique aut ſenes aut rerum imperiti, aut vtrumq;, qui libertatis ne vmbram quidẽ vllam ſupereſſe non viderent, neq; cogitarent eam iampridẽ ita alte obrutam eſſe, vt reſurgendi nulla ſpes eſſet.* Bona libertatis in caſſum diſſerere. *Quorſus enim eius rei memoriam refricabant, quam nemo, niſi ſtultiſſimus, recuperari poſſe conſideret?* Plures bellum paueſcere. *diuites nimirum, & nouis ex rebus aucti: quibus quod amitterent, erat.* Alij cupere. *ij videlicet, quorum res familiaris non optime conſtituta erat: vt ex omni bellico motu, damni quidem nihil metuere: lucri ex præda, vt cumque caderet res, ſperare aliquid poſſent.* Pars multo maxima imminentis, *& impendentes ceruicibus ſuis* dominos variis rumoribus differebant. *varie de eis loquebantur, varie augurabantur, quid quiſq; incommodorum ac calamitatum & priuatim & publice allaturus eſſet.* Trucem Agrippam, *rudem, vt ante dixit, bonarum artium, & robo-*

 re cor-

re corporis ſtolide ferocem ignominia accenſum, *quod ab auo eodemque patre abdicatus & relegatus fuiſſet* non ætate neque rer. experientia. *Quæ duo ad prudentiam neceſſaria ſunt, virtutem, vt Plato & Ariſtoteles aiunt, imperantium propriam.* Tantæ moli parem. Ti. Neronem maturum annis. *iam enim quinquaginta quinque annos natus erat.* Spectatum δοκιμαϑέντα bello. *Multa enim bella in Dalmatia, multa in Germania geſſerat.* Sed vetere atque inſita Claudiæ familiæ ſuperbia, *quæ vſque ab vltimis temporibus ſuperbiſſima & plebi inimiciſſima fuerat:* multaque indicia ſæuitiæ, quanquam premantur erumpere. *quanquam ſimulandi & diſſimulandi peritiſſimus eſſet Tiberius, tegere tamen naturam ſuam non ita poterat, vt non interdum erumperet. Videte autem, vt omnia perſequatur:* γένεσιν. *Ortus enim erat è gente Claudia.* φύσιν. *Multa enim ſæuitiæ indicia eminebant. educationem* & prima ab infantia eductum in domo regnatrice. τὰ συμβαίνοντα. Congeſtos iuueni conſulatus, triumphos. *Bis autem conſul, viuo Auguſto, fuerat Tiberius: bis triumphauerat.* Ne iis quidem annis. *Octo autem fuerant.* Quibus Rhodi, ſpecie ſeceſſus, exul egerit. *Ceſſerat autē vt Caio & Lucio cederet, itemque pertæſus vxoris Iuliæ impudicitiam.* Aliud quid quam iram & ſecretas libidines meditatum. *Libidines ipſius ex Suetonio notæ ſunt.*

Acce-

Accedere matrem muliebri impotentia *eo ſuperbiorem futuram quod imperium filius ipſius beneficio obtinere videbitur.* Seruiendum feminæ: duobuſque inſuper adoleſcentibus, *Druſo & Germanico.* Qui Rempub. interim premant, quandoq; diſtrahant. *Locum hunc expoſui, capite primo libri vndecimi variarum lectiorum. Vtinam autem, quid ſit feminæ & duobus adoleſcentibus ſeruire, nunquam neq; Romanus, neq; vllus alius populus expertus eſſet.*

Hæc atque t. agit.] *& in animo & in ſermonibus.*

Grau. valit. Auguſti. & quidam ſcelus vxoris ſuſpectabant.] *Dio hac de re apertius. Ficuum eſu oblectabatur Auguſtus, easq; ſæpe Liuia decerptas manu ſua ex arbore ipſi porrigere ſolebat; ipſeq; eas ita libentius eſitabat. Partem igitur adhuc pendentium obleuit Liuia veneno, non quidem præſentaneo, ſed quod paucis diebus conſumeret. Iam tum enim ars illa reperta erat: ne noſtrorum temporum inuentum putetis. Venenatas igitur marito dedit: ipſa ſibi eas, quæ tuto edi poterant. Ita effecit vt vir ſuus in cælum, filius ad imperium maturius perueniret. Sed prudenter Tacitus, qui neq; id quod ſatis exploratum non erat, apertius exponendum, & tamen, propter ſuſpicionem, quaſi prætereundo, attingendum, putauit.*

Quippe rum. inceſſ. paucos ante M. Aug.

electis conſulibus. *& cet. vſque ad illud* vtcunque.] *Ne tam atrocem ſuſpicionem in Liuiam ſine cauſa concitaſſe videatur, oſtendit, quid maxime eam ad mortem celerandam viro impuliſſe diceretur. Hoc autem ipſum narrat & Dio: & tangit Plinius his verbis:* Abdicatio Poſtumi Agrippæ poſt adoptionem: deſiderium poſt relegationẽ: inde ſuſpitio in Fabium, arcanorumq; proditionem: hinc vxoris & Tiberij cogitationes, ſuprema eius cura. *Narrat & Plutarchus* ἐν τῷ περὶ ἀδολεσχίας: *quem locis aliquot corruptum eſſe, & quibuſdam in rebus à Tacito diſſentire, oſtendi capite ſecundo, libri vndecimi variarum lectionum.*

Neque ſatis comp. eſt.] *Alij tamen vt Suetonius & Dio pro certo tradunt, viuo adhuc Auguſto veniſſe Tiberium longoque ſermone commendatam ei eſſe remp. ipſum deniq; Auguſtum in Tiberij complexibus exſpiraſſe. Addit alia Velleius: qui mihi videtur in hoc hiſtoriã ſcripſiſſe, vt per occaſionem Tiberio adularetur.*

Primum facinus.] Ἀρχομένου δ᾽ ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. *Ait Pindarus. Sic Tiberius ab ipſo imperij principio, edito hoc egregio facinore, ſignificare voluit, qualis princeps futurus eſſet. Suetonius ait, Auguſti exceſſum non prius palam factum, quam Agrippa iuuene interempto.*

Nihil

Nihil de ea re.] *ne factum excuſando agnoſcere videretur.*

Multa ſine dubio.] *duobus argumentis oſtendit, credibile non videri, Agrippam Auguſti iuſſu interfectum: eiusq; rei culpam omnem in Liuiam potius & Tiberium conferendum.*

Nunt. cent. vt mos eſt militiæ.] *Vide quæ notaui cap. 3. lib. 11. var. lectionum.*

Saluſtius Criſpus.] *De hoc ita ſcriptũ eſt tertio horum librorum.* Criſpum equeſtri ortum loco, C. Salluſtius rerum Romanarum florentiſsimus auctor, ſororis nepotem in nomen adſciuit. atque ille, quanquam prompto ad capeſſendos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, ſine dignitate ſenatoria, multos triumphalium conſulariumque potentia anteiit, diuerſus à veterum inſtituto, per cultum & munditias, copiaque & affluentia luxu propior. ſuberat tamen vigor animi, ingentibus negotiis par, eo acrior, quo ſomnum & inertiam magis oſtentabat. Igitur incolumi Mæcenate proximus, mox præcipuus, cui ſecreta imperatorum inniterentur, & interficiendi Poſtumi Agrippæ conſcius, ætate proueᴄta, ſpeciem magis in amicitia principis, quam vim tenuit.

Codicillos.] *à Liuia & à Tiberio, vt creditum eſt, confictos, Auguſti nomine.*

Metuens

Metuens ne reus ſubderetur.] *Supponeretur, metaphora ducta à ſuppoſititiis liberis, qui & ſubditi vocantur. Terentius.* Non vides, quantum mali ex ea re excites? ſubditum ſe ſuſpicatur. *Sic infra, hoc ipſo libro:* Vtque mos vulgo quamuis falſis reum ſubdere, Munatium Plancum, conſulatu functum, principem legationis, auctorem ſenatuſconſulti incuſant. *Et lib. 15.* Ergo addendo rumori Nero ſubdit reos.

Iuxta periculoſo.] *Cum ex æquo periculoſum eſſet, cum futurum videret, vt æque in diſcrimen veniret,* ἐξίσης ἐπικινδύνου ὄντος. *Salluſtianum.*

Ficta ſeu vera promeret.] *ſi ficta, à ſenatu. ſi vera, à Liuia, & Tiberio. Ficta facile redargui poterant. Vera ne dici quidem ſine præſenti capitis periculo poterant. Et notandum loquendi genus,* ficta ſeu vera. *Vſitatius enim erat,* ſeu ficta, ſeu vera. *Sed hoc quanto minus in vulgi conſuetudine poſitum eſt, & prope poëticum quiddam olet, tãto maiorem gratiam conciliat orationi. Neque deſunt veterum exempla. Catullus.* Læua ſiue dextra Vocaret aura. *Horatius.* Cantamus vacui, ſiue quid vrimur. *Idem.* Quo non arbiter Hadriæ Maior, tollere, ſeu ponere vult freta. *Idem.* & Sthenelus ſciens Pugnæ, ſiue opus eſt imperitare equis, Non auriga piger.

Monuit Liuiam, & arcana domus, ne

con-

conſilia amicorũ miniſteria Principum vulgarentur.] *Prudentiſſimum præceptum. Nihil eſt enim quod principum auctoritatem magis imminuat, quam ſi domeſtica ipſorum arcana vulgentur. Multa priuatim faciunt, quæ publice neſciri intereſt. Non ſemper eadem eſt interius & exterius illorum facies. Non toti intus æque ac foris nitent. Itaque plæroſq; eorum nemo minoris pendit, quàm qui ad ſecretiſſima maxime admittitur. Pauci admodum ſunt, qui nihil habeant, quod tegi ſatius ſit. Ignotis maior veneratio eſt. contrectata ſordeſcunt. Vix effugere poſſunt, quibus quicquid libet, licet; quin libeat interdum aliquid, quod non licet. Eo pluribus venerabilis eſt princeps, quo paucioribus familiaris.*

Ne conſilia amicorum.] *Multa enim conſilia clam dantur, quæ in propatulo non darentur. quæ publice dantur, ad honeſtatem omnia; quæ ſecreto, ad vtilitatem plæraque diriguntur. At ſi exigantur hæc, vt par eſt, ad regulas philoſophorum, nihil vtile, niſi quod honeſtum.*

Miniſteria militum.] *Multa enim principes, vbi manu & ferro opus eſt, per milites exſequuntur, ad quæ non tam promptos ac paratos eos inuenirent, ſi reddenda ſingulorum ratio eſſet. Qui principi paruit, non ſententia, ſed ſilentio abſoluendus eſt.*

Ne ve Tiberius vim principatus reſolueret, cuncta ad ſenatum vocando.] Principa-

tum

tum *intelligit monarchiam,quæ vt eo magis intenditur, quo magis ad vnum omnia reuocantur, ita eo mollior & laxior ſit, quo pluribus datur iudicandi poteſtas.*

Eam condicionem eſſe imperandi,vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur.] *Fruſtra tentatur à quibuſdam vetus ſcriptura: qui putant,melius legi poſſe*; vt non aliter ratio conſtet. *Hoc enim dicit Tacitus, rationem cuiusq; facti conſtare nõ poſſe, ſi pluribus, vt ſenatui, reddenda ſit. Semper enim idem factum alios probaturos, alios improbaturos:vnum eſſe oportere,cui reddatur ratio, & cuius iudicio ſtetur. Si aliter fiat, imperij vim reſolui,& pro monarchia ariſtocratiam quãdam, aut oligarchiam conſtitui.*

At Romæ ruere in ſeruitium conſules, Patres,eques.] *Vide quam ſignificanti verbo vſus ſit. Non enim flecti aut inclinare dixit, ſed ruere ac præcipites ferri. Simile quiddam notat Cicero libro tertio de Oratore,in verſu Ennij*, Viue Vlixes, dum licet, Oculis poſtremum lumen radiantis rape. *Non dixit*,cape,*non* pete*: haberet enim moram ſperantis diutius ſe eſſe victurum: ſed*, rape. *Hoc verbum eſt ad id aptatum,quod ante dixerat*, dum licet. *Sed in verſu Ennij vulgo deprauate legitur*, radiatum,*cum* radiantes, *legendũ ſit. Vt in Phænomenis.* -Hoc motu radiantis Eteſiæ in vada ponti. *Docui hoc capite 9. lib.11. variar.*

variar. lectionum. Sæpe enim epithetis vtebātur propriorum loco. Sic ferum *dixit Virgilius pro* equo. In latus inq; feri curuā compagibus aluum. *Sic Attius* cornutos *pro* bobus. Forte ante auroram radiorum ardentum indicem, Cum ſomno in ſegetē agreſtes cornutos cient, Vt rorulentas terras ferro putridas Proſcindāt, glebaſq; ex aruo molli excitent.

Conſ. Patres. eques.] *Bonus ordo. Primum enim dignitatis locum obtinebant conſules, ſecundum ſenatores, tertium equites. Sed hic quoque nouitatem numeri mutatione quæſiuit: cum* equitem *pro* equitibus *dixit: vt Virgilius:* Vterumq; armato milite complent. *Neq; quiſquam hæc quæ à me notentur indigna ducat. Notat tale quiddam Cicero in illo verſu Enniano.* At Romanus homo, tamen etſi res bene geſta eſt, Corde ſuo trepidat. *interdum contra, ex pluribus intelligitur vnus.* Nos ſumus Romani, qui fuimus Rutuli. *Et hoc quoq; Thucydideum eſt.*

Quanto quis inluſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes.] *Illuſtriorum enim facta magis notantur. obſcuros ſuæ tenebræ tegunt.*

Falſi.] Falſi *interdum, quos fefellit alius. Terentius. Vt falſus eſt. At hic qui fallere cupiunt.*

Ac feſtinantes.] *dum metuit, quiſq; ne ſibi alius anteuerteret.*

Vul-

Vultuque compoſito.] *temperato.*

Ne læti exceſſu principis.] *Auguſti, cuius mortem ipſi dolori eſſe fingebat Tiberius, & eiuſdem doloris aut potius ſimulationis comites ſibi eſſe alios volebat.*

Neu triſtia res primordio.] *nouo Tiberij principatu.*

Lacrimas gaudio adulatione miſcebant.] *vt ſe neque plane mœſtos, neq; lætos eſſe oſtenderent. Locus autem hic aliis omnibus libris corruptè legitur.*

Sex. Pompeius. & Sex. Apuleius Coſ. primi in verba Tiberij Cæſaris iurauere] Iurare in verba *eſt obſtringere ſe iureiurando ad facienda perpetiendaque omnia, quæ is, cuius in verba iuratur, iuſſerit. Erat autem loquendi genus proprium gladiatorum, qui ſe addicebant magiſtris, id eſt Laniſtis. Vnde apud Horatium.* Nullius addictus iurare in verba magiſtri. *Hanc* auctorationem *vocabāt, & pecuniam, quæ pro eo numerabatur,* auctoramentum. *Iurabant autem ſe non recuſaturos, quominus verberarentur, vſq; ad necem, laminis candentibus vrerentur, ferrum, ſi iuberentur, iugulo reciperent. Horatius.* Quid refert vri virgis, ferroue necari. Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca, Quo te demiſit peccati conſcia herilis, Contractum genibus tangas caput. *Cicero*: Eſt enim in illis ipſa mer-

ces

ces auctoramentum ſeruitutis. *Iurabant, & milites in verba Imperatorum: vnde, &* exauctorari *dicuntur, qui militia ſoluuntur. Primus igitur Tiberius fuit ex imperatoribus Romanis, in cuius verba iuratum eſt, quaſi profitente ſenatu, populoq; Romano voluntariam ſeruitutem Atque ipſi quidem conſules primi iurarunt in verba Tiberij: à ceteris autem idem iuſiurandum exegerunt. Idem in cæteris Imperatoribus continuatum eſt. Id ſupremum funus libertatis Romanæ fuit.*

Apud Coſ.] *melius, quam in aliis* apud q: eos.

Seius Strabo.] *pater Seiani, de quo in ſequentibus tam multa dicentur, &* C. Turranius ille prætoriar. cohortium præfectus, *in quo munere collegam poſtea habuit filium.*

Hic annonæ.] *hæc, & alia pleraq; munera publica excogitarat Auguſtus, vt multos, quorum bona, ac ſorti opera vſus erat, honoraret. Erant autem hæc duo longe honoratiſſima. Itaq; ſtatim poſt conſules ante ſenatum nominantur.* Prætoriæ cohortes *erant, τῶν σωματοφυλάκων, id eſt eorum, quibus imperatoriæ ſalutis cuſtodia committebatur: flos ipſe militiæ fortiſſimus, & fidiſſimus quiſq;. tales enim eſſe oportet, quibus cuſtodiendus eſt is, qui plerumq; cæteris omnibus inuiſus eſt. Neq; temere dixit Ariſtoteles ſecundo Rhetoricorum, finem tyrannidis eſſe cuſtodiam. Iis, qui præerant,* Præfecti præto-

rio *dicebantur: quorum quæ fuerit auctoritas, etiam è libro primo digeſtorum perſpici poteſt. Vnde etiam didicimus, reſpondere eos proportione iis, qui antiquitus Magiſtri equitum erant, ſed multo magis ex formula, quæ legitur apud Caſsiodorum lib. 6. variarum.*

Hic annonæ] *Præfecti annonæ proxima dignitas erant. Triticum conuehendum curabat præfectus pretorio. diſtributio illius ad præfectum annonæ pertinebat. Itaque eodem carpento præfectus annonæ, quo præfectus vrbis vehebatur. annonæ præfectus fuerat Pompeius magnus. Sed extra ordinem. primus ordinarius Auguſtus ipſe: poſt eum hic, de quo agimus Turranius. Repetenda ex eodem Caſsiodori libro, formula præfecti annonæ.*

Mox Senatus mileſque & populus.] *Hic quoque notanda numerorum* ἐναλλαγή.

Nam Tiberius cuncta per Conſules incipiebat, tanquam vetere Repub. & ambiguus imperandi.] *pro* vetere; *Libri veteres* vintere, *vt verear, ne illud* re *fruſtra geminatum ſit, & pro* vintere *fuerit, aut* viuente, *aut* vigente.

Et ambiguus imperandi.] *antique dictum, & nota artificium Tyrannorum, qui imperium, quod vi, aut dolo occuparunt, videri volunt ſuſcepiſſe eorum ipſorum rogatu, quos premunt;*

munt; Parùm eſt eorum ſuperbiam ferre, vltro rogandi ſunt.

Ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, niſi tribuniciæ poteſtatis præſcriptione poſuit, ſub Auguſto acceptæ.] *Non tanquam imperator edixit, vt patres adeſſent: ſed præſcriptione tribuniciæ poteſtatis, quam aut in alterum quinquennium, aut vt alij in decennium ſub Auguſto acceperat.* Poſuit, *puto legendum* propoſuit, *non enim* ponere, *ſed* proponere *edictum dicimus. Sic* propoſitum *accipitur in L. cum in plures §. locator. Digeſt. locati.*

Verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto. De honoribus parentis conſulturum. neque abſcedere à corpore. idque vnum ex publicis muneribus vſurpare.] *Sic lib. 3.* Ipſum quippe aſperrimo hiemis Ticinum vſque progreſſum, neque abſcedentem à corpore ſimul vrbem intrauiſſe. *Videtur cura corporis imperatorij publicum munus fuiſſe.*

Sed defuncto Auguſto, ſignum prætoriis cohortibus, vt Imperator dederat.] Signum dare *imperatoris eſt. Vnde* Σημαίνειν, imperare *Homerus.*

αἴθ' ὤφελλες ἀεικελίου στρατοῦ ἄλλου σημαίνειν. & σημάντορες, *Imperatores.*

Excubiæ, arma, cetera aulæ] *non domus priuatæ.*

Miles in forum. miles in curiam comitabatur] *quod non fiebat niſi principi.*

Litteras ad exercitus tanquam adepto principatu miſit.] Adepto, παθητικῶς, *vt & apud Ciceronem, & alios veteres ſæpe.*

Nunquam cunctabundus, niſi cum in Senatu loqueretur.] *illic autem ſententiam ſuam omni artificio tegebat.*

Cauſa precipua ex formidine] *ne Germanicus, in cuius manu tot legiones, immenſa ſociorum auxilia: mirus apud populum fauor: (ob memoriam virtutis paternæ, à qua ipſe nullo modo degenerauerat) habere imperium (præſens viuo adhuc Tiberio) quam expectare (poſt eius obitum: erat enim ab eo adoptatus) mallet. Hæc igitur vna cauſſa eſt cur ſe Tiberius de ſuſcipiendo imperio dubitare ſimularet. Addit alteram.*

Dabat & famæ. vt vocatus electuſque potius à Repub. videretur, quam per vxorium ambitum & ſenili adoptione inrepſiſſe.] *Illud enim multo erat honorificentius. Subiungit, & tertiam: quæ poſtremo animaduerſa eſt, ex eis, quæ conſecuta ſunt.*

Poſtea cognitum eſt, *inquit*, ad introſpicien-

ciendas etiam procerum voluntates indu-ctam dubitationem. nam verba, vultus.] *nutus ipſos eorum, qui videbantur non agrè laturi, ſi ipſe imperium deponeret.*

In crimen detorquens recondebát.] *& ſcribebat in animo, vt ſuo tempore promeret, quod & fecit. Fuiſſe autem hunc morem* Tiberij *odia recondendi, etiam ex alio huius libri loco intelligemus.*

Nihil primo Senatus die agi paſſus niſi de ſupremis Auguſti.] *Vt oſtenderet eam ſibi vnam in animo hærere cogitationem. alia ſe omnia honoribus parentis poſthabere.* Suprema *vocat teſtamentum, vt ſæpiſſime in libris Iuris ciuilis. Plena locutio eſt,* ſuprema iudicia, *pro quo etiam* ſupremam voluntatem, *&* ſupremas tabulas *dicunt.*

Cuius teſt. inlatum per virgines Veſtæ Tiberium & Liuiam heredes habuit.] *Num æquis partibus? eas enim accipimus, quoties nihil teſtator expreſſit. Minime. didicimus enim è Suetonio ex beſſe inſtitutum Tiberium, ex triente Liuiam. Atque huius ipſius rei veniam à Senatu petierat, quod aduerſus legem Voconiam facturus eſſet, qua non licebat homini cenſo inſtituere mulierem vltra quadrantem. Depoſuerat autem teſtamenti ſui tabulas rite obſignatas apud Virgines*

Veſtales, vt ab eis ſancte, ac religioſe cuſtodirentur, neque niſi ſe mortuo aperirentur, idque in ſatis crebra conſuetudine poſitum erat. Sic Cæſar dictator teſtamentum ſuum depoſuerat apud Virginem Veſtalem maximam. Sic M. Antonius triumuir, vt Plutarchus in ipſius vita auctor eſt. apud æditues quoque, aut apud tabularios deponi ſolita, oſtendit Vlpianus libro tertio de tabulis exhib.

Liuia in familiam Iuliam nomenque Auguſtæ abſumebatur.] *Itaque ex illo non amplius Liuia, ſed* Iulia *vocata eſt. Sic Auguſtus ipſe in familiam, nomenque Cæſaris teſtamento adoptatus fuerat. Sic Tiberius à M. Gallio Senatore, teſtamento adoptatus, hæreditate adita, mox nomine abſtinuerat: quod Gallius aduerſarum Auguſto partium fuiſſet. Sic Galba Piſonem teſtamento in bona, & nomen adſciuit. Sic apud Ciceronem 3. de officiis, mentio eſt Baſili cuiuſdam, qui M. Satrium ſororis filium nomen ferre voluiſſet, eumque feciſſet hæredem. Tunc autem huic vere cenſebatur adoptio, cum eam populus quoque curiata lege firmarat, quod ab Auguſto ſeruatum eſſe Dio, & Appianus tradiderunt.* Iulia *igitur vocari cœpit, quæ prius* Liuia. *At Auguſtæ nomen, quanquam etiam matrimonio merita, tamen recuſauit. Plinius libro*

decimo

decimo quinto, capite vltimo. Suetonius in Claudio.

In ſpem ſecundam nepotes, pronepoteſque] *id eſt ſubſtituerat vulgariter nepotes, Druſum Ti. filium ex triente, ex partibus reliquis Germanicum Druſi, qui frater Tiberij fuerat, liberoſque eius filiæ tres ſexus virilis. Suetonius.*

Tertio gradu primores ciuitatis ſcripſerat pleroſque inuiſos ſibi, ſed iactantia gloriaque ad poſteros.] *Suetonius.* Tertio gradu propinquos, amicoſque complures. *videte quantum poſſit ambitio. Non tantum verum eſt, quod ait Thucydides, eam nunquam ſeneſcere, ne morientes quidem relinquit. Volebat Auguſtus poſt mortem ſuam videri amaſſe præſtantes viros, quos tamen oderat. Eos ergo, quanquam inuiſos ſibi ambitione ductus, tertio gradu ſubſtituerat.*

Legata non vltra ciuilem modum.] *De teſtamento Auguſti dixit; id eſt, de Hæredum inſtitutione. Nunc de acceſſionibus teſtamenti, id eſt de legatis, & ait,* legata non fuiſſe vltra ciuilem modum. *Hoc quidam ita interpretantur, hæreditatem Auguſti non fuiſſe ab eo grauatam legatis vltra modum iure ciuili, id eſt, lege Falcidia præſcriptum: id eſt non tam multa*

fuiſſe legata, vt quarta pars hæreditatis, penes hæredes permanſura non eſſet. Ponamus nunc quidem hoc verum eſſe. Nam poſtea ſpero me planum factarum eſſe, hanc interpretationem à vero abhorrere. Sed tamen quaſi ea vera ſit cetera perſequamur. Sequitur.

Niſi quod populo, & plebi, *& cetera.] Illud niſi ſignificat, hanc exceptionem quandam eſſe ab eo, quod anteceſſit. Seruauit igitur modum legis Falcidiæ, niſi in iis, quæ ſequuntur. Quænam autem illa ſunt? Pauca videlicet quædam,* Populo, *inquit,* & plebi. *Cur, cum populum dixiſſet, plebem addidit? Non ne,* populi *nomine etiam plebs continetur? Coniungebantur hæc interdum ad maiorem quandam expreſſionem. Sic lib. 10. epiſtolarum Ciceronis:* M. Lepidus Imp. it. Pont. Max. Senatui Populo Plebiq; Rom. *& lib. 12.* P. Lentulus P. F. pro Quæſt. pro Præt. S. D. Coſſ. Prætt. Tribb. P. L. Senatui Populo Plebiq; R. *Quantulum igitur populo, & plebi legauit? In libris Taciti, præterquam in iis, qui à me emendati ſunt, legitur CCCCXXXV. ſuper ducta linea tranſuerſa in iis, quorum editioni Beroaldus iunior homo eruditiſſimus præfuit, vt ſignificentur millia: quæ qui poſtea detraxerunt, legatum fecerunt nongentis nonaginta nouem partibus minus, ſed illam ſcripturam deprauatam eſſe conſtat è Suetonio, ſcribendum*

dumque, vt ego edendum curaui, populi, & plebi quadringéties, tribubus tricies quinquies, *error, ex eo natus, ꝙ quid intereſſet inter* decem, *&* decies, centum, *&* centies, *& ſimilia ante Budaum, non multi ſciebant. Intereſt autem immane quantum: id eſt quantum inter vnum nummum, & inter cẽtum millia nummũ. Videamus igitur, quantula hæc ſumma ſit, quod, vt omnes facilius conſequamini, paulatim, quaſi per gradus progrediar. Principio poſitum ſit X X V. ſeſtertios illorum temporum, ſi ad monetam noſtram reuocentur, efficere ſcutatum vnum decem iuliorum. Progrediamur per decem: quæ multiplicandi ratio omnium facillima eſt. ſi 25. ſeſtertÿ efficiunt ſcutatum vnum. ergo 250. ſeſtertÿ, ſcutatos decem. 2500. ſeſtertÿ, ſcutatos centum: 25000. ſeſtertium ſcutatos mille. Centum millia H S. quatuor millia ſcutatorum. 500. M. H S. ▽. 20000. Mille millia ſeſtertium, quadraginta millia ſcutatorum. ſed non numerabant hoc modo, vt dicerent mille millia; dicebant, decies centena millia, aut decies centena. Horatius.*

---decies cẽtena dediſſes. Huic parco, paucis contento, quinque diebus, Nil erat in loculis.--- *Aut ſimpliciter.* Decies. *Martialis.* Bis totum decies, non totum tabuit anno. Decies *igitur efficit quadraginta millia ſcutatorum.* *Ergo* centies *efficit quadringenta millia. Quantum igitur efficit moneta noſtra illud* quadringenties

Metuens ne reus ſubderetur.] *Supponeretur, metaphora ducta à ſuppoſititiis liberis, qui &* ſubditi *vocantur. Terentius.* Non vides, quantum mali ex ea re excites? ſubditum ſe ſuſpicatur. *Sic infra, hoc ipſo libro:* Vtque mos vulgo quamuis falſis reum ſubdere, Munatium Plancum, conſulatu functum, principem legationis, auctorem ſenatuſconſulti incuſant. *Et lib. 15.* Ergo addendo rumori Nero ſubdit reos.

Iuxta periculoſo.] *Cum ex aquo periculoſum eſſet, cum futurum videret, vt aque in diſcrimen veniret,* ἐξίσους ἐπικινδύνου ὄντος. *Salluſtianum.*

Ficta ſeu vera promeret.] *ſi ficta, à ſenatu. ſi vera, à Liuia, & Tiberio. Ficta facile redargui poterant. Vera ne dici quidem ſine praſenti capitis periculo poterant. Et notandum loquendi genus,* ficta ſeu vera. *Vſitatius enim erat,* ſeu ficta, ſeu vera. *Sed hoc quanto minus in vulgi conſuetudine poſitum eſt, & prope poëticum quiddam olet, tãto maiorem gratiam conciliat orationi. Neque deſunt veterum exempla. Catullus.* Læua ſiue dextra Vocaret aura. *Horatius.* Cantamus vacui, ſiue quid vrimur. *Idem.* Quo non arbirer Hadriæ Maior, tollere, ſeu ponere vult freta. *Idem. &* Sthenelus ſciens Pugnæ, ſiue opus eſt imperitare equis, Non auriga piger.

Monuit Liuiam, & arcana domus, ne con-

conſilia amicorũ miniſteria Principum vulgarentur.] *Prudentiſſimum præceptum. Nihil eſt enim quod principum auctoritatem magis imminuat, quam ſi domeſtica ipſorum arcana vulgentur. Multa priuatim faciunt, quæ publice neſciri intereſt. Non ſemper eadem eſt interius & exterius illorum facies. Non toti intus æque ac foris nitent. Itaque plæroſq; eorum nemo minoris pendit, quàm qui ad ſecretiſſima maxime admittitur. Pauci admodum ſunt, qui nihil habeant, quod tegi ſatius ſit. Ignotis maior veneratio eſt. contrectata ſordeſcunt. Vix effugere poſſunt, quibus quicquid libet, licet; quin libeat interdum aliquid, quod non licet. Eo pluribus venerabilis eſt princeps, quo paucioribus familiaris.*

Ne conſilia amicorum.] *Multa enim conſilia clam dantur, quæ in propatulo non darentur. quæ publice dantur, ad honeſtatem omnia; quæ ſecreto, ad vtilitatem plæraque diriguntur. At ſi exigantur hæc, vt par eſt, ad regulas philoſophorum, nihil vtile, niſi quod honeſtum.*

Miniſteria militum.] *Multa enim principes, vbi manu & ferro opus eſt, per milites exſequuntur, ad quæ non tam promptos ac paratos eos inuenirent, ſi reddenda ſingulorum ratio eſſet. Qui principi paruit, non ſententia, ſed ſilentio abſoluendus eſt.*

Ne ve Tiberius vim principatus reſolueret, cuncta ad ſenatum vocando.] Principatum

tum *intelligit monarchiam, quæ vt eo magis intenditur, quo magis ad vnum omnia reuocantur, ita eo mollior & laxior ſit, quo pluribus datur iudicandi poteſtas.*

Eam condicionem eſſe imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur.] *Fruſtra tentatur à quibuſdam vetus ſcriptura: qui putant, melius legi poſſe*; vt non aliter ratio conſtet. *Hoc enim dicit Tacitus, rationem cuiuſq; facti conſtare nō poſſe, ſi pluribus, vt ſenatui, reddenda ſit. Semper enim idem factum alios probaturos, alios improbaturos: vnum eſſe oportere, cui reddatur ratio, & cuius iudicio ſtetur. Si aliter fiat, imperij vim reſolui, & pro monarchia ariſtocratiam quãdam, aut oligarchiam conſtitui.*

At Romæ ruere in ſeruitium conſules, Patres, eques.] *Vide quam ſignificanti verbo vſus ſit. Non enim flecti aut inclinare dixit, ſed ruere ac præcipites ferri. Simile quiddam notat Cicero libro tertio de Oratore, in verſu Ennij*, Viue Vlixes, dum licet, Oculis poſtremum lumen radiantis rape. *Non dixit*, cape, *non* pete: *haberet enim moram ſperantis diutius ſe eſſe victurum: ſed*, rape. *Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat*, dum licet. *Sed in verſu Ennij vulgo deprauate legitur*, radiatum, *cum* radiantes, *legendũ ſit. Vt in Phænomenis.* -Hoc motu radiantis Eteſiæ in vada ponti. *Docui hoc capite 9. lib. 11. variar.*

variar. lectionum. Sæpe enim epithetis vtebãtur propriorum loco. Sic ferum *dixit Virgilius pro* equo. In latus inq; feri curuã compagibus aluum. *Sic Attius* cornutos *pro* bobus. Forte ante auroram radiorum ardentum indicem, Cum ſomno in ſegetẽ agreſtes cornutos cient, Vt rorulentas terras ferro putridas Proſcindãt, glebaſq; ex aruo molli excitent.

Conſ. Patres. eques.] *Bonus ordo. Primum enim dignitatis locum obtinebant conſules, ſecundum ſenatores, tertium equites. Sed hic quoque nouitatem numeri mutatione quæſiuit: cum* equitem *pro* equitibus *dixit: vt Virgilius:* Vterumq; armato milite complent. *Neq; quiſquam hæc quæ à me notentur indigna ducat. Notat tale quiddam Cicero in illo verſu Enniano.* At Romanus homo, tamen etſi res bene geſta eſt, Corde ſuo trepidat. *interdum contra, ex pluribus intelligitur vnus.* Nos ſumus Romani, qui fuimus Rutuli. *Et hoc quoq; Thucydideum eſt.*

Quanto quis inluſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes.] *Illuſtriorum enim facta magis notantur. obſcuros ſuæ tenebræ tegunt.*

Falſi.] Falſi *interdum, quos fefellit alius. Terentius. Vt falſus eſt. At hic qui fallere cupiunt.*

Ac feſtinantes.] *dum metuit, quiſq; ne ſibi alius anteuerteret.*

Vul-

Vultuque compoſito.] *temperato.*

Ne læti exceſſu principis.] *Auguſti, cuius mortem ipſi dolori eſſe fingebat Tiberius, & eiuſdem doloris aut potius ſimulationis comites ſibi eſſe alios volebat.*

Neu triſtia res primordio.] *nouo Tiberij principatu.*

Lacrimas gaudio adulatione miſcebant.] *vt ſe neque plane mœſtos, neq; latos eſſe oſtenderent. Locus autem hic aliis omnibus libris corruptè legitur.*

Sex. Pompeius. & Sex. Apuleius Coſ. primi in verba Tiberij Cæſaris iurauere] Iurare in verba *eſt obſtringere ſe iureiurando ad facienda perpetiendaque omnia, quæ is, cuius in verba iuratur, iuſſerit. Erat autem loquendi genus proprium gladiatorum, qui ſe addicebant magiſtris, id eſt Laniſtis. Vnde apud Horatium.* Nullius addictus iurare in verba magiſtri. *Hanc* auctorationem *vocabāt, & pecuniam, quæ pro eo numerabatur,* auctoramentum. *Iurabant autem ſe non recuſaturos, quominus verberarentur, vſq; ad necem, laminis candentibus vrerentur, ferrum, ſi iuberentur, iugulo reciperent. Horatius.* Quid refert vri virgis, ferroue necari. Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca, Quo te demiſit peccati conſcia herilis, Contractum genibus tangas caput. *Cicero*: Eſt enim in illis ipſa merces

ces auctoramentum ſeruitutis. *Iurabant, & milites in verba Imperatorum: vnde, &* exauctorari *dicuntur, qui militia ſoluuntur. Primus igitur Tiberius fuit ex imperatoribus Romanis, in cuius verba iuratum eſt, quaſi profitente ſenatu, populoq; Romano voluntariam ſeruitutem. Atque ipſi quidem conſules primi iurarunt in verba Tiberij: à cæteris autem idem iuſiurandum exegerunt. Idem in cæteris Imperatoribus continuatum eſt. Id ſupremum funus libertatis Romanæ fuit.*

Apud Coſ.] *melius, quam in aliis* apud q. eos.

Seius Strabo.] *pater Seiani, de quo in ſequentibus tam multa dicentur, &* C. Turranius ille prætoriar. cohortium præfectus, *in quo munere collegam poſtea habuit filium.*

Hic annonæ.] *hæc, & alia pleraq; munera publica excogitarat Auguſtus, vt multos, quorum bona, ac ſorti opera vſus erat, honoraret. Erant autem hæc duo longe honoratiſſima. Itaq; ſtatim poſt conſules ante ſenatum nominantur.* Prætoriæ cohortes *erant*, τῶν σωματοφυλάκων, *id eſt eorum, quibus imperatoriæ ſalutis cuſtodia committebatur: flos ipſe militiæ fortiſſimus, & fidiſſimus quiſq;. tales enim eſſe oportet, quibus cuſtodiendus eſt is; qui plerumq; cæteris omnibus inuiſus eſt. Neq; temere dixit Ariſtoteles ſecundo Rhetoricorum, finem tyrannidis eſſe cuſtodiam. Iis, qui præerant,* Præfecti prætorio

mnnt; Parùm eſt eorum ſuperbiam ferre, vltro rogandi ſunt.

Ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, niſi tribuniciæ poteſtatis præſcriptione poſuit, ſub Auguſto acceptæ.] *Non tanquam imperator edixit, vt patres adeſſent: ſed præſcriptione tribunicia poteſtatu, quam aut in alterum quinquennium, aut vt alij in decennium ſub Auguſto acceperat.* Poſuit, *puto legendum* propoſuit, *non enim* ponere, *ſed* proponere *edictum dicimus. Sic* propoſitum *accipitur in L. cum in plures §. locator. Digeſt. locati.*

Verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto. De honoribus parentis conſulturum. neque abſcedere à corpore. idque vnum ex publicis muneribus vſurpare.] *Sic lib. 3.* Ipſum quippe aſperrimo hiemis Ticinum vſque progreſſum, neque abſcedentem à corpore ſimul vrbem intrauiſſe. *Videtur cura corporis imperatorij publicum munus fuiſſe.*

Sed defuncto Auguſto, ſignum prætoriis cohortibus, vt Imperator dederat.] Signum dare *imperatoru eſt. Vnde* Σημαίνειν, imperare *Homerus.*

αἴθ᾽ ὤφελες ἀεικελίου ϛρατοῦ ἄλλου Σημαίνειν. & σημάντορες, Imperatores.

Excubiæ, arma, cetera aulæ] *non domus priuatæ.*

Miles in forum. miles in curiam comitabatur] *quòd non fiebat niſi principi.*

Litteras ad exercitus tanquam adepto principatu miſit.] Adepto, παθητικῶς, *vt & apud Ciceronem, & alios veteres ſæpe.*

Nunquam cunctabundus, niſi cum in Senatu loqueretur.] *illic autem ſententiam ſuam omni artificio tegebat.*

Cauſa precipua ex formidine] *ne Germanicus, in cuius manu tot legiones, immenſa ſociorum auxilia : mirus apud populum fauor : (ob memoriam virtutis paternæ, à qua ipſe nullo modo degenerauerat) habere imperium (præſens viuo adhuc Tiberio) quam expectare (poſt eius obitum : erat enim ab eo adoptatus) mallet. Hæc igitur vna cauſſa eſt cur ſe Tiberius de ſuſcipiendo imperio dubitare ſimularet. Addit alteram.*

Dabat & famæ. vt vocatus electuſque potius à Repub. videretur, quam per vxorium ambitum & ſenili adoptione inrepſiſſe.] *Illud enim multo erat honorificentius. Subiungit, & tertiam : quæ poſtremo animaduerſa eſt, ex eis, quæ conſecuta ſunt.*

Poſtea cognitum eſt, *inquit*, ad introſpicien-

ciendas etiam procerum voluntates indu-ctam dubitationem. nam verba, vultus.] *nutus ipſos eorum, qui videbantur non agrè laturi, ſi ipſe imperium deponeret.*

In crimen detorquens recondebát.] *& ſcribebat in animo, vt ſuo tempore promeret, quod & fecit. Fuiſſe autem hunc morem* Tiberij *odia recondendi, etiam ex alio huius libri loco intelligemus.*

Nihil primo Senatus die agi paſſus niſi de ſupremis Auguſti.] *Vt oſtenderet eam ſibi vnam in animo hærere cogitationem. alia ſe omnia honoribus parentis poſthabere.* Suprema *vocat teſtamentum, vt ſæpiſſime in libris Iuris ciuilis. Plena locutio eſt,* ſuprema iudicia, *pro quo etiam* ſupremam voluntatem, *&* ſupremas tabulas *dicunt.*

Cuius teſt. inlatum per virgines Veſtæ Tiberium & Liuiam heredes habuit.] *Num æquis partibus? eas enim accipimus, quoties nihil teſtator expreſſit. Minime. didicimus enim è Suetonio ex beſſe inſtitutum Tiberium, ex triente Liuiam. Atque huius ipſius rei veniam à Senatu petierat, quod aduerſus legem Voconiam facturus eſſet, qua non licebat homini cenſo inſtituere mulierem vltra quadrantem. Depoſuerat autem teſtamenti ſui tabulas rite obſignatas apud Virgines*

Veſtales, vt ab eis ſancte, ac religioſe cuſtodirentur, neque niſi ſe mortuo aperirentur, idque in ſatis crebra conſuetudine poſitum erat. Sic Cæſar dictator teſtamentum ſuum depoſuerat apud Virginem Veſtalem maximam. Sic M. Antonius triumuir, vt Plutarchus in ipſius vita auctor eſt: apud æditous quoque, aut apud tabularios deponi ſolita, oſtendit Vlpianus libro tertio de tabulis exhib.

Liuia in familiam Iuliam nomenque Auguſtæ abſumebatur.] *Itaque ex illo non amplius Liuia, ſed* Iulia *vocata eſt. Sic Auguſtus ipſe in familiam, nomenque Cæſaris teſtamento adoptatus fuerat. Sic Tiberius à M. Gallio Senatore, teſtamento adoptatus, hæreditate adita, mox nomine abſtinuerat: quod Gallius aduerſarum Auguſto partium fuiſſet. Sic Galba Piſonem teſtamento in bona, & nomen adſciuit. Sic apud Ciceronem 3. de officiis, mentio eſt Baſili cuiuſdam, qui M. Satrium ſororis filium nomen ferre voluiſſet, eumque feciſſet hæredem. Tunc autem huic vere cenſebatur adoptio, cum eam populus quoque curiata lege firmarat, quod ab Auguſto ſeruatum eſſe Dio, & Appianus tradiderunt.* Iulia *igitur vocari cœpit, quæ prius* Liuia. *At Auguſtæ nomen, quanquam etiam matrimonio merita, tamen recuſauit. Plinius libro*

decimo

decimo quinto, capite vltimo. Suetonius in Claudio.

In ſpem ſecundam nepotes, pronepoteſque]. *id eſt ſubſtituerat vulgariter nepotes, Druſum Ti. filium ex triente, ex partibus reliquis Germanicum Druſi, qui frater Tiberij fuerat, liberoſque eius filiæ tres ſexus virilis. Suetonius.*

Tertio gradu primores ciuitatis ſcripſerat pleroſque inuiſos ſibi, ſed iactantia gloriaque ad poſteros.] *Suetonius.* Tertio gradu propinquos, amicoſque complures. *videte quantum poſſit ambitio. Non tantum verum eſt, quod ait Thucydides, eam nunquam ſeneſcere, ne morientes quidem relinquit. Volebat Auguſtus poſt mortem ſuam videri amaſſe præſtantes viros, quos tamen oderat. Eos ergo, quanquam inuiſos ſibi ambitione ductus, tertio gradu ſubſtituerat.*

Legata non vltra ciuilem modum.] *De teſtamento Auguſti dixit; id eſt, de Hæredum inſtitutione. Nunc de acceſſionibus teſtamenti, id eſt de legatis, & ait,* legata non fuiſſe vltra ciuilem modum. *Hoc quidam ita interpretantur, hæreditatem Auguſti non fuiſſe ab eo grauatam legatis vltra modum iure ciuili, id eſt, lege Falcidia præſcriptum: id eſt non tam multa*

fuiſſe legata, vt quarta pars hæreditatis, penes hæredes permanſura non eſſet. Ponamus nunc quidem hoc verum eſſe. Nam poſtea ſpero me planum facturum eſſe, hanc interpretationem à vero abhorrere. Sed tamen quaſi ea vera ſit cetera perſequamur. Sequitur.

Niſi quod populo,& plebi, *& cetera.*] *Illud niſi ſignificat, hanc exceptionem quandam eſſe ab eo, quod anteceſſit. Seruauit igitur modum legis Falcidiæ, niſi in iis, quæ ſequuntur. Quænam autem illa ſunt? Pauca videlicet quædam,* Populo,*inquit,* & plebi. *Cur, cum populum dixiſſet, plebem addidit? Non ne,* populi *nomine etiam plebs continetur? Coniungebantur hæc interdum ad maiorem quandam expreſſionem. Sic lib.10. epiſtolarum Ciceronis:* M. Lepidus Imp. it. Pont. Max. Senatui Populo Plebiq; Rom. *& lib.12.* P.Lentulus P.F. pro Quæſt. pro Præt. S. D. Coſſ. Prætt. Tribb. P. L. Senatui Populo Plebiq; R. *Quantulum igitur populo, & plebi legauit? In libris Taciti, præterquam in iis, qui à me emendati ſunt, legitur CCCCXXXV. ſuper ducta linea tranſuerſa in iis, quorum editioni Beroaldus iunior homo eruditiſſimus præfuit, vt ſignificentur millia: quã qui poſtea detraxerunt, legatum fecerunt nongentis nonaginta nouem partibus minus, ſed illam ſcripturam deprauatam eſſe conſtat è Suetonio, ſcribendum,*

dumque, vt ego edendum curaui, populi, & plebi quadringẽties, tribubus tricies quinquies, *error, ex eo natus, ꝙ quid intereſſet inter* decem, *&* decies, centum, *&* centies, *& ſimilia ante Budæum, non multi ſciebant. Intereſt autem immana quantum: id eſt quantum inter vnum nummum, & inter cẽtum millia nummũ. Videamus igitur, quantula hæc ſumma ſit, quod, vt omnes facilius conſequamini, paulatim, quaſi per gradus progrediar. Principio poſitum ſit X X V. ſeſtertios illorum temporum, ſi ad monetam noſtram reuocentur, efficere ſcutatum vnum decem iuliorum. Progrediamur per decem: quæ multiplicandi ratio omnium facillima eſt. ſi 25. ſeſtertij efficiunt ſcutatum vnum. ergo 250. ſeſtertij, ſcutatos decem. 2500. ſeſtertij, ſcutatos centum: 25000. ſeſtertium ſcutatos mille. Centum millia H S. quatuor millia ſcutatorum. 500. M. H S. ∇. 20000. Mille millia ſeſtertium, quadraginta millia ſcutatorum. ſed non numerabant hoc modo, vt dicerent mille millia; dicebant, decies centena millia, aut decies centena. Horatius.*

---decies cẽtena dediſſes. Huic parco, paucis contento, quinque diebus, Nil erat in loculis.---*Aut ſimpliciter.* Decies. *Martialis.* Bis totum decies, non totum tabuit anno. Decies *igitur efficit quadraginta millia ſcutatorum.* Ergo centies *efficit quadringenta millia. Quantum igitur efficit moneta noſtra illud* quadringenties

quod populo, & plebi legatum dicitur? Mille ſexcenta millia ſcutatorum, ſeu vt planius dicam, vnum milionem, & ſexcenta millia. Quid illud, tricies, & quinquies, *quod tribubus? centum quadraginta millia ſcutatorum. Summa milio vnus, & ſeptingenta quadraginta millia ſcutatorum. (1740000.) Exigua pecunia. nihil ne amplius? Immo etiam.*

Prætoriarum cohortium militibus ſingula nummum millia.] *id eſt, in ſingula capita quadragenos ſcutatos. Vnaquaq; legio decem cohortes habebat, quarum in prima, quæ &* milliaria *dicebatur, pedites erant, mille cetum quinque. Equites loricati centum triginta duo. In cæteris, pedites in ſingulis quingenti quinquaginta quinque: equites loricati ſexaginta ſex. Auctor Vegetius lib. 2. Auguſtus autem aſſiduè in vrbe tres cohortes habebat ad cuſtodiam vrbis, & ſui. Eæ partim* prætoriæ, *partim* vrbanæ *dicebantur, & Tacitus quidem hoc loco* vrbanarum *non meminit, tantum enim* prætorias, & legionarias *nominat, at Suetonius aperte diſtinguit, cuius hæc verba ſunt:* Prætorianis militibus ſingula millia nũmorum; cohortibus vrbanis quingenos; legionariis trecenos nummos: quam ſummam repræſentari iuſsit: nam & confiſcatam ſemper, repoſitamque habuerat. *Sed exiſtimo has cohortes inter ſe ita munia partiri ſolitas, vt ſingulis noctibus vna in palatio excubias ageret, duæ obirent vrbem,*

ductu præfecti vigilum, ad impediendos graſſatores, & ad prohibenda incendia. Cui rei argumento eſt, quod cum de excubitoribus palatinis agitur, vna tãtum cohors nominatur. Suetonius in Othone: Quoties cœna principẽ acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat. *Tacitus in eadem re explicanda,* eo paulatim progreſſus eſt, vt per ſpeciem conuiuij, quoties Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti, viritim centenos nummos diuideret. *Suetonius in Othone:* Obſtitit reſpectus cohortis, quæ tunc excubabat *ſequitur.*

Legionariis autem cohortibus ciuium R. trecenos nummos viritim dedit.] *Trecenti nummi efficiunt duodecim ſcutatos. Hæc verò immenſa quadam, & infinita vis pecuniæ eſt. Nam poſt exutum Lepidum quadraginta quatuor legiones habuit Auguſtus, quas ad tutamen orbis terrarum diſtribuit. Quanquam igitur rationem huius pecuniæ accurate iniri, ac ſubducere non poſſumus, facile tamen intelligimus, hoc vno legato pluſquam tribus ſuperioribus contineri; ideo autem dixit* ciuium R. *quia erant, & in exercitu cohortes auxiliarium, è populis, ſociis, & amicis, ac fœderatis. Hæc igitur legata ait fuiſſe Tacitus* vltra ciuilem modum. *ſed* ciuilem modum *non accipio* modum *Falcidia lege præſcriptum. Certè enim Falcidiæ, ne in*

militari

militari quidem teſtamento locus eſt: vt norunt, qui vel primoribus labris Ius ciuile attigerunt: nedum in teſtamento imperatoris locum habeat: quem huiuſmodi legibus ſolutum eſſe conſtat. Hoc igitur ita intelligo, legata ab eo fuiſſe modica, & modeſta, neque excedentia vſitatum locupletibus, & copioſis ciuibus in condendis teſtamentis modum. Certè enim ciuile *etiam in libris Iuris, ſæpe dicitur, quod moderatum eſt, & vſitatum, & ordinarium. Et ita dixit Cicero* odium ciuile *in Miloniana, non vlla propria, ac priuata de cauſſa ſuſceptum, ſed vſitatum bonis omnibus aduerſus improbos.* Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem, ac materiam ſuæ gloriæ, præter hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus? *Peccat enim Victorius, qui* commune *eo loco,* non ciuile *aduerſus omnium librorum fidem, ſcribendum putat. ſic Ouidius*

Exercet memores pluſquam ciuiliter iras.

Auguſtus igitur legata non reliquit vltra ciuilem modum, niſi ea quæ modo expoſuimus: Nam hæc quidem magna planè, & ampla ſunt, vltra ciuilem modum, & imperatoria potius, quàm ciuilia. Reſtat adhuc ſcrupulus vnus, qui eximendus eſt. Quomodo enim dicitur Auguſtus legaſſe populo & plebi quadringéties, tribubus tricies quinquies? *An non, & populus, & plebs triginta quinq; tribubus continebatur? Nonnè igitur idem prorſus eſt legare*

gare populo,plebiq́ue,*& legare* tribubus? *Cicero quidem ita argumentatur lib.6.Philipp.* Num quis, nam, eſt veſtrum, qui tribum non habeat? certe nemo; atqui illum quinque, & triginta tribus patronum adoptarunt;*ſed tamen intelligendum eſt eius, quod populo, plebiq́ue legatum erat, tantundem pertinuiſſe ad vnum quemq; ciuium: eius, quod ſingulis tribubus, non item; in alia enim tribu plures, in alia pauciores erant. legauit igitur vniuerſo populo quadringenties: ac præterea in ſingulas tribus centena millia, id eſt, quaterna millia ſcutatorum.*

Tum conſultatum de honoribus. ex quis maxime inſignes viſi. vt porta triumphali duceretur funus. Gallus Aſinius. vt legum latar. tituli, victar. ab eo Gentium vocabula antefferrentur. C. Aruntius cenſuere.] *Horum vterq; paulo poſt grauiter offendit Tiberium, vt ſtatim dicetur, & Tiberius vtriq; exitium machinatus eſt. C. igitur Aſinius Gallus Oratoris nobiliſſimi F. (cuius pater etiam de principatu eloquentiæ viſus erat cum Cicerone contendere: cui Agrippina, dimiſſa à Tiberio, nupſerat,) cenſuit, vt funus Auguſti porta triumphali duceretur.* Porta triumphalis *erat trans Tiberim, in ea parte mœnium, quæ producebatur à Mole Hadriana, vſque ad portam quæ hodie* S.Spiritus *dicitur, per eam ſemper ducebantur triumphi. Hodie nulla eſt. Aſinius igitur, honoris cauſſa,*

trium-

triumphali efferendum Auguſti corpus in campum Martium cenſuit, præcedente Victoria, quæ in curia erat, canentibus næniam principum liberis vtriuſq; ſexus. L. Aruntius vnus & ipſe ex principibus ſenatus, legum ab Auguſto latarum titulos, vt Maieſtatis, de adulteriis, repetun. de peculatu, de iudiciis, de ſacerdotiis, *alias: & gentium ab eo victarum, vocabula haſtis præfixa, præferenda. alia multa ſunt, quæ in Auguſti honorem multos cenſuiſſe Suetonius refert.*

Addebat Meſſalla Valerius renouandum per annos ſacramentum, in nomẽ Tiberij.] *Iurandum quotannis in Tiberij acta, Interceſſit autem Tiberius ipſe, quo minus id fieret.*

Interogatuſque à Tiberio; num ſe mandante eam ſententiam prompſiſſet. *illam enim ſuſpicionem, & facilè in ſe cadere, & procul à ſe amotam volebat.* Sponte dixiſſe reſpondit: neque in iis quæ ad remp. pertinerent, conſilio niſi ſuo vſurum, vel cum periculo offenſionis. ea ſola ſpecies adulandi ſupererat.] *Thetis apud Homerum Achilli ob Patrocli mortem irato, & neganti ſe conquieturum, donec interfeciſſet Hectorem:* ὠκύμορος δή μοι, *inquit,* τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις. *& eo verſu Ariſtoteles reprimere conabatur libertatem Calliſthenis, apud Alexandrum liberius, quam par erat, loquentis. Eodem verſu quiſpiam ad Meſſallam vti poterat. Valde metuendum erat, ne*

illa

illa loquendi libertas ipſi periculum crearet. Notate autem callidiſsimum adulatorum genus, qui libertatis ſpecie adulantur. Extat quiddam valde ſimile apud Plutarchum, in commẽtariolo, quo docet, quomodo adulator ab amico internoſci queat. *Senatorem narrat quendam fuiſſe, qui olim, cum Tiberius in ſenatu præſens adeſſet, ſurrexit ad dicendũ, & compoſito ad ſeueritatem vultu,* Enimuero, *inquit*, liberos homines libere loqui oportet, neque quidquam reticere eorum, quæ ad rempublicam pertinere iudicant, vel cum periculo offenſionis. *Adſtitere erectis animis omnes, & taciti quid hic, tam libere loquax dicturus eſſet expectabant. Deſitum iam pridem orationis genus ipſum quoq; Tiberium aduerterat. Tum ille,* audi, *inquit*, Cæſar, quid ſit, quod omnes nos tibi ſuccenſemus: neque tamen quiſquam libere dicere audet. *Cohorruerant omnes dubitantes quo tandem euaſurus eſſet. At ille:* Negligis, *inquit*, temetipſum, (dicendum enim libere eſt) neque corporis tui curam vllam geris: Maceras te aſsidue curis, ac laborib' cauſſa noſtra ſuſceptis, neque interdiu, neque noctu conquieſcis. *Talia multa cõtinuante, ac contexente illo, Caſsius Seuerus, ad eos, qui ſibi adſidebant, conuerſus.* Quam metuo, *inquit*, ne illa libertas huic homini exitioſa ſit. *Sed ego ſæpe notaui talem libertatem in multis principum viro-*

rum

rum familiaribus, neq; tamen, quæ principum lenitas eſt, eam vnquam cuiquam exitioſam fuiſſe cognoui. E multis autem adulationis generibus, nullum puto eſſe, quod aut facilius fallat, aut altius penetret. hic verò non vnus, aut alter è patribus, ſed quaſi turpe eſſet relinqui, & quaſi conueniſſet inter illos id quod ludentes pueri dicunt: Occupet extremum ſcabies.*facto agmine, vniuerſi* conclamant patres, corpus ad rogum humeris ſenatorum ferendum, *digniores ipſi, cum illa ſua tam fœda, tamq; ſeruili, adulatione, qui omnes in idem plauſtrum coniecti, ad eundem efferrentur rogum. Conclamatio enim illa planè conclamatam eſſe ſenatus auctoritatem indicabat. Quid Tiberius?* Non *imperauit quidem, vt id facerent, quod faciendum eſſe clamarant, neq; tamen vetuit: Vtrumq́; arrogantiæ videri poterat: neq; eos monuit, vt retinerent dignitatem ordinis ſui, neq; veſpillonibus, ac ſandapilariis munus ſuum præriperent: ſatis multa honorifice decerni poſſe in Auguſtum, quibus ſenatus maieſtas nihil imminueretur, ne ipſum quidem, ſi quis earum rerum ſenſus ad mortuos pertineret, velle honorem ſuum, cum ſenatus contumelia coniungi, qua in oratione aliqua modeſtiæ, ac moderationis ſignificatio, ſine vlla arrogantia fuiſſet: ſed quaſi medium ſecans* remiſit, *id eſt, rem totam eorum arbitrio permiſit, neq; iuſſit, neq; vetuit. Cæſar li. 7. de Bello Gall.* Quin etiam ipſis remittere, ſi ſibi magis hono-

rem

rem tribuere, quam ab ſe ſalutem accipere videantur. Arroganti, *ait Tacitus* moderatione. *Nam ſi aut impetraſſet, aut prohibuiſſet, mera arrogantia fuiſſet, ſine vlla admiſſione, ac temperamento moderationis: ſi blande recuſaſſet, ac diſſuaſiſſet, mera modeſtia; quod remiſit, arrogantia fuit ſub moderationis velamento deliteſcens. Eſt autem* Remittere quippiam alij, *non prohibere quidem, ne faciat, ſed non imponere ei eius faciendi neceſſitatem. Itaque ſenatores hac Tiberij remiſſione vſi non ſunt: ſed magno animo ſubierunt feretrum, & corpus Auguſti ad rogum humeris ſuis pertulerunt. Ex cubiculo in quo mortuus erat, quadraginta illū prætoriani milites in publicum extulerant. Inde decuriones municipiorum, & coloniarum, Bouillas vſque deportauerunt. Ibi eum equeſter ordo ſuſceptum in vrbem intulerat, & in veſtibulo domus collocarat. Vnde acceptum ſenatores in campum Martium intulerunt. Ita, qui viuus omnium libertatem oppreſſerat, mortuus omnium humeros preſſit. Sequitur apud Tacitum.*

Populumq; edicto monuit, ne, vt quondā nimiis ſtudiis funus D. Iulij turbaſſent, ita Auguſtum in foro, potius quam in campo Martis ſede deſtinata, cremari vellent.] *Cum rogus cremando Cæſari in campo Martis ſede extructus eſſet, populus eum ſummo tumultu, direptis ſubſelliis, cancellis, menſis argentariorum, in foro cre-*

 mauit.

mauit. Vt è Suetonio, Plutarcho, & aliis notum eſt. Imperatorum, & nobiliorũ ciuium corpora in campo Martio, qui tunc extra Vrbem erat, cremabantur, cum alioqui in ſuis quiſq; prædiis poſt mortem vri, ac condi ſoleret.

Die funeris milites velut præſidio ſtetere] *quaſi periculum eſſet, ne quis ſupremos illos honores, impediret, neu populus corp⁹ vnco per vias tractũ in ſcalas* Gemonias, *aut in Tiberim proiiceret.*

Multum inridentibus qui ipſi viderant.] *Sed eos valde ſenes, ac prope ipſi Auguſto æquæuos eſſe oportebat.*

Quiq; à parentibus acceperant diem illum crudi ad huc ſeruitij.] *Cùm populus R. ſeruitutem, in quam paulo ante redactus fuerat, nondum benè concoxiſſet, neq; ad eam occalluiſſet.*

Et libertatis improſpere repetitæ.] *Ideo enim interfecerant Cæſarem coniurati, vt populo libertatem reſtituerent. At conatus ille parum proſperos ſucceſſus habuit.*

Cum occiſus dictator Cæſar, aliis peſſimum, *vt M. Antonio, vt M. Lepido, aliis plurimis.* Aliis pulcherrimũ facinus videretur] *iis videlicet, qui morte illius reuixiſſe libertatẽ putabant.*

Nunc ſenem principem *annorum LXXVI.* longa potentia *annorum LVI.* prouiſis etiam heredum in remp. opibus.] *Nam heredes ſibi, & inſtituerat, & ſubſtituerat ſe mortuo imperatuços.*

Auxi-

Auxilio ſcilicet militari tuendum, vt ſepultura eius quieta foret.] *Magnum enim periculum eſſe, ne quis eam turbare, ſeque eadem opera, & militibus, & populo dilaniandum, ac diſcerpendum obiicere vellet.*

Multus hinc ipſo de Auguſto ſermo.] *Ora populi cohibet principis vita, mors laxat. De viuo principe oẽs dicentes audias. omnia illius dicta, facta, conſilia vno ore laudantur, mors iudicia hominum aperit. Quæ pridie tollebantur in cælum, ab illis ipſis heſternis laudatoribus poſtridie vituperari videas. Atque ea res multis interdum exitio fuit, qui dum, quæ nimis auide cupiunt, nimis facile credunt, deſperãtibus adhuc principibus, cum falſus aliquis rumor, de eorum morte diſſipatus eſt, ea loqui properarunt, quæ poſtea capite luerent. Neq; defuerunt principes, qui compoſito tales rumores de ſe diſſeminandos curarent, vt quos morte ſua lætatos eſſe cognoſſent, eorum ipſi morte fruerentur. Sed Tacitus mira prudentia, vt ſolet, primum exponit, quæ vulgares, & imperiti, deinde quæ periti, & intelligentes de Auguſto poſt eius mortem, varie dicerent.* Pleriſque, *inquit,* vana mirantibus. *Merito admirationi ſunt ea, quæ aut facta non ſunt, cum cauſſa eſſet, cur veriſimile eſſet factum iri, aut facta ſunt, cum cauſſa eſſet, cur fieri non oporteret. Vtrorumque enim, & cauſſa aliqua eſt, & ignoratur. Cauſſæ autem ignoratio admirationem parit. At vulgus ea quoq; miratur, quo-*

rum cauſſa in promptu eſt. qualia ſunt, quæ hic commemorat Tacitus.

Quod idem dies accepti quondam imperij princeps, & vitæ ſupremus.] *Quaſi cauſſa vlla fuerit, cur eo die mori non deberet; aut mirandum ſit vllo die eueniſſe, quod nullo non poteſt. Eodem iure mirari poterant, quod Auguſtus Auguſto menſe mortuus foret: Obiit enim XIV. Kal. Septembris, & quod non paulum etiam expectaſſet, vt menſe Septembri natus, eodem menſe moreretur: vt hoc quoque referretur inter miranda. Admirabilis videri poterat, quod cum Quirini templum dedicaret, ſeptuaginta ſex columnis illud ornauerit; quaſi totidem ſe annos victurum eſſe diuinans. Sed admiratio in aliis ſapientiæ initium, in aliis ſtultitiæ indicium eſt. Sic mirati ſunt olim quidam, quod qua nocte Alexander Magnus natus eſt, eadem templum Dianæ Epheſiæ conflagraſſet, quaſi hæc quidem inter ſe commune haberent. ſic quoſdam ipſo natali die ſuo mortuos eſſe mirantur: quod olim Antipatro Sidonio Poëtæ; patrum memoria Raphaëli Vrbinati pictori eximio contigit: quaſi non quotidie naſcantur homines, quotidie intereant. Sic Henrico II. Gallorum Regi, idem dies, & vitæ, & imperij princeps fuit. Natus enim pridie Kal. Aprilis, eodem die patri ſucceſſit in regnum. Sic Karolus V. die natali ſuo coronatus eſt imperator: & die item natali ſuo nobiliſsimam de Franciſco I. Gallorum rege victoriam ad*

Tici-

Ticinum conſecutus. Qui talia mirantur, nunquam eis, quod mirentur defuturum eſt. At mihi magis mirandũ videtur reperiri, quibus hæc miranda videantur: niſi ſcirem ſtultum eſſe, ſi quis magnam ſtultorũ multitudinem eſſe miretur. ſed quo modo idem dies accepti quondam imperij princeps, & vitæ ſupremus Auguſto fuit? Certe poſt Actiacam demum pugnam, qua profligatus eſt Antonius, ſummum orbis terrarũ imperium accepit, At pugna illa pugnata eſt I V. Kal. Septembr. Auguſtus autem non I V. ſed X I V. Kal. Septembr. inter homines eſſe deſiit. ſed hoc quod dicit Tacitus, referendum eſt ad primum conſulatum Auguſti, quem ipſe in locum C. Vibij Panſæ iniit X I V. Kal. Septemb.

Quod Nolæ in domo & cubiculo, in quo pater eius Octauius vitã finiuiſſet] *ſtulte mirabantur tempus: ſtultius locum. Quid enim habet admirationis, quo in cubiculo mortuus ſit pater, in eodem filium mori? Idem quotidie multis euenit. Vbi enim quemq; deprehendit mors, ibi ei manus iniicit, neq; expectat, dum in aliud cubiculum transferatur. Idem de Tito notant, in eadem villa mortuum, in qua exceſſerat Pater. Et fortaßis hoc mirum ſit, cogitanti, quod ait Iuuenalis*

Ad generum Cereris ſine cæde, & ſanguine pauci
Deſcendũt reges, & ſicca morte Tyranni.

E duodecim certè quorum vitas Suetonius ſcripſit, ſe-

ptem violenta morte perierunt : vt taceam quod & Auguſto ipſi & Tiberio, & Claudio accelerata eſſe mors dicitur.

Numerus etiam cõſulatuum celebrabatur.quo Valerium Coruinum,& C.Marium ſimul æquauerat.] *Sexies Coruinus, ſepties Marius, Auguſtus,ter, & decies conſul fuit. Tertij decimi conſulatus memoria extat, & in veteri quadam inſcriptione apud Faneſtres. Hic quidam, qui ſcholia ſcripſit in Tacitum, inepte ait, hac in re Dionem à Tacito & à Suetonio diſſentire. Tribui enim à Dione Auguſto etiam quartum decimum conſulatum, quem geſſerit, cum L.Æmilio Paulo, anno ab vrbe condita 745. neque animaduertit, non Auguſtum ipſum ſenem, ſed Gaium Agrippæ filium, quem adoptauerat Auguſtus,illo anno conſulem fuiſſe. Hunc ei fortaſſe errorem obiecit Xylander, qui Dionem vertens, primus ad illum lapidem impegit. Nam cum Græce eſſet Γ. ἀυγούστου ὑιὸς, niſi quod leuiter errauerat librarius, ſcripſeratq; ἀυγουστοστου, pro ἀυγούστου, ipſe* Cæſarem Auguſtum *vertit, & de ſuo addidit XIV.*

Continuata per VII.& XXX. annos tribunicia poteſtas.] *Non integros quidem,ſed triginta ſex, ſextam ferè, & triceſimi ſeptimi partem.*

Nomen Imperatoris, ſemel atque vicies partum.] *Duces exercituum, antiquitus re bene geſta,*

geſta, gaudio, & impetu victoris exercitus imperatores conclamabantur, vt eſt apud hunc noſtrum tertio horum librorum, & hanc appellationem confirmare ſenatus ſolebat. At qui poſtea rerum potiti ſunt, alio ſenſu Imperatores, *vocati ſunt, cum eo nomine, ſumma rerum omnium poteſtas indicaretur. Præponebant autem* imperatoris *nomen nominibus ſuis; non, vt olim, poſtponebant; exempli cauſſa, non hoc modo* C.Iulius diui F.Imperator Auguſtus.*Sed hoc,* Imperator C.Iulius diui F. Cæſar Octauianus Auguſtus. *Sed tum quoque iam imperium adepti, quoties, aut per ſe, aut per legatos inſignem aliquam victoriam adepti erant,* Imperatorum *nomen adſumebant. Et ſic Auguſtus nomen Imperatoris ſemel, ac vicies pepererat: vt quo anno mortuus eſt vocaretur* Imp. Cæſar diui F.Auguſtus coſ.XIII. trib. pot. XXXVII. Imperator XXI.P.P.

Aliaque honorum multiplicata, aut noua.] Multiplicata, *vt conſulatus, vt nomen imperatoris, ſemel, ac vicies partum.* Noua *vt tribunicia poteſtas, vt regimen morum, quod ſine cenſura habebat. Elegantiſſimè autem dixit*, alia honorum, *cum vſitatius dicere poſſet alios honores. Sic* tenuia rerum, *Lucretius:* abdita rerum, *Horatius: ſic,* omnia rerum, *Propertius.* Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta.

At apud prudentes vita eius varie extol-lebatur arguebaturue, *antea dixerat* pleriſq; vana mirantibus, *hic*, at apud prudentes.] *Nota hinc,* plæriſque, *id eſt,* τοῖς πολλοῖς, *opponi prudentes, id eſt rerum peritos, & intelligentes. Apud* prudentes *igitur*, vita eius varie extollebatur, arguebaturue. Extollebatur *quidem, quia multa callide fecerat: qui naturam ſuam texerat, & quocumq; opus videbatur, varie flexerat: quia cum imperandi cupidiſſimus eſſet, viam, qua, quod volebat conſequi poſſet, & acute viderat, & conſtanter, ac firmiter, vſque ad extremum tenuerat. Solent autem ij, qui à Græcis* δεινοὶ καὶ δραστήριοι *vocantur, pro* prudentibus *haberi.* Arguebaturue. *Vidi, qui hoc loco Tacitum reprehendere auderent: vt non ſatis concinnè locutum. Nam extolli, & deprimi contraria ſunt: non extolli, & argui. Melius itaq; potuiſſe ſcribi* extollebatur deprimebaturue. *Sed iſti reprehenſores aliud agant cenſeo, & ab iis, quæ ne intelligunt, reprehendendis abſtineant. Erant, qui Auguſti prudentiam extollerent, multaque, vt ab eo prudenter acta commendarent. Erant, qui eadem illa, non deprimerent quidem, & abiicerent: ſed* arguerent, *id eſt certis argumentis conuincerent, non eo animo facta eſſe ab Auguſto, quo dicerentur: longe aliam ipſius mentem, ac voluntatem fuiſſe. eſt autem arguere,* ἐξελέγχειν.

Hi pietate erga parentem.] *erga C. Cæſarem, cuius mortem inultam præteriri nefas erat.*

Et neceſsitudine Reip.] *Neceßitate. Vide A. Gellium lib. 13. cap. 3.*

In qua nullus tunc legibus locus.] *Iudicia enim, vt dictum eſt, turbabantur, vi, ambitu, pecunia.*

Ad arma ciuilia actum. quæ neq; parari poſſent, neq; haberi per bonas artes.] *Itaq; ſi quid ſecus, quam oporteret actum eſſet; neceßitati condonandum, non Auguſtum propterea accuſandum videri.*

Multa Antonio, dum interfectores patris vlciſceretur, multa Lepido conceſsiſſe.] *quæ & ipſa neceßitati adſcribenda eſſent.*

Poſtquam hic] *Lepidus*, ſocordia ſenuerit, ille, *Antonius* per libidines peſſumdatus ſit, *amore Cleopatræ* non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quã, vt ab vno regeretur, *id eſt, vt ipſe loquitur libro primo Annalium ab exceſſu Neronis*; omnem poteſtatem ad vnum conferri, pacis interfuiſſe.

Non regno tamen, neq; dictatura, ſed principis nomine] *poterat ſibi per vim regnum vindicare: poterat dictaturam perpetuam, quam ſibi vltro à Senatu oblatam conſtantißime recuſauit; neutrum voluit, ſciebat enim nomen regium expulſo Tarquinio, nomen dictatoris, interfecto Cæſare in*

perpetuum è Rep. ſublatum eſſe. Principis *igitur nomine,in quo nihil ſuperbum,nihil tyrannicum eſſet, contentus fuit. Pulchrum remedium: ſi nominum acerbitate ſublata, rerum quoq; ipſarum acerbitas tolleretur.*

Conſtitutam Remp.] *quæ antea nutabat,ac fluctuabat.*

Mari Oceano, aut amnibus,longinquis] *vt Albi, vt Danubio* ſeptum Imperium.

Legiones, prouincias,claſſes cuncta inter ſe connexa] *quæ antea multis in locis multorum dierum itinere diſiungebantur. Dici autem non poteſt, & in ædificiis, & in poſſeſſionibus, & in imperio, quanto maiores fructus ferant, quantoq; facilius regantur, ac conſeruentur, quæ inter ſe coniuncta, ac connexa ſunt. Si Philippi Hiſpaniarum regis prouinciæ connexæ,ac continuatæ eſſent,vix aliorum omnium principum vires in vnum collatæ obſiſtere illius vnius viribus poſſent.*

Ius apud ciues, modeſtiam apud ſocios, vrbem ipſam magnifico ornatu] *vnde gloriabatur à ſe marmoream relinqui, quam latericiam accepiſſet.*

Pauca admodum vi tractata, quo cæteris quies eſſet] Ἅπας δὲ τραχὺς,ὅς τις ἂν νέον κρατῇ, *ait Æſchylus.*

Dicebatur contra.] *exponit nunc quæ ab aliis aduerſus Auguſtum dicerentur. Diuidit autem*

rem ea bipertito: in publica, & in domeſtica. Publica hæc ſunt.

Pietatem erga parẽtes, & tempore Reip.] *quas ei fuiſſe cauſſas veniendi ad arma ciuilia, laudatores ipſius dicebant.*

Obtentui ſumpta] *vt ea prætenderet, ac prætexeret cupiditati imperandi, qua flagrabat. Idq; eo veriſimilius eſt, quod Auguſtus principio adiunxit ſe ad cauſſam Senatus, & ne dum ageret de vlciſcenda paterna cæde, arma ſumpſit aduerſus Antonium, qui Cæſaris mortem vlciſci ſtudebat, obſeſſumque ab eo Mutinæ D. Brutum, vnum ex interfectoribus patris, liberauit. non igitur de vlciſcenda morte patris cogitabat.*

Cæterum cupidine dominandi concitos per largitionem veteranos. Auguſtus.] *adita Cæſaris hæreditate, cum ſe ab Antonio contemni videret, quem ſibi præcipuum adiutorem fore ſperauerat. Veteranos, quos Cæſar Capuæ collocarat, quaſi, & ſibi, & Reip. auxilio futuros euocauit, multa pollicitus, datis etiam in ſingula capita duobus millibus HS.*

Paratum ab adoleſcente priuato exercitum] *natus enim erat annos XVIII. atque hoc factum ipſius mirabiliter commendat Cicero in Philippicis.*

Corruptas conſulis legiones.] *Quartam, & Martiam dicit, quæ donis, promiſſisq; corruptæ,*

M. An-

M.Antonium conſulem deſeruerunt, ſeq́ cum Octauio coniunxerunt.

Simulatam Pompeianarum gratiam partium] *Pompeianus enim erat Senatus, & ipſe ſe oſtendebat in poteſtate Senatus, & eſſe, & fore.*

Mox vbi decreto Patrum, faſces, & ius prætoris inuaſerit.] *Senatus enim, ſuadente maxime Cicerone, eum exercitui, quem comparauerat, pro prætore præeſſe, ac Senatorem eſſe iuſſit, & ius ei dicendæ in Senatu ſententiæ prætorio loco dedit, aliaque multa in eum honorifice decreuit: de quibus, præter Suetonium, Dionem, alios, videndus Cicero lib. 5. Philippicarum. At M.Brutus, ſemper ſuſpectam habuit Octauij potentiam.*

Cæſis Hirtio, & Panſa, ſiue hoſtis illos, ſeu Panſam venenum vulneri adfuſum, ſui milites Hirtium, & machinator doli, Cæſar abſtulerat; vtriuſque copias occupauiſſe.] *Hac de re ita Suetonius,* Hoc bello cum Hirtius in acie, Panſaque paulo poſt ex vulnere periiſſent, rumor increbruit, ambos opera eius occiſos: Vt Antonio fugato, rep. Conſulibus orbata, ſolus victores exercitus occuparet. Panſæ quidem adeo ſuſpecta mors fuit, vt Glyco medicus cuſtoditus ſit, quaſi venenum vulneri indidiſſet. Adiicit his Aquilius Niger, alterum è Coſ. Hirtium in pugnæ tumultu, ab ipſo interemptum.

De

De hoc Glycone extat ad Ciceronem epiſtola Bruti.

Extortum inuito Senatu Conſulatum] *Suetonius: Conſulatum vigeſimo ætatis anno inuaſit, admotis hoſtiliter ad vrbem legionibus, miſſisq; qui ſibi nomine exercitus depoſcerent, cum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto ſagulo oſtendens gladij capulum, non dubitaſſet in curia dicere.* Hic faciet, ſi vos non feceritis. *Factus eſt autem per vim Conſul in locum Panſæ, & ipſe ſibi in Hirtij locum, Q. Pedium ſubrogauit.*

Arma, quæ in Antonium acceperit, *(in aliis,* acceperat, *quod melius puto) contra* Remp. verſa] *Cauſatus enim quoſdam ſibi in Senatu inuidere, & ſe puerum vocari, & quod Cicero ambigue dixiſſet,* hunc puerum ornandum, ac tollendum eſſe, *profeſſus, ſe daturum operam, ne à quoquam tolli poſſet, deſciuit à Senatu; & ſe cum Antonio, Lepidoq; coniunxit.*

Proſcriptionem ciuium] *Hanc vero nemo vnquam, qui defendere poſſit, reperietur. Ludus, iocuſque fuerat Sullana proſcriptio, præut hac trium tyrannorum fuit. Videndus de ea Plutarchus in Antonio, & in Brut.*

Diuiſiones agror, ne ipſis quidem, qui fecere, laudatas] *Ita vulgo legitur. in antiquis* cæpere, *ex quo natum* fecere: *mutanda autem*

citias cum volemus, denuo exercere poterimus, videamus modo, ne quid priuata odia noſtra Reip. incommodent.

Sed Pompeium imagine Pacis] *Auguſtus Muciam matrem ad Sex. Pompeium miſerat. ſororem L. Scribonij Libonis, qui Pompeij ſocer erat, vxorem duxerat, vt Pompeium ſibi quem mari plurimũ poſſe intelligebat, adiungeret. poſtea in Sexti nauibus cum M. Antonio cenauerat. Ipſe eum conuiuio exceperat. M. Marcello ſororis filio, Pompeiam Sex. filiam deſponderat. Sed tamen eum poſtea è medio tollendum curauit. Vide Dionem lib. 48.*

Sed Lepidum ſpecie amicitiæ deceptos.] *Huic enim ex Africa euocato, vt ſibi aduerſus Pompeium auxilio eſſet, poſtea viginti Legiones ademit.*

Poſt Antonium Tarentino Brundiſinoq; fœdere.] *vtriuſque meminit Plutarchus in Antonio, & Velleius lib. 2.*

Et nuptiis ſororis inlectum.] *Octauia ſororis Auguſti, quæ prius cum C. Marcello nupta fuerat, & ex eo M. Marcellum ſuſceperat.*

Subdolæ affinitatis pœnas, morte exoluiſſe] *Cum Auguſtus ſororem ſuam, propter amorem Cleopatræ ab Antonio deſeri, & contemni, iniquo animo ferret.*

Pacem ſine dubio poſt hæc] *Ianum enim clauſit, vt alio loco dicetur.*

Verum

Verum cruentam] *multorum enim ciuium ſanguine maduit.*

Lollianas, Varianaſque clades] *de Lolliana clade. Dio lib.54. Velleius lib.2. Suetonius, eam maioris infamiæ quam detrimenti fuiſſe ait. De Variana paulo poſt copioſe agendum erit.*

Interfectos Romæ Varrones, Egnatios, Iulos] *Auguſti, & ſi, à quo tempore ſolus imperare cœpit, optimi ac mitiſſimi principis, ſæpe petita inſidiis vita eſt: idq; Plinius commemorat inter ea, quæ perturbarunt ac contaminarunt ipſius felicitatem. Coniurauit in eum Saluidienus Rufus, quem obſcuriſſimo genere natum, Auguſtus ad ſummam amplitudinem produxerat. Qui in ſenatu, tanquam Cæſaris & populi Romani hoſtis iugulatus eſt. Coniurauit M. Lepidus trium viri F. quem Mæcenas, qui tunc vrbis præfectus erat, oppreſſit. Coniurauit L. Licinius Varro Murana vna cum Fannio Cæpione, qui auctoritate, vt ait Velleius, publica oppreſſi, quod vi facere voluerant, iure paſſi ſunt. Neque multo poſt Rufus Egnatius, per omnia gladiatori quam Senatori propior, qui cum facinoris conſcius in carcere extinctus eſt. Coniurauit & L. Cinna Cn. Pompeij nepos, cui deprehenſo, & manifeſto facinoris, maxima cum ſua gloria Auguſtus ignouit. Coniurare auſi & alij homines ignobiliſſimi, quos hoc loco recenſere non eſt neceſſe. De Iulo quem Tacitus poſtremo loco nominat, libet paulo plura dicere. Filius hic M. Antonij Trium-*

Triumuiri ex Fuluia fuit, puer magni & excelſi animi, & ad multa largienda propenſi: Puer ad huc Philotæ medico Antiſſenſi ob Sophiſma quoddam ſuper cenam allatum, dono dedit abacum multis ingentibus argenteis poculis onuſtum, quem cum ille accipere recuſaret, veritus ne puero iniuſſu patris, tam multa dandi poteſtas non eſſet, ſubiratus puer. Accipe, *inquit*, nihil cunctatus, an neſcis eum, qui hæc tibi dat, filium eſſe M. Antonij illius, qui totidem vaſa aurea donare nullo ſuo incommodo poteſt? *Victo Antonio, ita ſe in eum clementer geſſit Auguſtus, vt Octauiæ ſorori ſuæ optimæ mulieri, educandum dederit, quæ ſingularis exempli nouerca, ita priuignos ſuos, Antonij, à quo ipſa, tam multas contumelias acceperat, liberos, non ſecus educauit, ac ſuos. Itaque procedente ætate cum principem amoris, ac dignitatis locum obtineret, Agrippa, proximum priuigni, Tiberius, & Druſus, tertius ab eis numerabatur Antonius. Quin etiam eam Octauiæ filiam, quam Agrippa, Iuliæ ducendæ cauſſa, mortuo Marcello dimiſerat, huic Antonio in matrimonium collocauit Auguſtus. Fuiſſe ei opinor à principio idem prænomen, quod patri. Sed cum in odium M. Antonij triumuiri Senaticonſultum factum eſſet, ne quis Antoniorum amplius Marci pronomine vteretur, nouo prænomine Iulum Antonium vocatum eſſe. Extat ad eum pul-*

cherrima Ode Horatij, de laudibus Pindari. *Hic, & ſacerdotio, & pretura, & adfinitate, & conſulatu, quem cum Q. Fabio Africano geſſerat, & prouinciis ornatus ab Auguſto, auſus temerare Iuliam Auguſti Filiam, mulierem impudiciſſimam, cum id non tam libidinis, quam capiendi nefarij alicuius aduerſus Auguſtum conſilij, cauſſa feciſſe crederetur, aut morte affectus eſt, vt Dio ait: aut vt Velleius, facinoris conſcientia mortem ſibi ipſe conſciuit. Hæc igitur erant, quæ calumniarentur, accuſarentq́, vt ab Auguſto crudeliter, & tyrannice facta.*

Nec domeſticis abſtinebatur. abducta Neroni vxor.] *Liuia, quæ etiam priori viro nupta adulterium feciſſe cum Auguſto, vt ante dixi, putabatur.*

Et conſulti per ludibrium Pontifices, an concepto, nec dum edito partu, rite nuberet.] *Nam, ne mortuo quidem marito, licebat olim mulieri, ad ſecundas nuptias tranſire, niſi poſt decimum menſem, ne familiæ turbarentur, & quæ ſecus feciſſet, infamia notabatur. Et inde illa in inſtituendis, exheredanduue Poſtumis formula.* Si quis mihi filius, filiaue in decem proximis menſibus, naſcetur: *& inſpici, ac cuſtodiri nonnunquam ab agnatis prioris viri ſolebant. Ouidius.*

Per

Per totidem menſes à funere coniugis, vxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Ergo idem ſeruandum erat in diuortio. Ratio enim vtrobique eadem. Conſulenti autem Auguſto, reſpondere Pontifices, ſi ambiguum eſſet, concepiſſet Liuia, an minus, non poſſe eam à Tiberio relictam ſtatim alteri nubere: ſin concepiſſe conſtaret, libere poſſe: Quam reſponſionem, & ſi quidam fuiſſe iocularem putant, ego tamen, veram, ac ſeriam fuiſſe arbitror. Nam ſi res dubia fuiſſet, & ipſa poſtea ex Auguſto peperiſſet menſe ſeptimo, filius videri potuiſſet ex priori viro ſuſceptus, at cum ita conſtaret eam grauidam eſſe, vt tertio menſe poſteaquam cum Auguſto eſſe cœperat, Druſum enixa ſit, res dubitationem habere non poterat. Fortaſsis autem pro nuberet, *legendum* enuberet.

Q. Atedij, aut Vedij Pollionis luxus] *Nominatur quidem Atedius inter amicos Auguſti, nominatur & Vedius. Vnde ſuſpicari poſſet aliquis, duos eſſe. Verius tamen puto erratum eſſe, à Librariis, eoſque, vt ſæpe, ſcripſiſſe Q. Atedij, aut Vedij Pollionis, cum dubitarent, vtro modo ſcriptum eſſet. De Luxu autem Vedij Pollionis nota ſunt, quæ narrat Seneca lib. 3. de ira: & ſi ibi quoq; legitur* Atedius, *& libro primo de Clementia, vbi eundem nominat Vedium, & Dio lib. 54.*

Poſtremo Liuia grauis in Remp.mater] *eius enim conſilio omnia faciebat, & filiu ipſius omnia tribuebat Auguſtus.*

Grauis domui Cæſarum nouerca] *neque enim conquieuit donec totam Cæſarum progeniem extinxit.*

Nihil Deoq. honoribus relictum, cum ſe templis,& effigie numinum per flamines, & ſacerdotes coli vellet] *Horatius.*

Præſenti tibi maturos largimur honores
Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

Idem,

Cœlo tonantem credidimus Iouem
Regnare, præſens Diuus habebitur Auguſtus.

Virgilius. Ignaroſque viæ tandem miſeratus agreſtes, Ingredere,& votis iam nunc aſſueſce vocari. *Horatius.* Condit quiſque diem collibus in ſuis, Et vitem viduas ducit ad arbores: Hinc ad vina redit lætus,& alteris Te menſis abhibet Deum. Te multa prece, te proſequitur mero, Defuſo pateris,& laribus tuum Miſcet nomen, vti Græcia Caſtoris, Et magni memor Herculis. *Suetonius tamen.* Templa,*inquit*, quamuis ſciret etiam proconſulibus decerni,in nulla tamen prouincia, niſi communi ſuo Romæque

nomine recepit. Nam in vrbe quidem pertinaciſsime abſtinuit hoc honore, atque etiam argéteas ſtatuas olim ſibi poſitas, conflauit omnes : ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. *Reperiuntur numi veteres, cum hac inſcriptione* (Romæ & Auguſti) *lapides cum hac*: (Sacerdos Romæ & Auguſti.) *Apud Sex. Rufum.* (Templum Romæ & Auguſti :) *in regione templi Pacis* (Auguſti Solius) *in regione Fori Rom. Sed hoc Liuia Auguſto iam in Deos relato poſuit. In Aſia, in Bithynia viuo & conſentienti templa poſita ſunt. Mortuo Nolæ Tiberius dedicauit.*

Ne Tiberium quidem caritate aut reipub. cura ſucceſſorem adſcitum : Sed quoniam adrogantiam ſæuitiamque eius introſpexerit, comparatione deterrima ſibi gloriam quæſiuiſſe,] *Dictum Auguſti de Tiberio eſt*: miſerum populum Romanum, qui ſub tam lentis maxillis erit. *Hoc ipſum ita expreſsit Dio ſub finem libri 56.* Τοσοῦτον οὖν τὸ σύμπαν ἀλλήλων διηνέγκασιν ὥς τέ τινας καὶ ἐς τὸν Αὔγουστον ὑποπτεῦσαι. ὅτι ἐξεπίτηδες τὸν Τιβέριον. καίπερ εὖ εἰδὼς ὁποῖος ἦν διάδοχον ἀπέδειξεν, ἵνα αὐτὸς εὐδοξήσῃ. *Suetonius, tradidiſſe quoſdam, ambitione tractum Auguſtum, vt, tali ſucceſſore, deſiderabilior ipſe quandoque fieret. quod tamen ipſe multis argumentis refutat.*

Etenim Auguſtus paucis ante annis, cum Tiberio tribuniciam poteſtatem à patribus rurſum poſtularet, quanquam honora oratione, quædam de habitu cultuque & inſtitutis eius iecerat, quæ velut excuſando exprobraret.] *Primum poſtulauerat tribuniciam poteſtatem Tiberij, tantum in quinquennium, deinde aut in alterum quinquēnium, aut, vt alij volunt, in decennium poſtulauit.*

Velut excuſando] *Nullum maleuolentius eſt obtrectatorum genus.*

Ceterum Sepultura more perfecta, templum & cœleſtes religiones decernunt] *Ita enim decernebant, quaſi ſententiis ſuis Deos facere poſſent. Allegatus etiam & corruptus à Iulia, dato vicies HS. Numerius Atticus vir prætorius, qui ſe effigiem cremati euntem in cœlum vidiſſe iuraret.*

Verſæ inde ad Tiberium preces] *vt illud moleſtiſſimum imperij onus ſuſcipere dignaretur.(*Et ille varie differebat*) Non erat ita ſuperbus vt illas preces aſpernaretur: non ita ſegnis vt illum cuncta regendi laborem reiiceret, rogari volebat.*

De magnitudine imperij, ſua modeſtia] *Modeſtiam dicit, non, ne quis ſit error, virtutem animi nihil de ſe, niſi moderatum, ſentientis: ſed modicas & exiguas vires ſuas, opponiturque hoc ſenſu* modeſtia magnitudini. *Sic lib.3.* Simul modeſtiæ

deſtiæ Neronis,& ſuæ magnitudini fidebat, *& lib.4.* Rari per Italiam Cæſaris agri, modeſta ſeruitia. *& lib.12.* magna Deum benignitate & modeſtia hiemis rebus extremis ſubuentum. (Solam diui Auguſti mentem tantæ molis capacem) *neq; iam reperiri poſſe alium qui idem onus ſuſtineret.* (Se in partem curarum ab illo vocatum) *quo tempore, vt diximus, conſors imperij aſſumptus eſt* (experiendo) *quod certiſſimum diſcendi genus eſt.* (Didiciſſe quam arduum) χαλεπὸν, δυσχερὲς, δυσφόρητον. (quam ſubiectum fortunæ regendi cuncta onus) *multa enim accidunt, quæ nulla ratione, nullo humano conſilio prouideri queunt.* (Proinde in ciuitate tot illuſtribus viris ſubnixa, non ad vnum omnia deferrent) *Sed publica munera in plures diſtribuerent.* (Plures facilius munia Reipub. ſociatis laboribus exſecuturos) *Quantum dolorem inuſſiſſet Senatus Tiberio, ſi eius precibus paruiſſet. Quam multa contra vetus dictum*, rogant ea, quæ impetrare nollent. (Plus in oratione tali dignitatis quam fidei erat.) *vt ſæpe ſpecioſæ orationis velo improbiſſima conſilia obtendi ſolent.*

Tiberioque etiam in rebus quas non occuleret, ſeu natura, ſiue adſuetudine, ſuſpenſa ſemper & obſcura verba.] *Nullum vnquam*

principem fuiſſe ſimulandi ac diſſimulandi peritiorem, omnes ſummo conſenſu hiſtoriarum ſcriptores prædicant. & multi in ea ſunt ſententia, vt eam vnam eſſe ex præcipuis regum ac principum laudibus putent. De quo tamen varie diſputari poteſt. Nibil enim tam ſeruile videtur quam mentiri: vnde & eos qui vere & aperte loquuntur, neq; quicquam reticent, Libere loqui *dicimus. Achilles certe, qui ingenio vel maxime regio fuiſſe perhibetur, & apud Homerum, & apud Euripidem ait, eum ſibi morte odioſiorem eſſe, qui aliud ſentiat, aliud loquatur, ſeq; id negat vllo modo aut facere aut alium facientẽ probare poſſe.* Neq; *à patre degenerat* Neoptolemus *ille Sophocleus, qui cum Vlixis ſuaſu, Philoctetẽ fallere cepiſſet, redit ſtatim ad ingenium, & tegere quæ vera erant, non poteſt. Sed tamen negari non poteſt, quin ſimulatio & diſſimulatio ſæpe principibus neceſſaria, & in eis ſumme commendanda ſit. vt cum eiuſmodi aliquid accidit, quale cum Æneas Virgilianus,* Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. *etenim ſi princeps apertus ſit, & ſimulandi ac diſſimulandi imperitus, omnia illius cõſilia pateſcent: quo nihil pernicioſius eſt, aut maiori ad res gerendas impedimento. Idcirco enim veteres, Conſo, quem faciebant conſiliorum Deum, in locis ſubterraneis ſacra faciebant. vt oſtenderent, ea demum conſilia vtilia eſſe, quæ laterent. Et laudatur dictũ Q. Metelli Pij, qui interrogatus quid poſtridie*

facturus eſſet, Tunicam, *inquit,* meam comburerem, ſi putarem ab ea conſilium meum detegi poſſe. *Et Franciſco I. Galliarum regi, omnibus prope virtutibus regiis prædito, nihil magis obſtitit, quam quod nimis aperte & libere, quid in animo haberet, eloquebatur: ita vt cogitationes ipſius prius interdum ad hoſtem, quam ad ipſius conſiliarios perferrentur. At alius quidam è regibus noſtris, cum filios ſuos, qui in ſpem regni educabantur, nihil operæ ad Latinas litteras percipiendas conferre voluiſſet, hanc vnam ſententiam ab eis diſci voluit.* Qui neſcit ſimulare, ac diſsimulare, neſcit regnare. *Summus Philoſophorum Plato, cum alioqui mendacium ex omni bene inſtituta ciuitate, exterminandum cenſeat, medicis tamē, & magiſtratibus ac principibus ciuitatis illud eſſe neceſſarium & ſalutare nō diffitetur: eiſq; permittit, vt eo, cum publice expedit, vti queant. At in Tiberio perpetua ſimulatio erat. nunquam ex illius aut vultu, aut ſermone animum quiſquam certo perſpicere potuit.* (Seu natura ſiue adſuetudine) *quæ vt ait Euenus, in naturam vertitur* (ſuſpenſa ſemper & obſcura verba.) *Itaque vt Apollo, ſic Tiberius, λοξίας merito vocari poterat.* (Tuncvero intēti vt ſenſus ſuos penitus abderet in incertū & ambiguum magis implicabantur.) *Quid enim deeſſe poterat, cum ad naturam & ad conſuetudinem & conatus accederet?* (At patres quibus vnus metus, ſi intelligere

viderentur) *id eſt, qui nihil tam male metuebant, quam ne intelligere viderentur ſimulationem Tiberij. Sic Virgilius*, non metus officio nec te certaſſe priorem, *id eſt, non metuimus* (ſi intelligere viderentur) *nihil enim moleſtius Tiberio poterat accidere, quam ſi aſtum ſuum ab aliis agnoſci videret. Dio: l. 56.* Νῦν δὲ ὡς ᾔσθετο, εἴ τις αὐτοῦ συνεὶς φανερὸς ἐγένετο, καὶ πολλοὺς οὐδὲν ἄλλο σφίσιν ἢ ὅτι συνενόησαν αὐτὸν, ἐγκαλέσαι ἔχων ἀπέκτεινεν, ὥστε χαλεπὸν μὲν ἦν μηδαμίαν αὐτοῦ σύνεσιν ποιεῖσθαι, χαλεπώτερον δὲ συνιέναι.

In quib' lacrimas, vota effundi, ad Deos, ad effigiem Auguſti, ad genua ipſius manus tendere.] *Indignos homines libertate: qui quod alij auerſantur, & abominantur, id votis ac precibus peterent, ne liberi eſſent. Quid eis peius optares, quam vt votorum compotes fierent? Hæc igitur ſic indigna faciebant*, (Cum Tiberius proferri libellum recitarique iuſsit) *Suetonius vna cum teſtamento Auguſti allata in curiam à virginibus Veſtalibus eſſe dicit, tria volumina æque ſignata, atq; ipſas teſtamenti tabulas. De quibus vno Auguſtus mandata de funere ſuo complexus erat: altero indicem rerum à ſe geſtarum, quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mauſoleum ſtatuerentur: tertio breuiarium totius imperij: quantum militum ſub ſignis vbiq; eſſet: quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis. Adiecerat & libertorum ſeruorumque nomina,*

nomina, à quibus ratio exigi poſſet. Dio quatuor fuiſſe ait, cuius hæc ſunt. ἐσκομίσθη δὲ καὶ βιβλία τέτταρα καὶ αὐτὰ ὁ Δροῦσος ἀνέγνω, ἐγέγραπτο δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ὅσα τῆς ταφῆς εἴχετο. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ αὐτοῦ σταθείσας ἀναγραφῆναι ἐκέλευσε. τὸ τρίτον, τό τε τῶν στρατιωτῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, &c. *Tacitus vnum modo libellum nominat, quem à Druſo recitare Tiberius iuſſerit,* (quo quidem opes publicæ continebantur, quantum ciuium, ſociorumq; in armis, quot claſſes, regna, prouinciæ, tributa, aut vectigalia, & neceſsitates, ac largitiones. quæ cuncta ſua manu perſcripſerat Auguſtus, addideratque conſilium coërcẽdi intra terminos imperij: incertum metu, an per inuidiam.) *Eorum autem libellorum magna pars reperta eſt Ancyræ in Gallogræcia, & edita Antuerpiæ: quam qui primus edidit Andr. Schottus, dici non poteſt, quantum vel hoc vno nomine ſtudioſi veteris memoriæ debeant* Trib. aut Vectig.) *illa certa erant, hæc incerta* (neceſsitates) *neceſſarios ſumptos (&* largitiones) *vt donatiua, frumentationes, Congiaria* (metu) *ne barbari irritati Rhenum traiicerent, & Romanis negotium exhiberent* (an per inuidiam) *ne quiſquam ſucceſſorum ſuorum latius imperaret.*

Etiam Q. Haterius.] *Seneca lib. 6. de beneficiis, & hunc & Aruntium inter nobiles teſtamentorũ captatores numerat.* (& Mamercus Scaurus)

Hic

Hic eloquentia clarus, vita ita turpis & probroſus fuit, vt meritiſsimo eum Tacitus lib. 3. opprobriũ maiorum *vocet, De eius turpitudine, qui cognoſcere aliquid volet, legat Senecam lib. 4. de beneficiis cap. 31. Damnatus tandem quod famoſos verſus ſcripſiſſet in Tiberium, pœnam imminentem voluntaria morte prauenit. Tacitus lib. 5.* (ſuſpicacem animum) *vt eſt omnium tyrannorum.* (Deeſſe caput Reipub.) *oſtendebat enim cognitam ſibi eſſe ſimulationem Tiberij, qui vellet quidem omnino imperare: ſed cupiditatem ſuam tegeret. Id ſignificabat genere illo loquendi.* Quouſque patieris. *quaſi de re in manu ac poteſtate Tiberij poſita.* (Relatione cos) *de imperio ſuo.* (iure trib. pot.) *quo poterat impedire, ne quicquam ratum eſſet eorum, de quibus referebatur.* (ſtatim) *& hoc argumento erat, minus illi iratum eſſe, quam Scauro.* (Implacabilius) *Itaq; tandem eum ad mortem adegit.* (Flexit) *ἀνέδωκε. Suetonius:* Principatum, quamuis neque occupare confeſtim, neq; agere dubitaſſet, & ſtatione militum, hoc eſt, vi & ſpecie dominationis aſſumpta, diu tamen recuſauit impudentiſsime, nunc adhortantes amicos increpans, vt ignaros, quanta bellua eſſet imperium, nunc precãtem ſenatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſpõſis, & callida cunctatione ſuſpẽdens, vt quidam patientiam rumperent, atque vnus in tu-

tumultu proclamaret, AVT AGAT AVT DESISTAT: alter coram exprobraret, ceteros quod polliciti ſint, tarde præſtare, ipſum quod præſtet tarde polliceri. Tandem quaſi coactus, & querens miſeram, & oneroſam ſibi iniungi ſeruitutem, recepit imperium: nec tamen aliter q̃ vt depoſiturum ſe quandoque ſpem faceret. ipſius verba ſunt hæc: Dum veniam ad id tempus, quo vobis æquum poſsit videri, dare vos aliquam ſenectuti meæ requiem.

Caſu an manibus] *ſeu caſu, ſeu manibus eius impeditus. Ita loquitur & Cicero aliquoties in epiſt. ad Atticum* (alij parentem alij matrem) *Dio,* καὶ πολλοὶ μὲν μητέρα ἀυτὴν τῆς πατρίδος, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν, *&c. eadem, quæ Tacitus, ſunt etiam apud Suetonium quem vide cap. 50. & 51.* (ne lictorem quidem) *quem & cognati principis, & Virgines Veſtales habebant.* (Aramque adoptionis) *Sic* ara Vltionis, *cum Tiberius vltus eſſet Germanici mortē. lib. 3. Sic ob Poppeam* templum fæcunditatis *lib. 15. Sic* PACI. AVG. SACRVM, *quia pacem cum Parthis feciſſet.* (Fortunæ reduci Sacrum) *quod rediiſſet* (Victoriæ Aug. ſacrum) *Sic ergo* Aram adoptionis, *quia procurante Auguſta, Tiberius in familiam Cæſaris adoptatus eſſet* Iuliæ F. *Hoc eò pertinebat, vt matris opera ad imperium perueniſſe videretur.*

Fruſtra

Fruſtra alij. Liuiæ. (candidatos) *Sic petis, tanquam Cæſaris candidatus. Quintilianus lib. 6. cap. 3.* Commendo vobis hunc & illum, vt ſuffragio veſtro ſuam dignitatem teneant.

Prætura] *fiebant autem tunc Prætores octo l. 2. D. de origine iuris.* (Tum primum è campo) *à populo qui conueniebat in campum Martium.* (Largitionibus, ac Pr. ſor.) *cogebatur enim partim donis partim precibus ſuffragia mendicare* (ſine Repul. & Amb.) *qui neq; repelli poſſent, neque ambire cogerentur* (Trib. Plebei) *ita ſæpe & apud Ciceronem vocantur.* (Triumphali) *cum alioqui purpuram ferre non poſſent.* (Hic vrb. rer. ſt. erat) *Expoſitis rebus vrbanis, tranſit ad externas.*

Mutatus princeps] *propter iuſtitium vt ſolet,* (Caſtris AEſtiuis) *alia æſtiua erant, alia hiberna.* (Tres ſimul leg.) *Octaua, Nona, & Quintadecima.* (Iunio Blæſo) *Auunculo Seiani. Tacitus l. 3.* (Ob iuſtitium) *quod erat mortuo principe, aut aliquo etiam propinquo principis. In aliis additur;* (aut Gaudium.) *Male, ſic lib.* XIIII. & natos vel repertos. *Sic apud Xenophon. 1. Anat.* ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων *cum legendum ſit tantum,* ἀλφίτων. *Sic apud Ariſtotelem lib. 1. rhetoric.* ὁποῦν ἢ ὁντινοῦν *cũ & apud Halicarnaſſ legatur tantum,* ὁποῦν. *Apud Ciceronem in Academ.* & vel vt iam ante Socratem, *cum legendum ſit,* & iam ante Socratem. *Multa talia indicaui in variis lect. lib. 15. cap. 16.*

(Theatr.

(Theatr.Oper.) *eorum qui operam ſuam locabant ad fabulas agendas.* (miſcere cœtus) *efficere vt alij inter ſe coniurarent, alij ab aliis ſecederent ac diſcordarent.* (Hiſtrionali ſtudio) *quoniam ibi quoq; grex vnus ſæpe diſſociandus erat & ſpargenda ſeditionum ſemina, vt alij hiſtriones ab aliis ſecederēt.* (Imperitos animos) *militares ac ruſticanos.* Dilapſis. *vide quæ notaui cap. 5. lib. 11. var. lect.* Cur paucis C.P.Tr. *ἀπὸ δυνατῦ. plures ſumus atq; illi.* (Quando) *ab opportunitate temporis. Aut nūc aliquid agendum eſt, aut nunquam.* (Satis per tot annos) *Infelicitatis noſtræ culpam, non in alios potius, quam in noſmetipſos conferre debemus.* (Ne dimiſsis quidem) *etiam poſt miſsionem ſub ſignis habemur.* alio vocabulo. *veteranorum, aut vexilliariorum. ſtatim infra*, ne vltra ſub vexillis tenerentur. *& infra*, præſidium agitantes vexilliarij: *& paulo poſt*, veteraniq; nuper miſsi ſub vexillo hiemabant. Per nomen agror. *qui emeritis attribuebantur & adſignabantur.*

In tantam rabiem, quemadmodum iam pridem audiiſtis, Germanicarum legionum inferioris exercitus animi exarſerant, vt legatus quoque ipſe conſternatus, furori militum cederet, neque obuiam ire auderet. E Centurionibus alij verberati, alij interfecti, vnus eſſet ab ipſo legato ad exitium deditus. in illo tanto tamque periculoſo tumultu, & rerum omnium perturbatione non Tribunus vltra, *ait Tacitus,*

citus, non caſtrorum præfectus, *quorum, poſt legatum, ſumma poteſtas erat,* ius obtinuit, &c.

Id militares.] *Quæ impetu fiunt durare non ſolent: quæ cunctabunde ac compoſite, diuturniora ſunt. ſic flamma quæ ſubito excreuit, ſubito extinguitur. Sic eas febres medici maxime metuunt, non quæ ſubito vehementiſſimæ ſunt, vagæq; & incertæ, modo citius modo ſerius ægrotum adoriuntur: ſed eas quæ quamuis remiſſiores, conſtanter, & ſtatis vicibus quaſi ad vadimonium accurrunt. Sic iram qui cito colligunt, cito deponunt, Qui ſubito incaleſcunt, & iram vultu, oculis, verbis, manibus produnt; nihil ab eis magnopere metuas: ſcias facile deſituros. illi magis metuendi, qui etiam in media ira lenti ſunt, qui nihil incompoſitè nihil inordinate faciunt, qui ita ſe gerunt, vt, quod fieri poſſe negat Terentius,* cum ratione inſanire *videantur. hoc igitur erat militares animos altius cunctantibus, &c.*

Acriores quia iniquæ] *ſapientiſſime dictum. Qui ſine cauſſa oderunt, eorum acrius odium eſt, quã eorum qui iuſtas odij cauſſas habent. Diſputa hac de re in vtramq; partem. quæ cauſſam non habent, nullo quaſi fundamento ſubnixa ſunt, ergo citius euaneſcere ac concidere debent: at quæ iuſtam cauſſam habent, &c.*

I. *Nam quicquid æquum ac iuſtum eſt, certis finibus circumſcriptum eſt: neque eos egreditur. At iniuſtum & iniquum, nullis certis terminis continetur.*

II. Ne-

II. Nemo vult ſe iniuſtum atq; iniquum videri. Itaque,quanto quiſque iniquius alterum odit,tanto maiore ſtudio conatur efficere, vt eum iuſte odiſſe videatur,alioqui enim iniuſtum ſe,& iniquum eſſe fateatur neceſſe eſt. Ea res odium intendit.

III. Præterea, qui iuſtam odij cauſſam habet,ſi odium,aut deponat,aut remittat, lenitatis, ac clemẽtiæ laudem ex eo ſe adepturum videt:intelligit etiam eum, quem aut odiſſe deſinit, aut mitius, ac moderatius odiſſe incipit, ſibi eo nomine deuinctum atq; obſtrictum fore. Nemo autem eſt,quin ſibi,cum poteſt libenter alios obliget. Eis enim quiſque ſuperior eſt, quos ſibi obligatos,& obnoxios habet. At,qui inique odit,ſi quid remittat ex odio, non vllam ſibi laudem ex eo parit: ſed potius ipſemet iniquum, & iniuſtum fuiſſe ſe confitetur. Neque ſibi propterea obligat,eum cui minus iniquus eſt: ſed ipſe potius prioris illius odij vltro petere ab eo veniam debet.

IV. Atq; hæc cum in omni hominum genere vera ſunt,tum in Principibus veriſsima. Nunquam enim videri volunt erraſſe ſe. Itaq; quos ſemel iniuſte odiſſe cœperunt, vrgent ad extremum, ne principio iniuſtum in eos odium ſuſcepiſſe videantur. Qua de re dicam quidquam admirabile.ſed longo vſu, & multis exemplis confirmatum. Facilius impetrant veniam à multis principibus, & facilius cum eis in gratiam redeunt, qui iure eorum iram in ſe prouocarunt,

quam ſi quos ipſi principes ſine vlla iuſta cauſa odiſſe cœperunt. Nam ſi illis ignoſcant, vident ſe manſuetos, ac miſericordes viſum iri. Hos ſi omittant, verentur ne hoc ipſo præteriti temporis iniuſtitiam, & iniquitatem agnoſcere videantur. Et veriſſimum eſt, *quod vulgari prouerbio dicitur.* Qui iniuria læſus ſit, interdum ignoſcere: qui iniuria læſerit, nunquam. *recte igitur Tacitus, &c.*

Quippe Druſi.] *Cauſſa odij, Gratioſior erat apud populum Germanicus, quam Tiberius. Eius rei cauſſæ duæ. Memoria patris, & mores ipſius. Altera cauſſa odij: Liuia, vt nouerca, oderat Agrippinam. & ipſa Agrippina paulo erat ferocior, ſed caſtitate, &c.*

Meminiſſe vos arbitror, quàm graui, & plena dignitatis oratione furentes militum animos Germanicus cõuerterit, effeceritque vt ſupplices, & vera ſibi exprobrari fatentes, orarẽt puniret noxios, ignoſceret lapſis, & duceret in hoſtem, illic ſe quæ per furorem peccaſſent, per virtutem expiaturos: coniugem modo, & paruulum filium reuocaret: ne ve eam militibus ſuis contumeliam imponeret, vt iudicaſſe videretur, duo ſibi certiſſima capita, ſatis tuto inter eos non poſſe verſari.

Qua ex re cognoſcere potuiſtis, quanta ſit vis eloquentiæ, quamque ſit vſus illius, non in concionibus modo, aut in ſenatu, ſed etiam inter arma, neceſſarius. Quos enim Germanicus non vi, non minis, non

imperio

Imperio deterrere potuiſſet, eorum dicendo impetum coërcuit, furorem repreßit, contumaciam flexit.

Itaque mihi locum illum tractanti veniebat in mentem illorum Virgilij verſuum:

Ac veluti magno in populo, cũ ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitque animus ignobile vulgus:
Iamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauem, ac meritis, ſi forte virum quem
Adſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Reliquum erat, vt de iis, qui præcipui ſeditionis auctores fuerant ſupplicium ſumeretur. Magna enim peccandi illecebra eſt, impunitas: facileq; adducuntur homines ad ea denuo audenda, quæ ſemel patrata impune abiiſſe meminerunt. Sed hic quoq; non leuis Germanico obiiciebatur difficultas. Primum enim ſi per ſe ipſe, aut etiam de concilij ſententia in hunc, aut illum animaduerti iuſſiſſet, periculum erat, ne denuo accenderentur militum animi, ne ve quererentur, prætermiſſis noxiis, inſontes ad ſupplicium rapi. Deinde etiam, ſi in præſentia quieuiſſent, ac compreßiſſent dolorem ſuum, nullo tamen modo effugere poterat Germanicus, quin magnam in ſe hoc

facto inuidiam, magnum militum odium concitaret. crudelem, atrocem, ſanguinarium eſſe dixiſſent: vt ſæpe quamlibet iuſta ſeueritas pro iniuſtitia, & inhumanitate habetur: animoſque noſtros, eorum etiam, quos malo dignos eſſe nouimus, cum tamen ad ſupplicium ducuntur, commiſeratio quædam capere conſueuit. Rationem igitur iniit, qua, & de ſontibus ſupplicium ſumeret, & nulla tamen ad ſe ex eo inuidia perueniret. Milites enim ipſos, & accuſatores, & teſtes, & iudices, & pœnæ exactores eſſe voluit. id his verbis exſequitur Tacitus.

Iudicium & pœnas.] Iudicium exercere *vſitate dicimus:* pœnas exercere *non item. ſed ſæpe primæ notæ ſcriptores, duobus nominibus poſitis, verbum ſubiiciunt, quod alteri tantum conueniat: vt ex ἀναλόγου alterum intelligatur. Homerus σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες. cum tamē vinum bibere, non comeſſe ſoleamus. Idem ἵπποι ἀερσίποδες καὶ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο. Equi tamen non iacebant, ſed ſtabant. Ergo etiam, ſi, pœnas exercere, nemo dixiſſet, intelligeremus hoc modo:* Iudicium & pœnas *exercuit; iudicium exercuit pœnaſque ſumpſit: & ex optimis vetuſtiſſimiſq; ſcriptoribus, talia quamlibet multa proferremus. ſed nihil eſt neceſſe eo confugere.* Exercere pœnas *rectiſſime dicitur, vt cognoſcere eſt vel ex illo Virgilij loco.* Hac iter Elyſium nobis: at læua malorum Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Secuti

Secuti exemplum, &c.] *Sueuos. Cæſar lib. 4. de bello Gallico.* Sueuorum gens, eſt longè maxima & bellicoſiſsima Germanorum omnium. *& in eod. lib.* ſeſe vnis Sueuis concedere, quibus ne dij quidem immortales pares eſſe poſsint. (Centurionatum) *recenſionem ac cognitionem de centurioribus.* (Donaria.) *Donaria vocat haſtas puras, phaleras, torques, armillas, coronas, ciuicas, murales, obſidionales, aliaq; eius generis.* (Edebat) *verbum Iuris.* (Conſenſu) *nõ enim paucis habenda fides erat. præſertim cum totus Centurionum ordo militibus inuiſus eſſet.*

Plato lib. 8. de rep. narrat Arcadas olim Ioui Lyceo ſtatis temporibus ſacra quædam facere ſolitos eſſe, in quibus, cum alia quædam animalia, tum homines etiam immolabant, eiuſq; viſcera, cum aliorum animalium viſceribus permiſcentes, promiſcue omnibus veſcebantur. Opinionem autem fuiſſe, cui caſu obtigiſſet, vt humanam carnem comeſſet, eum neceſſario in lupum conuerti, & aliquot annos per ſiluas, ac deſerta loca, cum ceteris lupis vagari. Quam fabulam ita ipſe interpretatur, vt dicat eos, qui ſe ſemel humano ſanguine cruentarũt, humanam quodammodo naturam exuere, feroſque, ac truculentos euadere, & cædis, ac ſanguinis appetentes. Semel madefactus ſanguine gladius ſanguinem ſitit. Semel incitata ad cædem manus non facile ſiſtere, ac cohibere impetum ſuum poteſt, id & ſæpe alias, & tunc militibus conti-

git, quorũ, vt ait Tacitus, truces etiam tum animos, *ob editam commilitonum ſtragem*, cupido inuolat. *& videte q̃ ſignificantibus verbis vtatur. Nã & ipſum* cupidinis *nomẽ, auiditatẽ quandam ſignificat, &* inuolandi *verbo admirabilis quidam impetus induatur.* Cupido *igitur,* inuolat, *non iã arcendi, ac ꝓpulſandi hoſtem, nõ defendendi limitis, ſed vltro* eundi in hoſtem, *cũ contractas ſociorum ſanguine maculas, hoſtili tantũ ſanguine elui, ac deleri poſſe crederent: idq; vnũ eſſe iudicarent* piaculũ furoris. *Impiatos.n. eſſe ſe, & illa potiſſimũ expiatione puros fieri poſſe.* Nec aliter poſſe placari commilitonũ manes, q̃ ſi pectoribus impiis honeſta vulnera accepiſſent. *Libri quidã veteres* eccepiſſent. *Rectũ eſt* excepiſſent. *Hic primũ notanda veterũ opinio, interfectorũ manes iis, à quibus interfecti ſunt, infenſos eſſe: q; & à Platone traditur lib. 9. de legibus. Sic Oreſten in tragœdiis perſequitur mater. ſic Virgiliana Dido Æneæ minatur,* omnibus vmbra locis adero. dabis improbe pœnas. *Sic Nero interfecta Matre ſæpe exiliebat è ſomno, & Matris imaginẽ ſe intueri putabat. Deinde illud quoq; animaduerſione dignũ eſt, collatione contrariorũ quæſitũ eſſe ornatũ orationi,* pectoribus impiis honeſta vulnera. *Tũ illud quoq;, honeſta eſſe vulnera, quæ pectore excipiuntur; inhoneſta, quæ tergo. Itaq; inter cætera, quæ admirationi habita ſunt in L. Siccio Dentato viro fortitudinis admirandæ,*

randæ, illud non minimum eſt, ꝙ 45. cicatricibus aduerſo corpore inſignis eſſet, nulla in tergo. Auctor Plinius lib. 7. c. 28. Sed & huc pertinet, ꝙ de ſacra cohorte Thebanorũ, quæ ex amatoribus, & eis, qui amabantur, conſtabat memoriæ proditũ eſt, eam totã à Philippo Macedone in pugna Chæronenſi eſſe conciſam, qui cũ eos victor inſpexiſſet, oẽs aduerſis vulneribus confoſſos, Male pereant, inquit, qui hos turpe quicq̃, aut facere, aut pati arbitrantur. Ex ea cohorte vnus in prælio cum pronus cecidiſſet, hoſti à quo ſe confoſſum iri videbat, quæſo te, inquit, gladium mihi per pectus adigito, ne is, qui mihi in amoribus, ac deliciis eſt, ſi me auerſo vulnere confoſſum viderit, erubeſcat. Auctor Plutarchus in Pelopida. Lacedæmonij quoq; inſepultos abiiciebant τὺς ὀπισθοτρώτυς.

Ponte] ad tranſeundum Rhenum è legionib. male alij diſtinxerunt.

Agmine propero] concitato gradu ſiluam Cæſiam. Eam in ducatu Cliuenſi eſſe aiunt. Limitemq; a. t. c. ſcindit. Limites imperij erant, aut mõtes, aut fluminum ripæ, aut alia eiuſmodi quibus imperium pop. Rom. à Barbaris dirimeretur, interdũ etiã ducebãtur muri, & in eis excitabãtur Caſtella, turres, ꝓpugnacula, & in eis legiones collocabantur, quæ præſidio eſſent, & barbarorũ incurſiones impedirent. Talem hunc limitem fuiſſe arbitror.

Concedibus] Cæſarum arborum fragminibus.

Inde ſaltus obſcuros] proprium loci nomen.

Incautum] *Thucydideum.*

Feſtam eam] *Ita plerumq; parum cauti deprehendi ſolent.*

Sideribus illuſtris] *Sic Luna capta eſt plenilunio. Itaq; errat Politianus, & qui eum ſequuntur.*

Inceſsitque ſ.i. & prælio] *Sic lib. 13.* Non ignaro duce noſtro, qui viæ pariter, & pugnę compoſuerat exercitũ. *Curtius* itineri ſimul paratus & prælio. *Xenophon. 2. παιδ. ſub finem.* αὐτὸς δὲ συνταξάμενος ᾗ ἄριστον καὶ πρὸς τὸ ἀνύειν τὴν ὁδὸν καὶ πρὸς τὸ μάχεσθαι, ᾗπη δέοι, ἐπορεύετο.

Quæſtor ipſius.] *In conſuetudine poſitum fuiſſe, vt cum prætores repetundarum poſtularentur, quæſtoribus potiſſimũ ipſorũ accuſandi munus mandaretur, conſtat è diuinatione Ciceronis. Id autem eo fiebat, quod illis notiſſima eſſe prætorum furta, veriſimile erat.*

Subſcribente] *Subſcriptores dicebantur, qui addebantur accuſatoribus ad accuſationem inſtituendam. Aſconius.*

Rom. Hiſpone] *huius frequentiſſima mentio apud Senecam in libris Declamationum.*

Formam vitæ] *Calumniandi ſtudium dicit. Et caninã, vt ipſe alibi vocat* facundiam. Nã quia vera. *Quæ manifeſte falſa ſunt facile contemnũtur: vera pungunt eum, in quem dicuntur: & quæ quiſq; à ſe fieri conſcius eſt, ea de ſe ab aliis dici, facile credit.*

Tanto patientius] *male in aliis pœnitẽtia patiens.*

Reci-

Reciperatores] *Ita vocabantur iudices dati.*

Nec patrum cogn.ſat.] *Suetonius* : Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus, plerumque ſe offerebat conſiliarium : adſidebatque iuxtim, vel exaduerſim in parte primori.

Sed dum veritati.] *paulatim enim aſſueſiebãt Magiſtratus ad nihil decernendum, niſi, quod imperatori placeret. Eo abſente, liberiores fuiſſent.*

Mole publicæ viæ] *ob ingentes illos ſilices, quibus, tum viæ omnes publice ſternebantur.*

Aerarij Prætoriis.] *Tunc enim à Prætoribus tractabatur ærarium. Tacitus lib.4.annalium*, ab exceſſu Neronis. Id inſtituerat Auguſtus. *Suetonius in Auguſto.cap.36.*

Tentantis eadem alios.] *Suetonius:* paucorum Senatorum inopia ſuſtẽtata, ne pluribus opem ferret, negauit ſe aliis ſubuenturum, niſi Senatui iuſtas neceſsitatũ cauſſas probaſſent. Quo peracto pleroſque modeſtia, & pudore deterruit; in quibus Ortalum Q. Hortẽſij oratoris nepotem, qui per modica re familiari, Auctore Auguſto, quatuor liberos tulerat. *De Ortalo dicetur libro ſecundo:*

Eodem anno continuis imbribus.] *Hac veriſſima cauſſa eſt, cur Tiberis interdum inundet plana vrbis. Et hac de re ita Dio lib.57. Cùm Tiberis*

Hic eloquentia clarus, vita ita turpis & probroſus fuit, vt meritiſſimo eum Tacitus lib. 3. opprobriũ maiorum *vocet, De eius turpitudine, qui cognoſcere aliquid volet, legat Senecam lib. 4. de beneficiis cap. 31. Damnatus tandem quod famoſos verſus ſcripſiſſet in Tiberium, pœnam imminentem voluntaria morte prauenit. Tacitus lib. 5.* (ſuſpicacem animum) *vt eſt omnium tyrannorum.* (Deeſſe caput Reipub.) *oſtendebat enim cognitam ſibi eſſe ſimulationem Tiberij, qui vellet quidem omnino imperare: ſed cupiditatem ſuam tegeret. Id ſignificabat genere illo loquendi.* Quouſque patieris. *quaſi de re in manu ac poteſtate Tiberij poſita.* (Relatione cos) *de imperio ſuo.* (iure trib. pot.) *quo poterat impedire, ne quicquam ratum eſſet eorum, de quibus referebatur.* (ſtatim) *& hoc argumento erat, minus illi iratum eſſe, quam Scauro.* (Implacabilius) *Itaq; tandem eum ad mortem adegit.* (Flexit) *ἀνέδυκε. Suetonius:* Principatum, quamuis neque occupare confeſtim, neq; agere dubitaſſet, & ſtatione militum, hoc eſt, vi & ſpecie dominationis aſſumpta, diu tamen recuſauit impudentiſsime, nunc adhortantes amicos increpans, vt ignaros, quanta bellua eſſet imperium, nunc precãtem ſenatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſpõſis, & callida cunctatione ſuſpẽdens, vt quidam patientiam rumperent, atque vnus in tu-

tumultu proclamaret, AVT AGAT AVT DESISTAT: alter coram exprobraret, ceteros quod polliciti ſint, tarde præſtare, ipſum quod præſtet tarde polliceri. Tandem quaſi coactus, & querens miſeram, & oneroſam ſibi iniungi ſeruitutem, recepit imperium: nec tamen aliter q̃ vt depoſiturum ſe quandoque ſpem faceret. ipſius verba ſunt hæc: Dum veniam ad id tempus, quo vobis æquum poſsit videri, dare vos aliquam ſenectuti meæ requiem.

Caſu an manibus] *ſeu caſu, ſeu manibus eius impeditus. Ita loquitur & Cicero aliquoties in epiſt. ad Atticum* (alij parentem alij matrem) *Dio, καὶ πολλοὶ μὲν μητέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν, &c. eadem, quæ Tacitus, ſunt etiam apud Suetonium quem vide cap.50.& 51.* (ne lictorem quidem) *quem & cognati principis, & Virgines Veſtales habebant.* (Aramque adoptionis) *Sic* ara Vltionis, *cum Tiberius vltus eſſet Germanici mortẽ. lib.3. Sic ob Poppeam* templum fæcunditatis *lib. 15. Sic* PACI. AVG. SACRVM, *quia pacem cum Parthis feciſſet.* (Fortunæ reduci Sacrum) *quod rediiſſet* (Victoriæ Aug. ſacrum) *Sic ergo* Aram adoptionis, *quia procurante Auguſta, Tiberius in familiam Cæſaris adoptatus eſſet* Iuliæ F. *Hoc eò pertinebat, vt matris opera ad imperium perueniſſe videretur.*

Fruſtra

Fruſtra alij, Liuiæ. (candidatos) *Sic petit, tanquam Cæſaris candidatus. Quintilianus lib. 6. cap. 3.* Commendo vobis hunc & illum, vt ſuffragio veſtro ſuam dignitatem teneant.

Prætura] *fiebant autem tunc Prætores octo l. 2. D. de origine iuris.* (Tum primum è campo) *à populo qui conueniebat in campum Martium.* (Largitionibus, ac Pr. ſor.) *cogebatur enim partim donis partim precibus ſuffragia mendicare* (ſine Repul. & Amb.) *qui neq; repelli poſſent, neque ambire cogerentur* (Trib. Plebei) *ita ſæpe & apud Ciceronem vocantur.* (Triumphali) *cum alioqui purpuram ferre non poſſent.* (Hic vrb. rer. ſt. erat) *Expoſitis rebus vrbanis, tranſit ad externas.*

Mutatus princeps] *propter iuſtitium vt ſolet,* (Caſtris AEſtiuis) *alia æſtiua erant, alia hiberna.* (Tres ſimul leg.) *Octaua, Nona, & Quintadecima.* (Iunio Blæſo) *Auunculo Seiani. Tacitus l. 3.* (Ob iuſtitium) *quod erat mortuo principe, aut aliquo etiam propinquo principis. In aliis additur,* (aut Gaudium.) *Male, ſic lib.* XIII. & natos vel repertos. *Sic apud Xenophon. 1. Anat.* ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων *cum legendum ſit tantum,* ἀλφίτων. *Sic apud Ariſtotelem lib. 1. rhetoric.* ὅπ ὂν ἢ ὅπη ὂν *cũ & apud Halicarnaſſ legatur tantum,* ὅπ ὂν. *Apud Ciceronem in Academ.* & vel vt iam ante Socratem, *cum legendum ſit*, & iam ante Socratem. *Multa talia indicaui in variis lect. lib. 15. cap. 16.*

(Theatr.

(Theatr.Oper.) *eorum qui operam ſuam locabant ad fabulas agendas.* (miſcere cœtus) *efficere vt alij inter ſe coniurarent, alij ab aliis ſecederent ac diſcordarent.* (Hiſtrionali ſtudio) *quoniam ibi quoq; grex vnus ſæpe diſſociandus erat & ſpargenda ſeditionum ſemina, vt alij hiſtriones ab aliis ſecederẽt.* (Imperitos animos) *militares ac ruſticanos.* Dilapſis. *vide quæ notaui cap. 5. lib. 11. var. lect.* Cur paucis C.P.Tr. *ἀπὸ δυνατοῦ. plures ſumus atq; illi.* (Quando) *ab opportunitate temporis. Aut nũc aliquid agendum eſt, aut nunquam.* (Satis per tot annos) *Infelicitatis noſtræ culpam, non in alios potius, quam in noſmetipſos conferre debemus.* (Ne dimiſsis quidem) *etiam poſt miſsionem ſub ſignis habemur.* alio vocabulo. *veteranorum, aut vexillariorum. ſtatim infra*, ne vltra ſub vexillis tenerentur. *& infra*, præſidium agitantes vexillarij: *& paulo poſt*, veteraniq; nuper miſsi ſub vexillo hiemabant. Per nomen agror. *qui emeritis attribuebantur & adſignabantur.*

In tantam rabiem, quemadmodum iam pridem audiiſtis, Germanicarum legionum inferioris exercitus animi exarſerant, vt legatus quoque ipſe conſternatus, furori militum cederet, neque obuiam ire auderet. E Centurionibus alij verberati, alij interfecti, vnus eſſet ab ipſo legato ad exitium deditus. in illo tanto tamque periculoſo tumultu, & rerum omnium perturbatione non Tribunus vltra, *ait Tacitus,*

citus, non caſtrorum præfectus, *quorum, poſt legatum, ſumma poteſtas erat*, ius obtinuit, &c.

Id militares.] *Quæ impetu fiunt durare non ſolent: quæ cunctabunde ac compoſite, diuturniora ſunt. ſic flamma quæ ſubito excreuit, ſubito extinguitur. Siccas febres medici maxime metuunt, non quæ ſubito vehementiſſimæ ſunt, vagæq; & incertæ, modo citius modo ſerius ægrotum adoriuntur: ſed eas quæ quamuis remiſſiores, conſtanter, & ſtatis vicibus quaſi ad vadimonium accurrunt. Sic iram qui cito colligunt, cito deponunt, Qui ſubito incaleſcunt, & iram vultu, oculis, verbis, manibus produnt; nihil ab eis magnopere metuas: ſcias facile deſituros. illi magis metuendi, qui etiam in media ira lenti ſunt, qui nihil incompoſitè nihil inordinate faciunt, qui ita ſe gerunt, vt, quod fieri poſſe negat Terentius,* cum ratione inſanire *videantur. hoc igitur erat militares animos altius cunctantibus, &c.*

Acriores quia iniquæ] *ſapientiſſime dictum. Qui ſine cauſſa oderunt, eorum acrius odium eſt, quã eorum qui iuſtas odij cauſſas habent. Diſputa hac de re in vtramq; partem. quæ cauſſam non habent, nullo quaſi fundamento ſubnixa ſunt, ergo citius euaneſcere ac concidere debent: at quæ iuſtam cauſſam habent, &c.*

I. *Nam quicquid æquum ac iuſtum eſt, certis finibus circumſcriptum eſt: neque eos egreditur. At iniuſtum & iniquum, nullis certis terminis continetur.*

II. Ne-

II. Nemo vult ſe iniuſtum atq; iniquum videri. Itaque,quanto quiſque iniquius alterum odit,tanto maiore ſtudio conatur efficere, vt eum iuſte odiſſe videatur,alioqui enim iniuſtum ſe,& iniquum eſſe fateatur neceſſe eſt. Ea res odium intendit.

III. Præterea, qui iuſtam odij cauſſam habet,ſi odium,aut deponat,aut remittat, lenitatis, ac clemẽtiæ laudem ex eo ſe adepturum videt:intelligit etiam eum, quem aut odiſſe deſinit, aut mitius, ac moderatius odiſſe incipit,ſibi eo nomine deuinctum atq; obſtrictum fore. Nemo autem eſt,quin ſibi,cum poteſt libenter alios obliget. Eis enim quiſque ſuperior eſt, quos ſibi obligatos,& obnoxios habet. At,qui inique odit,ſi quid remittat ex odio, non vllam ſibi laudem ex eo parit:ſed potius ipſemet iniquum, & iniuſtum fuiſſe ſe confitetur.Neque ſibi propterea obligat,eum cui minus iniquus eſt:ſed ipſe potius prioris illius odij vltro petere ab eo veniam debet.

IV. Atq; hæc cum in omni hominum genere vera ſunt,tum in Principibus veriſsima. Nunquam enim videri volunt erraſſe ſe.Itaq; quos ſemel iniuſte odiſſe cœperunt, vrgent ad extremum, ne principio iniuſtum in eos odium ſuſcepiſſe videantur.Qua de re dicam quidquam admirabile.ſed longo vſu, & multis exemplis confirmatum. Facilius impetrant veniam à multis principibus, & facilius cum eis in gratiam redeunt, qui iure eorum iram in ſe prouocarunt,

quam ſi quos ipſi principes ſine vlla iuſta cauſa odiſſe cœperunt. Nam ſi illis ignoſcant, vident ſe manſuetos, ac miſericordes viſum iri. Hos ſi omittant, verentur ne hoc ipſo præteriti temporis iniuſtitiam, & iniquitatem agnoſcere videantur. Et veriſsimum eſt, quod vulgari prouerbio dicitur. Qui iniuria læſus ſit, interdum ignoſcere: qui iniuria læſerit, nunquam. *recte igitur Tacitus, &c.*

Quippe Druſi.] *Cauſſæ odij, Gratioſior erat apud populum Germanicus, quam Tiberius. Eius rei cauſſæ duæ. Memoria patris, & mores ipſius. Altera cauſſa odij: Liuia, vt nouerca, oderat Agrippinam, & ipſa Agrippina paulo erat ferocior, ſed caſtitate, &c.*

Meminiſſe vos arbitror, quàm graui, & plenæ dignitatis oratione furentes militum animos Germanicus cõuerterit, effeceritque vt ſupplices, & vera ſibi exprobrari fatentes, orarẽt puniret noxios, ignoſceret lapſis, & duceret in hoſtem, illic ſe quæ per furorem peccaſſent, per virtutem expiaturos: coniugem modo, & paruulum filium reuocaret: ne ve eam militibus ſuis contumeliam imponeret, vt iudicaſſe videretur, duo ſibi certiſsima capita, ſatis tuto inter eos non poſſe verſari.

Qua ex re cognoſcere potuiſtis, quanta ſit vis eloquentiæ, quamque ſit vſus illius, non in concionibus modo, aut in ſenatu, ſed etiam inter arma, neceſſarius. Quos enim Germanicus non vi, non minis, non imperio

Imperio deterrere potuiſſet, eorum dicendo impetum coërcuit, furorem repreſſit, contumaciam flexit.

Itaque mihi locum illum tractanti veniebat in mentem illorum Virgilij verſuum:

Ac veluti magno in populo, cũ ſæpe co-
orta eſt
Seditio, ſæuitque animus ignobile vulgus:
Iamque faces, & ſaxa volant, furor arma
miniſtrat.
Tum pietate grauem, ac meritis, ſi forte
virum quem
Adſpexere, ſilent, arrectiſque auribus ad-
ſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mul-
cet.

Reliquum erat, vt de iis, qui præcipui ſeditionis auctores fuerant ſupplicium ſumeretur. Magna enim peccandi illecebra eſt, impunitas: facileq; adducuntur homines ad ea denuo audenda, quæ ſemel patrata impune abiiſſe meminerunt. Sed hic quoq; non leuis Germanico obiiciebatur difficultas. Primum enim ſi per ſe ipſe, aut etiam de concilij ſententia in hunc, aut illum animaduerti iuſſiſſet, periculum erat, ne denuo accenderentur militum animi, ne ve quererentur, prætermiſſis noxiis, inſontes ad ſupplicium rapi. Deinde etiam, ſi in præſentia quieuiſſent, ac compreſſiſſent dolorem ſuum, nullo tamen modo effugere poterat Germanicus, quin magnam in ſe hoc

facto inuidiam, magnum militum odium concitaret. crudelem, atrocem, ſanguinarium eſſe dixiſſent: vt ſæpe quamlibet iuſta ſeueritas pro iniuſtitia, & inhumanitate habetur: animoſque noſtros, eorum etiam, quos malo dignos eſſe nouimus, cum tamen ad ſupplicium ducuntur, commiſeratio quædam capere conſueuit. Rationem igitur iniit, qua, & de ſontibus ſupplicium ſumeret, & nulla tamen ad ſe ex eo inuidia perueniret. Milites enim ipſos, & accuſatores, & teſtes, & iudices, & pœnæ exactores eſſe voluit. id his verbis exſequitur Tacitus.

Iudicium & pœnas.] Iudicium exercere *vſitate dicimus:* pœnas exercere *non item. ſed ſæpe primæ notæ ſcriptores, duobus nominibus poſitis, verbum ſubiiciunt, quod alteri tantum conueniat: vt ex ἀναλόγου alterum intelligatur. Homerus σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες. cum tamē vinum bibere, non comeſſe ſoleamus. Idem ἵπποι ἀερσίποδες καὶ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο. Equi tamen non iacebant, ſed ſtabant. Ergo etiam, ſi, pœnas exercere, nemo dixiſſet, intelligeremus hoc modo:* Iudicium & pœnas *exercuit; iudicium exercuit pœnaſque ſumpſit: & ex optimis vetuſtiſſimiſq; ſcriptoribus, talia quamlibet multa proferremus. ſed nihil eſt neceſſe eo confugere.* Exercere pœnas *rectiſſime dicitur, vt cognoſcere eſt vel ex illo Virgilij loco.* Hac iter Elyſium nobis: at læua malorum Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Secuti

Secuti exemplum, &c.] *Sueuos. Cæſar lib.4. de bello Gallico.* Sueuorum gens, eſt longè maxima & bellicoſiſsima Germanorum omnium. *& in eod. lib.* ſeſe vnis Sueuis concedere, quibus ne dij quidem immortales pares eſſe poſsint. (Centurionatum) *recenſionem ac cognitionem de centurioribus.* (Donaria.) *Donaria vocat haſtas puras, phaleras, torques, armillas, coronas, ciuicas, murales, obſidionales, aliaq; eius generis.* (Edebat) *verbum Iuris.* (Conſenſu) *nõ enim paucis habenda fides erat. præſertim cum totus Centurionum ordo militibus inuiſus eſſet.*

Plato lib.8. de rep. narrat Arcadas olim Ioui Lyceo ſtatis temporibus ſacra quædam facere ſolitos eſſe, in quibus, cum alia quædam animalia, tum homines etiam immolabant, eiuſq; viſcera, cum aliorum animalium viſceribus permiſcentes, promiſcue omnibus veſcebantur. Opinionem autem fuiſſe, cui caſu obtigiſſet, vt humanam carnem comeſſet, eum neceſſario in lupum conuerti, & aliquot annos per ſiluas, ac deſerta loca, cum ceteris lupis vagari. Quam fabulam ita ipſe interpretatur, vt dicat eos, qui ſe ſemel humano ſanguine cruentarũt, humanam quodammodo naturam exuere, feroſque, ac truculentos euadere, & cædis, ac ſanguinis appetentes. Semel madefactus ſanguine gladius ſanguinem ſitit. Semel incitata ad cædem manus non facile ſiſtere, ac cohibere impetum ſuum poteſt, id & ſæpe alias, & tunc militibus conti-

git, quorũ, vt ait Tacitus, truces etiam tum animos, *ob editam commilitonum ſtragem*, cupido inuolat. *& videte q̃ ſignificantibus verbis vtatur, Nã & ipſum* cupidinis *nomẽ, auiditatẽ quandam ſignificat, &* inuolandi *verbo admirabilis quidam impetus indicatur.* Cupido *igitur,* inuolat, *non iã arcendi, ac ꝓpulſandi hoſtem, nõ defendendi limitis, ſed vltro* eundi in hoſtem, *cũ contractas ſociorum ſanguine maculas, hoſtili tantũ ſanguine elui, ac deleri poſſe crederent: idq; vnũ eſſe iudicarent* piaculũ furoris. *Impiatos.n. eſſe ſe, & illa potiſſimũ expiatione puros fieri poſſe.* Nec aliter poſſe placari commilitonũ manes, q̃ ſi pectoribus impiis honeſta vulnera accepiſſent. *Libri quidã veteres* eccepiſſent. *Rectũ eſt* excepiſſent. *Hic primũ notanda veterũ opinio, interfectorũ manes iis, à quibus interfecti ſunt, infenſos eſſe: q̃ & à Platone traditur lib. 9. de legibus. Sic Oreſten in tragœdiis perſequitur mater. ſic Virgiliana Dido Æneæ minatur,* omnibus vmbra locis adero. dabis improbe pœnas. *Sic Nero interfecta Matre ſæpe exiliebat è ſomno, & Matris imaginẽ ſe intueri putabat. Deinde illud quoq; animaduerſione dignũ eſt, collatione contrariorũ quæſitũ eſſe ornatũ orationi,* pectoribus impiis honeſta vulnera. *Tũ illud quoq;, honeſtæ eſſe vulnera, quæ pectore excipiuntur; inhoneſta, quæ tergo. Itaq; inter cætera, quæ admirationi habita ſunt in L. Siccio Dentato viro fortitudinis admi-*

randæ,

randæ,illud non minimum eſt, q̃ 45.cicatricibus aduerſo corpore inſignis eſſet,nulla in tergo. Auctor Plinius lib.7.c.28.Sed & huc pertinet,q̃ de ſacra cohorte Thebanorũ,quæ ex amatoribus,& eis, qui amabantur, conſtabat memoria preditũ eſt, eam totã à Philippo Macedone in pugna Chæronenſi eſſe conciſam, qui cũ eos victor inſpexiſſet, oẽs aduerſis vulneribus confoſſos, Male pereant, *inquit*, qui hos turpe quicq̃, aut facere, aut pati arbitrantur. *Ex ea cohorte vnus in prælio cum pronus cecidiſſet, hoſti à quo ſe confoſſum iri videbat,* quæſo te,*inquit*,gladium mihi per pectus adigito,ne is,qui mihi in amoribus, ac deliciis eſt, ſi me auerſo vulnere confoſſum viderit,erubeſcat. *Auctor Plutarchus in Pelopida.Lacedæmonij quoq; inſepultos abiiciebant* τοὺς ὀπισθοτρώτους.

Ponte] *ad tranſeundum Rhenum* è legionib. *male alij diſtinxerunt.*

Agmine propero] *concitato gradu* ſiluam Cæſiam.*Eam in ducatu Cliuenſi eſſe aiunt.* Limitemq; a.t.c. ſcindit. *Limites imperij erant, aut mõtes, aut fluminum ripæ, aut alia eiuſmodi quibus imperium pop.Rom.à Barbaris dirimeretur,interdũ etiã ducebãtur muri, & in eis excitabãtur Caſtella, turres, ꝓpugnacula,& in eis legiones collocabantur, quæ præſidio eſſent, & barbarorũ incurſiones impedirent.Talem hunc limitem fuiſſe arbitror.*

Concedibus]*Cæſarum arborum fragminibus.*

Inde ſaltus obſcuros] *proprium loci nomen.*

Incautum] *Thucydideum.*

Feſtam eam] *Ita plerumq; parum cauti deprehendi ſolent.*

Sideribus illuſtris] *Sic Luna capta eſt plenilunio. Itaq; errat Politianus, & qui eum ſequuntur.*

Inceſsitque ſ.i. & prælio] *Sic lib.13.* Non ignaro duce noſtro, qui viæ pariter, & pugnę compoſuerat exercitũ. *Curtius* itineri ſimul paratus & prælio. *Xenophon.2. παιδ. ſub finem.* αὐτὸς δὲ συνταξάμενος ᾗ ἄριστον καὶ πρὸς τὸ ἀνύειν τὴν ὁδὸν καὶ πρὸς τὸ μάχεσθαι, εἴτι δέοι, ἐπορεύετο.

Quæſtor ipſius.] *In conſuetudine poſitum fuiſſe, vt cum prætores repetundarum poſtularentur, quæſtoribus potiſsimũ ipſorũ accuſandi munus mandaretur, conſtat è diuinatione Ciceronis. Id autem eo fiebat, quod illis notiſsima eſſe prætorum furta, veriſimile erat.*

Subſcribente] *Subſcriptores dicebantur, qui addebantur accuſatoribus ad accuſationem inſtituendam. Aſconius.*

Rom. Hiſpone] *huius frequentiſsima mentio apud Senecam in libris Declamationum.*

Formam vitæ] *Calumniandi ſtudium dicit. Et caninã, vt ipſe alibi vocat* facundiam. Nã quia vera. *Quæ manifeſte falſa ſunt facile contemnũtur: vera pungunt eum, in quem dicuntur: & quæ quiſq; à ſe fieri conſcius eſt, ea de ſe ab aliis dici, facile credit.*

Tanto patientius] *male in aliis pœnitẽtia patiens.*

Reci-

Reciperatores] *Ita vocabantur iudices dati.*

Nec patrum cogn. ſat.] *Suetonius* : Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus, plerumque ſe offerebat conſiliarium : adſidebatque iuxtim, vel exaduerſim in parte primori.

Sed dum veritati.] *paulatim enim aſſueſiebāt Magiſtratus ad nihil decernendum, niſi, quod imperatori placeret. Eo abſente, liberiores fuiſſent.*

Mole publicæ viæ] *ob ingentes illos ſilices, quibus, tum viæ omnes publicè ſternebantur.*

Aerarij Prætoriis.] *Tunc enim à Prætoribus tractabatur ærarium. Tacitus lib. 4. annalium*, ab exceſſu Neronis. Id inſtituerat Auguſtus. *Suetonius in Auguſto. cap. 36.*

Tentantis eadem alios.] *Suetonius* : paucorum Senatorum inopia ſuſtētata, ne pluribus opem ferret, negauit ſe aliis ſubuenturum, niſi Senatui iuſtas neceſsitatū cauſſas probaſſent. Quo peracto pleroſquè modeſtia, & pudore deterruit; in quibus Ortalum Q. Hortēſij oratoris nepotem, qui permodica re familiari, Auctore Auguſto, quatuor liberos tulerat. *De Ortalo dicetur libro ſecundo.*

Eodem anno continuis imbribus.] *Hæc veriſſima cauſſa eſt, cur Tiberis interdum inundet plana vrbis. Et hac de re ita Dio lib. 57. Cùm Tiberis*

multas vrbis partes occupaſſet, ita vt nauigarentur: alij quidem hoc in prodigij loco accipiebãt: vt & magnitudinem terræmotuum, quibus etiam pars muri deiecta erat, & crebros fulminum iactatus, quibus etiam illæſis vaſis, vinum conſumptum erat, ipſe autem exiſtimans id fieri ex multitudine aquarum, quæ in eum influerent, conſtituit, vt ſemper quinque Senatores ſorte ducti curarent, ne flumen, aut æſtate minueretur, aut hieme ſupra modum excreſceret: ſed ſemper, quoad eius fieri poſſet, æquale ferretur.

De modo Lucaris] *Plutarch.* Διὰ τί τὸ τελούμενον εἰς θέας λοῦκαρ καλοῦσιν; ἢ ὅτι πολλά ἐστιν ἄλλση περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα θεοῖς, ἃ καλοῦσι λούκους, καὶ τὴν ἀπὸ τούτου πρόσοδον εἰς τὰς θέας ἀνήλισκον. *Sic & Feſtus.*

Lucar, θεατρικὸν, *Cariſius, & Gloſſarij. Tertullianus aduerſus Gnoſticos.* Ipſe (*de S. Ioanne Baptiſta loquitur*) clauſula legis, & prophetarum, nec prophetes, ſed Angelus dictus, contumelioſa cæde truncatur in puellæ Salticæ Lucar.

Centeſimam rer. ven.] *Talis erat.* Viceſima hæreditatum, *de qua Æmilius Macer libros duos ſcripſerat* εἰκοστῶν. *hæc erat ex L. Iulia irrogata extraneis heredibus. nec inopibus. Dio lib. 55. Neruæ, Traiani, Hadriani, Marci, aliorum conſtitutionibus acciſa primum, deinde abolita eſt.*

Id quoque morum eſſet] *Ioſephus de eo lib. 18. ἀρχαιολογίας μελλητὴς εἰ καί τις ἑτέρων βασιλέων ἢ τυράννων γενόμενος. οὔτε γὰρ πρεσβειῶν ὑποδοχὰς ἐκ τοῦ ὀξέος ἐποιεῖτο. ἡγεμόσιν τε ἢ ἐπιτρόποις ὑπ' αὐτοῦ σταλεῖσιν οὐδεμία ἦν διαδοχή, ὁπότε μὴ φθαῖεν τεθνηκότες. Hoc ſe Tiberius cur facere diceret, ſtatim exponit. In XXII. annis quibus imperauit, duos tantum præſides miſit in Iudæam Gratum & Pilatum.*

C. COR-

C. CORNELII TACITI ANNALIVM AB EXCESSV D. AVGVSTI VSQVE AD IMPERIVM Galbæ.

Liber Secundus

A M. ANTONIO MVRETO EMENDATVS.

SISENNA *Statilio Tauro, L. Libone Coſ. mota Orientis regna, prouinciæque Romanæ, initio apud Parthos orto, qui petitum Roma, acceptumq; regem, quamuis gentis Arſacidarum, vt externum aſpernabantur. Is fuit Vonones, obſes Auguſto datus à Phrahate. Nam Phrahates quanquam depuliſſet exercitus, duceſq; Romanos, cuncta venerantium officia ad Auguſtum verterat, partemq; prolis, firmandæ ami-*

amicitiæ, miſerat, haud perinde noſtri metu, quam fidei popularium diffiſus. Poſt finem Phrahatis & ſequentium regum, ob internas cædes, venere in vrbem legati à primoribus Parthis, qui Vononem vetuſtiſſimum liberorum eius accirent. Magnificum id ſibi credidit Cæſar, auxitq; opibus. Et accepere barbari latantes, vt ferme ad noua imperia. Mox ſubit pudor, degenerauiſſe Parthos, petitum alio ex orbe regem, hoſtium artibus infectum: iam inter prouincias Romanas ſolium Arſacidarum haberi darique. Vbi illam gloriam trucidantium Craſſum, exturbantium Antonium, ſi mancipium Cæſaris tot per annos ſeruitutem perpeſſum Parthis imperitet? Accēdebat dedignantes & ipſe, diuerſus à maiorum inſtitutis, raro venatu, ſegni equorum cura: quoties per vrbes incederet, lecticæ geſtamine, faſtuq; erga patrias epulas: irridebantur & Græci comites, ac viliſſima vtenſilium annulo clauſa: ſed prompti aditus, obuia comitas, ignota Parthis virtutes, noua vitia, & quia ipſorum moribus aliena, perinde odium prauis & honeſtis. Igitur Artabanus Arſacidarum è ſanguine apud Dahas adultus excitur, primoq; congreſſu fuſus, reparat vires, regnoque potitur. victo Vononi perfugium Armenia fuit, vacua tunc, interque Parthorum & Romanas opes infida, ob ſcelus Antonij, qui Artauaſden, regem Armeniorum, ſpecie amicitiæ illectum, dein catkenis oneratum, poſtremo interfecerat. Eius filius Artaxias, memoria patris nobis

bis infenſus, Arſacidarum vi ſeq; regnumque tutatus eſt. occiſo Artaxia per dolum propinquorum, datus à Cæſare Armeniis Tigranes, deductusq; in regnum à Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neq; liberis eius, quanquam ſociatis more externo in matrimonium regnumq;. dein iuſſu Auguſti impoſitus Artauaſdes, & non ſine clade noſtra deiectus. Tum C.Cæſar componendæ Armeniæ deligitur. Is Ariobarzanen origine Medum, ob inſignem corporis formam, & præclarum animum volentibus Armeniis præfecit. Ariobarzane morte fortuita abſumpto, ſtirpem eius haud tolerauere: tentatoq; feminæ imperio, cui nomen Erato, eaq; breui pulſa, incerti ſolutiq;, & magis ſine domino, quam in libertate, profugum Vononem in regnum accipiunt. Sed vbi minitari Artabanus, & parum ſubſidij in Armeniis, vel, ſi noſtra vi defenderetur, bellum aduerſus Parthos ſumendum erat: rector Syriæ Creticus Silanus excitum cuſtodia circundat, manente luxu & regio nomine. quod ludibrium vt effugere agitauerit Vonones, in loco reddemus.

Ceterum Tiberio haud ingratum accidit, turbari res orientis, vt ea ſpecie Germanicum ſuetis legionibus abſtraheret, nouiſq; prouinciis impoſitum, dolo ſimul & caſibus obiectaret. At ille quanto acriora in eum ſtudia militum, & auerſa patrui voluntas; celerandæ victoriæ intentior, tractare præliorum vias, & quæ ſibi tertium iam annum belligeranti ſæua

vel

*vel proſpera eueniſſent: fundi Germanos acie & iu-
ſtis locis, iuuari ſiluis, paludibus, breui æſtate, & præ-
matura hieme: ſuum militem haud perinde vulne-
ribus, quam ſpatiis itinerum, damno adfici: feſſas
Gallias miniſtrandis equis, longum impedimentorũ
agmen, opportunum ad inſidias, defenſantibus ini-
quum: at ſi mare intretur, promptam ipſis poſſeſſio-
nem, & hoſtibus ignotam: ſimul bellum maturius
incipi, legioneſq; & commeatus pariter vehi: integrũ
equitem, equoſq; per ora & alueos fluminum media
in Germania fore. Igitur huc intendit, miſſis ad cen-
ſus Galliarum P. Vitellio & C. Antio, Silius & An-
teius, & Cæcina fabricandæ claſſi præponuntur. Mille
naues ſufficere viſæ, properatæq;: aliæ breues anguſtæ
puppi, proraq;, & lato vtero, quo facilius fluctus to-
lerarent: quædam planæ carinis, vt ſine noxa ſide-
rent: plures appoſitis vtrinq; gubernaculis, vt con-
uerſo repẽte remigio, hinc vel illinc adpellerent: mul-
tæ pontibus ſtratæ, ſuper quas tormenta veherentur,
ſimul aptæ ferendis equis, aut commeatui, velis habi-
les, citæ remis, augebantur alacritate militum in ſpe-
ciem ac terrorem. Inſula Batauorum, in quam con-
uenirent, prædicta, ob faciles adpulſus, accipiendiſq;
copiis, & tranſmittẽdum ad bellum opportuna. Nam
Rhenus vno alueo continuus, aut modicas inſulas cir-
cumueniens, apud principium agri Bataui, velut in
duos amnes diuiditur, ſeruatq; nomen & violentiam
curſus, qua Germaniam præuehitur, donec Oceano
miſcea-*

ſcente vnda, intrepidi tranſiere: poſtremum auxiliorum agmen, Batauiq; in parte ea dum inſultant aquis, artemq; nandi oſtentant, turbati, & quidam hauſti ſunt. Metanti caſtra Cæſari Angriuariorum defectio à tergo nuntiatur. Miſſus illico Stertinius cum equite & armatura leui, igne & cædibus perfidiam vltus eſt.

Flumen Viſurgis Romanos Cheruſcoſq; interfluebat. eius in ripa cum ceteris primoribus Arminius adſtitit, quæſitoq; an Cæſar veniſſet, poſtquam adeſſe reſponſum eſt, vt liceret cum fratre colloqui, orauit. Erat is in exercitu cognomento Flauius, inſignis fide, & amiſſo per vulnus oculo, paucis ante annis duce Tiberio. Tum permiſſum. progreſſuſq; ſalutatur ab Arminio. qui amotis ſtipatoribus, vt ſagittarij noſtra pro ripa diſpoſiti abſcederent, poſtulat: &, poſtquã digreſſi, vnde ea deformitas oris, interrogat fratrem. illo locum, & prœlium referente, quodnam præmium recepiſſet, exquirit. Flauius aucta ſtipendia, torquem, & coronam quæq; alia militaria dona memorat, irridente Arminio vilia ſeruitij pretia. Exin diuerſi orditur: hic magnitudinem Romanam, opes Cæſaris, & victis graues pœnas, in deditionem venienti paratam clementiam, neq; coniugem & filium eius hoſtiliter haberi. Ille fas patriæ, libertatem auitam, penetrales Germaniæ deos, matrem precum ſociam: ne propinquorum & adfinium, deniq; gentis ſuæ deſertor & proditor, quam imperator eſſe mallet. Pau-

latim inde ad iurgia prolapſi, quo minus pugnã conſererent, ne flumine quidem interiecto cohibebantur, ni Stertinius adcurrens, plenum ira, armaq; & equũ poſcentem Flauium attinuiſſet. cernebatur contra minitabundus Arminius, prœliumq; denuntiãs. nam pleraq; latino ſermone interiaciebat, vt qui Romanis in caſtris ductor popularium meruiſſet.

Poſtero die Germanorum acies trans Viſurgim ſtetit. Cæſar, niſi pontibus præſidiiſq; impoſitis, dare in diſcrimen legiones haud imperatorium ratus, equitem vado tramittit. præfuere Stertinius, & è numero primipilarium Æmilius diſtantibus locis inuecti, vt hoſtem diducerent. qua celerrimus amnis, Carioualda dux Batauorum erupit. eum Cheruſci fugam ſimulãtes in planiciem ſaltibus circumiectam traxere; dein coorti & vndiq; effuſi trudunt aduerſos, inſtant cedentibus, collectoſq; in orbem, pars congreſſi, quidam eminus proturbant. Carioualda diu ſuſtentata hoſtium ſæuitia, hortatus ſuos vt ingruentes cateruas globo frangerent, atque ipſe in denſiſſimos irrumpens, congeſtis telis & ſuffoſſo equo labitur, ac multi nobilium circa. ceteros vis ſua, aut equites cum Stertinio Æmilioq; ſubuenientes periculo exemere.

Cæſar transgreſſus Viſurgim, indicio perfugæ cognoſcit delectum ab Arminio locum pugnæ, conueniſſe & alias nationes in ſiluam Herculi ſacram, auſuroſq; nocturnam caſtrorum oppugnationem. habita

bita indici fides, & cernebantur ignes, ſuggreſſique propius ſpeculatores, audiri fremitum equorum, immenſiq; & inconditi agminis murmur, attulere. Igitur propinquo ſummæ rei diſcrimine, explorandos militum animos ratus, quonam id modo incorruptũ foret, ſecum agitabat. Tribunos & centuriones læta ſæpius quam comperta nuntiare: libertorum ſeruilia ingenia: amicis ineſſe adulationem: ſi concio vocetur, illic quoq;, quæ pauci incipiant, reliquos adſtrepere: penitus noſcendas mentes, cum ſecreti & incuſtoditi inter militares cibos, ſpem aut metum proferrent. Nocte cœpta, egreſſus auguſtali, per occulta & vigilibus ignara, comite vno, contectus humeros ferina pelle, adit caſtrorum vias, adſiſtit tabernaculis, fruiturq; fama ſui: cum hic nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patientiam, comitatem, per ſeria per iocos eundem animum, laudibus ferrent: reddendamq; gratiam in acie faterentur, ſimul perfidos & ruptores pacis, vltioni & gloriæ mactandos. Inter quæ vnus hoſtium latinæ linguæ ſciens, acto ad vallum equo, voce magna, coniuges, & agros, & ſtipendij in dies, donec bellaretur, ſeſtertios centenos, ſi quis transfugiſſet, Arminij nomine pollicetur. Incendit ea contumelia legionum iras, veniret dies, daretur pugna, ſumpturum militem Germanorum agros, tracturum coniuges: accipere omen, & matrimonia ac pecunias hoſtium prædæ deſtinare. Tertia ferme vigilia adſultatum eſt caſtris ſine coniectu teli,

poſtquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil remiſſum ſenſere. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit. *vidit ſe operatum, & ſanguine ſacro reſperſa prætexta, pulchriorem aliam manibus auiæ Auguſtæ accepiſſe. Auctus omine, addicentibus auſpiciis, vocat contionem, &, quæ ſapientia, præuiſa, aptaq; imminenti pugnæ diſſerit. Non campos modo militi Romano ad prœlium bonos, ſed, ſi ratio adſit, ſiluas & ſaltus. nec enim immenſa barbarorum ſcuta, enormis haſtas inter truncos arborum, & enata humo virgulta perinde haberi quam pila, & gladios, & hærentia corpori tegmina: denſarent ictus, ora mucronibus quærerent: non loricam Germano, non galeam: ne ſcuta quidem ferro, neruoue firmata, ſed viminum textus, vel tenuis, & fucatas colore tabulas: primam vtcunque aciem haſtatam, ceteris præuſta aut breuia tela: iam corpus vt viſu toruum, & ad breuem impetum validum, ſic nulla vulnerum patientia, ſine pudore flagitij, ſine cura ducum, abire, fugere, pauidos aduerſis, inter ſecunda non diuini, non humani iuris memores. Si tædio viarum ac maris finem cupiant, hac acie parari: propiorem iam Albim quam Rhenum: neque bellum vltra, modo ſe patris patruique veſtigia prementem, iiſdem in terris victorem ſiſterent.* Orationem ducis ſecutus militum ardor, ſignumque pugnæ datum. Nec Arminius, aut ceteri Germanorum proceres omittebant ſuos quiſque teſtari, *Hos eſſe Romanos*

Variani

Variani exercitus fugaciſsimos, qui, ne bellum tolerarent, ſeditionem induerint: quorum pars onuſta vulneribus terga, pars fluctibus & procellis fractos artus, infenſis rurſum hoſtibus, aduerſis diis obiiciant, nulla boni ſpe. claſſem quippe & auia Oceani quæſita, ne quis venientibus occurreret, ne pulſos premeret: ſed vbi miſcuerint manus, inane victis ventorum remorumve ſubſidium: meminiſſent modo auaritiæ, crudelitatis, ſuperbiæ: aliud ſibi reliquum, quam tenere libertatem, aut mori ante ſeruitium?

Sic accenſos & prœlium poſcentes in campum, cui Idiſtauiſo nomen, deducunt: is medius inter Viſurgim & colles, vt ripæ fluminis cedunt, aut prominentia montium reſiſtunt, inæqualiter ſinuatur. pone tergum inſurgebat ſilua editis in altum ramis, & pura humo inter arborum truncos. campum & prima ſiluarum, barbara acies tenuit: ſoli Cheruſci iuga inſedere, vt prœliantibus Romanis deſuper incurrerent. Noſter exercitus ſic inceſſit: auxiliares Galli, Germaniq; in fronte, poſt quos pedites ſagittarij, dein quatuor legiones, & cũ duabus prætoriis cohortibus, ac delecto equite Cæſar: exin totidem aliæ legiones, & leuis armatura cum equite ſagittario, ceteræq; ſociorum cohortes, intentus paratusq; miles vt ordo agminis in aciem adſiſteret. Viſis Cheruſcorũ cateruis, quæ per ferociam proruperant, validiſsimos equitum incurrere latus, Stertinium cum ceteris turmis cir-

cumgredi, terga ve inuadere iubet, ipſe in tempore adfuturus. Interea pulcherrimum augurium, octo aquilæ petere ſiluas, & intrare viſæ, imperatorem aduertere. exclamat, Irent, ſequerentur Romanas aues, propria legionum numina. ſimul pedeſtris acies infertur, & præmiſſus eques poſtremos ac latera impulit: mirumq; dictu, duo hoſtium agmina diuerſa fuga, qui ſiluam tenuerant, in aperta: qui campis adſtiterant, in ſiluam ruebant. medij inter hos Cheruſci, collibus detrudebantur, inter quos inſignis Arminius manu, voce, vulnere, ſuſtentabat pugnam: incubueratq; ſagittariis, illa erupturus, ni Rhætorum Vindelicorumq; & Gallicæ cohortes ſigna obieciſſent: niſu tamen corporis & impetu equi peruaſit, oblitus faciem ſuo cruore ne noſceretur. quidam agnitum à Chaucis inter auxilia Romana agentibus, emiſſumq; tradiderunt. Virtus, ſeu fraus eadem Inguiomero effugium dedit. ceteri paſſim trucidati. & pleroſq; tranare Viſurgim conantes, iniecta tela, aut vis fluminis, poſtremo moles ruentium, & incidentes ripæ operuere. quidam turpi fuga in ſumma arborum niſi, ramisq; ſe occultantes, admotis ſagittariis per ludibrium figebantur: alios prorutæ arbores adflixere. Magna ea victoria, neq; cruenta nobis fuit. Quinta ab hora diei ad noctem cæſi hoſtes, decem milia paſſuum cadaueribus atq; armis oppleuere, repertis inter ſpolia eorum cathenis, quas in Romanos, vt non dubio euentu, portauerãt. Miles in loco prœlij Tiberium

impe-

imperatorem ſalutauit, ſtruxitq; aggerem, & in modum trophæorũ arma, ſubſcriptis victarum gentium nominibus, impoſuit.

Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quam ea ſpecies dolore & ira adfecit. qui modo abire ſedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt, plebes, primores, iuuentus, ſenes, agmen Romanum repente incurſant, turbant. poſtremo deligunt locum, flumine & ſiluis clauſum, arcta intus planitie, & humida: ſiluas quoq; profunda palus ambibat, niſi quod latus vnum Angriuarij lato aggere extulerant, quo à Cheruſcis dirimerentur. hic pedes adſtitit, equitem propinquis lucis texere, vt ingreſſis ſiluam legionibus à tergo foret. Nihil ex iis Cæſari incognitum: conſilia, locos, prompta, occulta nouerat, aſtuſq; hoſtium in perniciem ipſis vertebat. Seio Tuberoni legato tradit equitem, campumq;. peditum aciem ita inſtruxit, vt pars æquo in ſiluã aditu incederet, pars obiectum aggerem eniteretur. quod arduum, ſibi: cetera legatis permiſit. quibus plana euenerant, facile irrupere: queis impugnandus agger, vt ſi muro ſuccederent, grauibus ſuperne ictibus conflictabantur. Senſit dux imparem cominus pugnam, remotiſq; paulum legionibus, funditores libratoreſq; excutere tela, & proturbare hoſtem iubet. miſſæ è tormentis haſtæ. quantoq; conſpicui magis propugnatores, tanto pluribus vulneribus deiecti. Primus Cæſar cum prætoriis cohortibus capto

*vallo dedit impetum in ſiluas. collato illic gradu certatum. hoſtem à tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebant. vtriſq; neceſſitas in loco, ſpes in virtute, ſalus in victoria. Nec minor Germanis animus. ſed genere pugnæ & armorum ſuperabantur: cum ingens multitudo arctis locis prælongas haſtas non protenderet, non colligeret, neq; adſultibus & velocitate corporum vteretur, coacta ſtabile ad prœlium: contra miles, cui ſcutum pectori adpreſſum, & inſidens capulo manus, latos barbarorum artus, nuda ora foderet, viamq; ſtrage hoſtium aperiret, imprompto iam Arminio ob continua pericula, ſiue illum recens acceptum vulnus tardauerat. Quin & Inguiomerum tota volitantem acie, fortuna magis quam virtus deſerebat, & Germanicus, quo magis adnoſceretur; detraxerat tegimen capiti orabatque inſiſterent cædibus: nil opus captiuis: ſolam internicionem gentis finem bello fore. Iamq; ſero diei ſubducit ex acie * legionem faciendis caſtris, ceteræ ad noctem cruore hoſtium ſatiatæ ſunt. equites ambigue certauere.*

Laudatis pro contione victoribus, Cæſar congeriem armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo, Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus, exercitum Tiberij Cæſaris ea monumenta Marti, & Ioui, & Auguſto ſacrauiſſe. *de ſe nihil addidit, metu inuidiæ, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe. Mox bellum in Angriuarios Stertinio mandat,*

dat, ni deditionem properauiſſent. atque illi ſupplices nihil abnuendo, veniam omnium accepere. Sed æſtate iam adulta, legionum aliæ itinere terreſtri in hibernacula remiſſæ: plures Cæſar claſſi impoſitas per flumẽ Amiſiam Oceano inuexit. Ac primo placidum æquor mille nauium remis ſtrepere, aut velis impelli: mox atro nubium globo effuſa grando: ſimul variis vndique procellis, incerti fluctus proſpectum adimere, regimen impedire: milesq; pauidus, & caſuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempeſtiue iuuat, officia prudẽtium corrumpebat. omne dehinc cælum, & mare omne in auſtrum ceſſit, qui tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immenſo nubium tractu validus, & rigore vicini ſeptentrionis horridior, rapuit diſiecitq; naues in aperta Oceani, aut inſulas ſaxis abruptas, vel per occulta vada infeſtas. quibus paulum ægreq; vitatis, poſtquam mutabat æſtus, eodemq; quo ventus ferebat, non adhærere anchoris, non exhaurire irrumpentes vndas poterant: equi, iumenta, ſarcinæ, etiam arma præcipitantur, quo leuarentur aluei manantes per latera, & fluctu ſuper vrgente. Quanto violentior cetero mari Oceanus, & truculentia cæli præſtat Germania: tantum illa clades nouitate & magnitudine exceſſit, hoſtilibus circum litoribus, aut ita vaſto & profundo, vt credatur nouiſſimum ac ſine fine terris mare. pars nauium hauſtæ ſunt, plures apud inſulas longius ſitas eiectæ: milesq; nullo illic hominum cultu, fame abſumptus, niſi

 quos

quos corpora equorum eodem eliſa tolerauerant. ſola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit, quē per omnes illos dies noctesq́; apud ſcopulos & prominentes oras, cum ſe tanti exitij reum clamitaret, vix cohibuere amici, quo minus eodem mari oppeteret. Tandem relabente æſtu & ſecundante vento, claudæ naues raro remigio, aut intentis vestibus, & quædam à validioribus tractæ, reuertere, quas raptim refectas miſit, vt ſcrutarētur inſulas. collecti ea cura plerique. multos Agriuarij nuper in fidem accepti, redemptos ab interioribus reddidere. quidam in Britanniam rapti, & remiſſi à regulis. Vt quis ex longinquo reuenerat, miracula narrabant, vim turbinum, & inauditas volucres, monſtra maris, ambiguas hominum & belluarum formas, viſa, ſiue ex metu credita.

Sed fama claſsis amiſſæ, vt Germanos ad ſpem belli, ita Cæſarem ad coercēdum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus ire in Chattos imperat: ipſe maioribus copiis Marſos irrumpit: quorum dux Malouendus nuper in deditionem acceptus, propinquo loco defoſſam Varianæ legionis aquilam modico præſidio ſeruari indicat. Miſſa extemplo manus, quæ hoſtem à frōte eliceret, alij qui terga circumgreſſi recluderent humum: & vtriſq́; adfuit fortuna. eo promptior Cæſar pergit introrſus, populatur, excindit non auſum congredi hoſtem, aut, ſicubi reſtiterat, ſtatim pulſum, nec vnquam magis (vt ex captiuis cognitum eſt) pauentem. Quippe inuictos &

nullis

nullis caſibus ſuperabiles Romanos prædicabant, qui perdita claſſe, amiſsis armis, poſt conſtrata equorum virorumq; corporibus littora, eadem virtute, pari ferocia, & veluti aucti numero irrupiſſent. Reductus inde in hiberna miles, lætus animi, ꝙ aduerſa maris, expeditione proſpera penſauiſſet. addidit munificentiam Cæſar, quãtum quis damni profeſſus erat exoluẽdo. Nec dubium habebatur, labare hoſtes, petẽdæq; pacis cõſilia ſumere, &, ſi proxima æſtas adiiceretur, poſſe bellum patrari, ſed crebris epiſtolis Tiberius monebat, rediret ad decretum triumphũ: ſatis iam euentuum, ſatis caſuum, proſpera illi & magna prœlia: eorum quoq; meminiſſet, quæ venti & fluctus nulla ducis culpa, grauia tamen & ſæua damna intuliſſent: ſe nouies à diuo Auguſto in Germaniam miſſum, plura conſilio q̃ vi perfeciſſe: ſic Sicambros in deditionem acceptos, ſic Sueuos, regemque Maroboduum pace obſtrictũ: poſſe & Cheruſcos ceteraſq; rebellium gentes, quãdo Romanæ vltionis conſultum eſſet, internis diſcordiis relinqui. Precante Germanico annũ efficiendis cœptis, acrius modeſtiam eius adgreditur, alterum conſulatum offerendo, cuius munia præſens obiret. ſimul adnectebat, ſi foret adhuc bellãdum, relinqueret materiam Druſi fratris gloriæ, qui, nullo tum alio hoſte, non niſi apud Germanias adſequi nomen imperatorium, & deportare lauream poſſet. Haud cunctatus eſt vltra Germanicus, quaquam fingi ea, ſeque per inuidiam parto iam decori abſtrahi intelligeret.

Sub idem tempus è familia Scriboniorum Libo Druſus defertur moliri res nouas. Eius negotij initiū, ordinem, finem curatius diſſeram, quia tum primum reperta ſunt, quæ per tot annos Remp. exedere. Firmius Catus Senator ex intima Libonis amicitia, iuuenem improuidum & facilem inanibus, ad Chaldæorum promiſſa, Magorum ſacra, ſomniorū etiam interpretes impulit, dum proauum Pompeium, amitam Scriboniam, quæ quodam Auguſti coniux fuerat, cōſobrinos Cæſares, plenam imaginibus domum oſtentat, hortaturq; ad luxum & æs alienum, ſocius libidinum & neceſſitatum, quo pluribus indiciis illigaret. Vt ſatis teſtium, & qui ſerui eadem noſcerēt, reperit: aditum ad principem poſtulat, demonſtrato crimine & reo per Flaccū Veſcularium equitem Romanum, cui proprior cum Tiberio vſus erat. Cæſar indicium haud aſpernatus, congreſſus abnuit: poſſe enim, eodem Flacco internuntio, ſermones commeare. atque interim Libonem ornat prætura, conuictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior. adeo iram condiderat, cunctaq; eius dicta factaque, cum prohibere poſſet, ſcire malebat: donec Iunius quidam tentatus vt infernas vmbras carminibus eliceret, ad Fulcinium Trionem indicium detulit. celebre inter accuſatores Trionis ingenium erat, auidumq; famæ malæ. Statim corripit reum, adit conſules, ſenatus cognitionem poſcit, & vocantur patres, addito, conſultandum ſuper re magna & atroci. Libo in-

terim

terim veſte mutata cum primoribus feminis, circumire domos, orare adfines, vocem aduerſum pericula poſcere. abnuentibus cunctis, cum diuerſa prætenderent, eadem formidine, die ſenatus, metu & ægritudine feſſus, ſiue vt tradidere quidam, ſimulato morbo, lectica delatus ad fores curiæ, inniſuſq; fratri, & manus ac ſupplices voces ad Tiberium tendens, immoto eius vultu excipitur. mox libellos & auctores recitat Cæſar, ita moderans, ne lenire, ne ve aſperare crimina videretur. Acceſſerant præter Trionem & Catum accuſatores Fonteius Agrippa, & C. Liuius, certabantq; cui ius perorandi in reum daretur: donec Liuius, quia nec ipſi inter ſe concederent, & Libo ſine patrono introiſſet, ſingillatim ſe crimina obiecturum profeſſus, protulit libellos væcordes adeo, vt conſultauerit Libo, an habiturus foret opes, queis viam Appiam Brundiſium vſq; pecunia operiret. inerant & alia huiuſcemodi ſtolida, vana, ſi mollius acciperes, miſeranda. Vni tamen libello, manu Libonis, nominibus Cæſarum aut ſenatorum, additas atroces vel occultas notas, accuſator arguebat. Negante reo, adgnoſcentes ſeruos per tormenta interrogare placuit. Et quia vetere ſenatus conſulto, quæſtio in caput domini prohibebatur, callidus & noui iuris repertor Tiberius, mancipari ſingulos actori publico iubet: ſcilicet, vt in Libonem ex ſeruis, ſaluo ſenatuſconſulto quæreretur. Ob qua poſterum diem reus petiuit: domumq; digreſſus, extremas preces P. Quirino propin-

quo

quib ſuo ad principem mandauit. reſponſum eſt, vt ſenatū rogaret. cingebatur interim milite domus: ſtrepebāt etiam in veſtibulo, vt audiri, vt aſpici poſſent, cum Libo ipſis, quas in nouiſſimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatus, vocare percuſſorem, prehenſare ſeruorum dextras, inſerere gladium. atq; illis, dum trepidant, dum refugiunt, euertentibus adpoſitum menſæ lumen, feralibus iam ſibi tenebris duos ictus in viſcera direxit. Ad gemitum collabentis adcurrere liberi, & cæde viſa miles abſtitit. Accuſatio tamen apud patres adſeueratione eadem peracta: iurauitq; Tiberius, petiturum ſe vitā, quamuis nocenti, niſi voluntariam mortem properauiſſet. Bona inter accuſatores diuiduntur: & præturæ extra ordinem datæ his, qui ſenatorij ordinis erant. Tūc Cotta Meſſalinus, ne imago Libonis exequias poſterorum comitaretur, cenſuit: Gn. Lentulus, ne quis Scribonius cognomentum Druſi adſumeret. ſupplicationum dies Pomponij Flacci ſententia conſtituti. vt dona Ioui, Marti, Cōcordiæ, vtq; Iduum Septembrium dies, quo ſe Libo interfecerat, dies feſtus haberetur, L. Pætus, Gallus Aſinius, Papius Mutilus, & L. Apronius decreuere: quorum auctoritates, adulationeſq; rettuli, vt ſciretur, vetus id in Rep. malum.

Facta & de Mathematicis Magiſq; Italia pellendis ſenatus conſulta: quorum è numero L. Pituanius ſaxo deiectus eſt. In P. Martium conſules extra portā Exquilinam, cum claſsicum canere iuſsiſſent, more

priſco

priſco aduertere. Proximo ſenatus die, multa in luxū ciuitatis dicta à Q. Haterio conſulari, Octauio Frontone prætura functo: decretumq́ ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent, ne veſtis Serica viros fœdaret. Exceſſit Fronto, ac poſtulauit modum argento, ſupellectili, familiæ. Erat quippe adhuc frequēs ſenatoribus, ſi quid è Repub. crederent, loco ſententiæ promere. Contra Gallus Aſinius diſſeruit, auctu imperij adoleuiſſe etiam priuatas opes, idq́ non nouum ſed è vetuſtiſſimis moribus: aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam, & cūcta ad Remp. referri: qua tenui, anguſtas ciuium domos: poſtq̄ eo magnificētiæ venerit, gliſcere ſingulos: neq́ in familia & argento, quæq́ ad vſum parentur, nimium aliquid, aut modicū, niſi ex fortuna poſſidentis: diſtinctos ſenatus & equitū cenſus, nō quia diuerſi natura, ſed vt locis, ordinibus, dignationibus antiſtent, aliiſq́ quæ ad requiem animi aut ſalubritatē corporum parētur. niſi forte clariſſimo cuique plures curas, maiora pericula ſubeunda, delinimentis curarū & periculorum carēdum eſſe. Facilem adſenſum Gallo, ſub nominibus honeſtis confeſſio vitiorum & ſimilitudo audientium dedit. Adiecerat & Tiberius, non id tempus cenſuræ: nec, ſi quid in moribus labaret, defuturum corrigendi auctorem. Inter quæ L. Piſo ambitum fori, corrupta iudicia, ſæuitiam oratorum accuſationes minitantium increpans, abire ſe, & cedere vrbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure teſtabatur:

ſimul

ſimul curiam relinquebat. Commotus eſt Tiberius & quanquam mitibus verbis Piſonem permulſiſſet, propinquos quoq; eius impulit, vt abeuntem auctoritate vel precibus tenerent. Haud minus liberi doloris documentum idem Piſo mox dedit, vocata in ius Vrgulania, quam ſupra leges amicitia Auguſtæ extulerat. nec aut Vrgulania obtemperauit, in domum Cæſaris ſpreto Piſone vecta: aut ille abſtitit, quanquã Auguſta ſe violari & imminui quereretur. Tiberius hactenus indulgere matri ciuile ratus, vt ſe iturum ad prætoris tribunal, adfuturum Vrgalaniæ diceret, proceßit palatio, procul ſequi iußis militibus. ſpectabatur, occurſante populo, compoſitus ore, & ſermonibus variis tempus atq; iter ducens, donec propinquis Piſonem fruſtra coercentibus, deferri Auguſta pecuniam quæ petebatur iuberet. iſque finis rei, ex qua neq; Piſo inglorius, & Cæſar maiore fama fuit. Ceterum Vrgulaniæ potentia adeo nimia ciuitati erat, vt teſtis in cauſa quadam, quæ apud ſenatum tractabatur, venire dedignaretur. miſſus eſt prætor, qui domi interrogaret: cum virgines Veſtales in foro & iudicio audiri, quoties teſtimonium dicerent, vetus mos foret.

Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Gn. Piſonis & Aſinij ſuper eo negotio diuerſas ſententias noſcere. Piſo, quanquam afuturum ſe dixerat Cæſar, ob id magis agendum cenſebat, vt abſente principe, ſenatus & equites poſſent ſua munia

ſuſti-

ſuſtinere: decorum Reip. fore. Gallus, quia ſpeciem libertatis Piſo præceperat, nihil ſatis illuſtre, aut ex dignitate populi Rom. niſi coram & ſub oculis, Cæſaris: eoque conuentum Italiæ & adfluentes prouincias, præſentia eius ſeruanda dicebat. Audiente hæc Tiberio ac ſilente, magnis vtrinq; contentionibus acta, ſed res dilatæ. Et certamen Gallo aduerſus Cæſarem exortum eſt. nam cenſuit in quinquenium magiſtratuum comitia habenda: vtq; legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebatur, iam tum prætores deſtinarentur: princeps duodecim candidatos, in annos ſingulos nominaret. Haud dubium erat, eam ſententiam altius penetrare, & arcana imperij tentari. Tiberius tamen, quaſi auretur poteſtas eius, diſſeruit: graue moderationi ſuæ tot eligere, tot differre: vix per ſingulos annos offenſiones vitari, quamuis repulſam propinqua ſpes ſoletur. quantum odij fore ab iis, qui vltra quiquennium proiiciantur? vnde proſpici poſſe quæ cuiq; tam longo temporis ſpatio mens, domus, fortuna? ſuperbire homines etiam annua deſignatione, quid ſi honorem per quinquennium agitent? quintuplicari prorſus magiſtratus, ſubuerti leges, quæ ſua ſpacia exercendæ candidatorum induſtriæ, quærendiſq; aut potiundis honoribus ſtatuerint. Fauorabili in ſpeciem oratione vim imperij tenuit, cenſuſque quorundam ſenatorum iuuit. quo magis mirum fuit quod preces M. Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifeſta ſuperbius*

accepiſſet. Nepos erat oratoris Hortenſij, illectus à diuo Auguſto liberalitate decies ſeſtertiûm ducere vxorem, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia extingueretur. Igitur quattuor filiis ante limen curiæ adſtantibus, loco ſententiæ, cum in palatio ſenatus haberetur, modo Hortenſij inter oratores ſitam imaginem, modo Auguſti intuens, ad hunc modum cœpit.

Patres conſcripti, Hos quorum numerum & pueritiam videtis, non ſponte ſuſtuli, ſed quia princeps monebat. ſimul maiores mei meruerant vt poſteros haberent. nam ego, qui non pecuniam, non ſtudia populi, neque eloquentiam, gentile domus noſtræ bonum, varietate temporum accipere vel parare potuiſſem, ſatis habebam ſi tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent: iuſſus ab imperatore vxorem duxi. En ſtirps & progenies tot conſulum, tot dictatorum. nec ad inuidiam iſta, ſed conciliandæ miſericordiæ refero. adſequentur florente te Cæſar quos dederis honores. interim Q. Hortenſij pronepotes, D. Auguſti alumnos, ab inopia defende. Inclinatio ſenatus incitamentum Tiberio fuit, quo promptius aduerſaretur, his ferme verbis vſus. Si quantum pauperum eſt, venire huc, & liberis ſuis petere pecunias cœperint, ſinguli nunquam exſatiabũtur, Reſp. deficiet. nec ſane ideo à maioribus conceſſum eſt egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat loco ſententiæ proferre, vt priuata negotia, & res familiares noſtras hic augeamus, cum inuidia ſenatus

natus & principum, ſiue indulſerint largitionem, ſiue abnuerint. non enim preces ſunt iſtuc, ſed efflagitatio intempeſtiua quidem & improuiſa: cum aliis de rebus conuenerint patres, conſurgere, & numero atq; ætate liberum ſuorũ vrgere modeſtiam ſenatus, eandem vim in me tranſmittere, ac velut perfringere ærarium: q́ ſi ambitione exhauſerimus, per ſcelera ſupplendum erit. dedit tibi Hortale D. Auguſtus pecuniam, ſed nõ compellatus, nec ea lege vt ſemper daretur. langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſocordia, ſi nullus ex ſe metus, aut ſpes, & ſecuri oẽs aliena ſubſidia expectabunt, ſibi ignaui, nobis graues.

Hæc atq; talia quanquam cum adſenſu audita ab his, quibus omnia principum honeſta atq; inhoneſta laudare mos eſt, plures per ſilentium aut occultum murmur excepere: ſenſitq; Tiberius: &, cum paulum reticuiſſet, Hortalo ſe reſpondiſſe ait: ceterum ſi patribus videretur, daturum liberis eius ducena ſeſtertia ſingulis qui ſexus virilis eſſent. egere alij grates. ſiluit Hortalus, pauore, an auitæ nobilitatis etiam inter anguſtias fortunæ retinens: neque miſeratus eſt poſthac Tiberius, quamuis domus Hortensij pudendam ad inopiam dilaberetur.

Eodem anno mancipij vnius audacia, ni mature ſubuentum foret, diſcordiis armiſq; ciuilibus Remp. perculiſſet. Poſtumi Agrippæ ſeruus, nomine Clemẽs, comperto fine Auguſti, pergere in inſulam Planaſiam, & fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exerci-

tus Germanicos non ſeruili animo concepit. auſa eius impediuit tarditas onerariæ nauis. atq; interim patrata cæde, ad maiora & magis præcipitia conuerſus, furatur cineres, vectuſq; Coram Etruriæ promuntorium, ignotis locis ſeſe abdit, donec crinem, barbamq; promitteret. nam ætate & forma haud diſſimili in dominum erat. tum per idoneos & ſecreti eius ſocios crebeſcit viuere Agrippam, occultis primum ſermonibus, vt vetita ſolent, mox vago rumore apud imperitiſſimi cuiuſq; promptas aures, aut rurſum apud turbidos, eoq; noua cupientes. atq; ipſe adire municipia obſcuro diei, neq; propalam aſpici, neq; diutius iiſdem locis. ſed quia veritas viſu & mora, falſa, feſtinatione & incertis valeſcunt, relinquebat famam, aut præueniebat. Vulgabatur interim per Italiam, ſeruatum munere deum Agrippam, credebatur Romæ. iamque Hoſtiam inuectum multitudo ingens, iam in vrbe clandeſtini cœtus celebrabant, cum Tiberium anceps cura diſtrahere, vi ne militum ſeruum coërceret, an inanem credulitatem tempore ipſo vaneſcere ſineret. modo nihil ſpernendum, modo non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus reputabat. poſtremo dat negotium Salluſtio Criſpo. ille è clientibus duos (quidam milites fuiſſe tradunt) deligit, atq; hortatur, ſimulata conſcientia, adeant, offerant pecuniam, fidem, atq; pericula polliceantur. Exequuntur, vt iuſſum erat. dein ſpeculati noctem incuſtoditam, accepta idonea manu, vinctum, clauſo ore in palatium traxere.

traxere. percunctanti Tiberio, quomodo Agrippa factus eſſet? reſpondiſſe fertur: quomodo tu Cæſar? Vt ederet ſocios, ſubigi non potuit. nec Tiberius pœnam eius palam auſus, in ſecreta palatij parte interfici iuſſit, corpuſq; clam auferri. & quanquam multi è domo principis equiteſq; ac ſenatores, ſuſtentaſſe opibus, iuuiſſe conſiliis dicerentur, haud quæſitum.

Fine anni arcus propter ædem Saturni ob recepta ſigna cum Varo amiſſa, ductu Germanici, auſpiciis Tiberij: & ædes fortis fortunæ Tiberim iuxta in hortis, quos Cæſar dictator pop. Rom. legauerat: ſacrarium genti Iuliæ: effigieſq; D. Auguſto apud Bouillas dicantur.

C. Cœlio, L. Pomponio C. Germanicus Cæſar a. d. VII. Kal. Iunias triumphauit de Cheruſcis Chattiſque & Angriuariis, quæq; aliæ nationes vſq; ad Albim colunt: vecta ſpolia, captiui, ſimulacra mōtium, fluminum, prœliorum: bellumq; quia conficere prohibitus erat, pro confecto accipiebatur. augebat intuentium viſus eximia ipſius ſpecies, curruſq; quinq; liberis onuſtus. ſed ſuberat occulta formido reputantibus, haud proſperum in Druſo patre eius fauorē vulgi, auunculum eiuſdem Marcellum flagrantibus plebis ſtudiis intra iuuentam ereptum; breues & infauſtos populi Romani amores. Ceterum Tiberius nomine Germanici trecenos plebi ſeſtertios viritim dedit, ſeq; collegam conſulatui eius deſtinauit. nec ideo ſinceræ caritatis fidem adſecutus, amoliri iuuenem ſpe-

cie honoris ſtatuit, ſtruxitq; cauſas, aut forte oblatas arripuit. Rex Archelaus quinquageſimũ annum Cappadocia potiebatur, inuiſus Tiberio, quod eum Rhodi agentem, nullo officio coluiſſet. nec id Archelaus per ſuperbiam omiſerat, ſed ab intimis Auguſti monitus, quia florente C. Caſare, miſſoq; ad res orientis, intuta Tiberij amicitia credebatur. Vt verſa Caſarum ſobole, imperium adeptus eſt, elicit Archelaum matris literis: qua, non diſsimulatis filij offenſionibus, clementiam offerebat, ſi ad precãdum veniret. ille gnarus doli, vel, ſi intelligere crederetur, vim metuens, in vrbem properat: exceptuſque immiti à principe, & mox accuſatus in ſenatu, non ob crimina qua fingebantur, ſed angore, ſimul feſſus ſenio, & quia regibus aqua, nedum infima, inſolita ſunt, finem vita ſponte an fato impleuit. Regnum in prouinciam redactum eſt: fructibuſque eius leuari poſſe centeſima vectigal profeſſus Caſar, ducenteſimam in poſterum ſtatuit.

Per idem tempus Antiocho Comagenorum, Philopatore Cilicum regibus defunctis, turbabantur nationes, pleriſque Romanum, aliis regium imperium cupientibus: & prouincia Syria atq; Iudaa feſſa oneribus diminutionem tributi orabant. Igitur hac, & de Armenia qua ſupra memoraui, apud patres diſſeruit, nec poſſe motum orientem niſi Germanici ſapientia componi: nam ſuam atatem vergere, Druſi nondum ſatis adoleuiſſe. Tunc decreto patrum permiſſa Germanico prouincia, qua mari diuiduntur,

maiuſq;

maiuſq; imperium quoquo adiſſet, quam hi qui ſorte aut miſſu principis obtinerent. Sed Tiberius dimouerat Syria Creticum Sillanum per adfinitatem connexum Germanico, quia Silani filia Neroni vetuſtiſſimo liberorum eius pacta erat, præfeceratq; Gn. Piſonem ingenio violentum, & obſequij ignarum, inſita ferocia à patre Piſone, qui ciuili bello reſurgentes in Africa partes acerrimo miniſterio aduerſus Cæſarem iuuit, mox Brutum & Caſſium ſecutus, conceſſo reditu, petitione honorum abſtinuit, donec vltro ambiretur delatum ab Auguſto conſulatum accipere. ſed præter paternos ſpiritus, vxoris quoque Plancinæ nobilitate & opibus accendebatur: vix Tiberio concedere, liberos eius vt multum infra deſpectare: nec dubium habebat, ſe delectum, qui Syriæ imponeretur ad ſpes Germanici coërcendas. credidere quidam data & à Tiberio occulta mandata, & Plancinam haud dubie Auguſta monuit muliebri æmulatione Agrippinam inſectandi. diuiſa namq; & diſcors aula erat, tacitis in Druſum, aut Germanicum ſtudiis. Tiberius vt proprium & ſui ſanguinis Druſum fouebat: Germanico alienatio patrui, amorem apud ceteros auxerat, & quia claritudine materni generis anteibat, auum M. Antonium, auunculum Auguſtũ ferens. contra Druſo proauus eques R. Pomponius Atticus dedecere Claudiorũ imagines videbatur. & coniux Germanici Agrippina, fecunditate ac fama Liuiam vxorem Druſi præcellebat. ſed fratres

egregie concordes & proximorum certaminibus inconcuſſi.

Nec multo poſt Druſus in Illyricum miſſus eſt, vt ſueſceret militiæ, ſtudiaq; exercitus pararet: ſimul iuuenem vrbano luxu laſciuientem melius in caſtris haberi Tiberius, ſeque tutiorem rebatur, vtroque filio legiones obtinente. Sed Sueui prætendebantur auxilium aduerſus Cheruſcos orantes. nam diſceſſu Romanorum, ac vacui externo metu, gentis adſuetudine, & tum æmulatione gloriæ, arma in ſe verterant. vis nationum, virtus ducum in æquo: ſed Maroboduum regis nomen inuiſum apud populares, Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modo Cheruſci ſociique eorum, vetus Arminij miles, ſumpſere bellum, ſed è regno etiam Marobodui Sueuæ gentes, Semnones ac Langobardi defecere ad eum. quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum profugiſſet, non aliam ob cauſam, quam quia fratris filio iuueni patruus ſenex parere dedignabatur. Diriguntur acies pari vtrique ſpe, nec, vt olim apud Germanos, vagis incurſibus, aut diſiectas per cateruas. quippe longa aduerſus nos militia inſueuerant ſequi ſigna, ſubſidiis firmari, dicta imperatorum accipere. At tunc Arminius equo colluſtrans cuncta, vt quoque aduectus erat, reciperatam libertatem, trucidatas legiones, ſpolia adhuc & tela Romanis direpta, in manibus multorũ oſtentabat: contra fugacem

Maro-

Maroboduum appellans, prœliorum expertem, Hirciniæ latebris defenſum, ac mox per dona & legationes petiuiſſe fœdus, proditorem patriæ, ſatellitem Cæſaris, haud minus infenſis animis exturbandum, quam Varum Quintilium interfecerint: meminiſſent modo tot prœliorum: quorum euentu, & ad poſtremum eiectis Romanis, ſatis probatum, penes vtros ſumma belli fuerit. Neq; Maroboduus iactantia ſui aut probris in hoſtem abſtinebat, ſed Inguiomerum tenens, illo in corpore decus omne Cheruſcorum, illius conſiliis geſta, quæ proſpere acciderint, teſtabatur: væcordem Arminium, & rerum neſcium, alienam gloriam in ſe trahere: quoniam tres vacuas legiones & ducem fraudis ignarum perfidia deceperit: magna cum clade Germaniæ & ignominia ſua: cum coniux, cum filius eius ſeruitium adhuc tolerent. At ſe duodecim legionibus petitum duce Tiberio, illibatam Germanorum gloriam ſeruauiſſe, mox conditionibus æquis diſceſſum: neq; pænitere quod ipſorum in manu ſit, integrum aduerſus Romanos bellum an pacem incruentam malint. His vocibus inſtinctos exercitus propriæ quoque cauſæ ſtimulabant, cum à Cheruſcis Langobardisq; pro antiquo decore, aut recente libertate, & contra augēdæ dominationi certaretur. Non alias maiore mole concurſum, neq; ambiguo magis euentu, fuſis vtrinq; dextris cornibus. ſperabaturque rurſum pugna, ni Maroboduus caſtra in colles ſubduxiſſet. Id ſignum perculſi fuit: & transfugis pau-

latim nudatus in Marcomannos conceſſit, miſitq; legatos ad Tiberium oraturos auxilia. Reſponſum eſt, non iure eum aduerſus Cheruſcos arma Romana inuocare, qui pugnantes in eundem hoſtem Romanos nulla ope iuuiſſet. Miſſus tamen Druſus, vt rettulimus, pacis firmator.

Eodem anno duodecim celebres Aſiæ vrbes collapſæ nocturno motu terræ, quo improuiſior grauiorq; peſtis fuit. neq; ſolitum in tali caſu effugium ſubueniebat in aperta prorumpendi: quia diductis terris hauriebantur. Deſediſſe immenſos montes, viſa in arduo quæ plana fuerant, effulſiſſe inter ruinam ignes memorant. Aſperrima in Sardianos lues plurimum in eoſdem miſericordiæ traxit. nam centies ſeſtertium pollicitus Cæſar: & quantum ærario, aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſit. Magnetes à Sipylo, proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Ægæatas, Apollonienſes, quiq; Moſeni aut Macedones Hyrcani vocantur, & Hierocæſaream, Myrinam, Cymen, Tmolum leuari idem in tempus tributis, mittiq; ex ſenatu placuit, qui præſentia ſpectaret, refoueretq;. delectus eſt M. Aletus è prætoriis, ne, conſulari obtinente Aſiam, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur. Magnificam in publicum largitionem auxit Cæſar, haud minus grata liberalitate, quod bona Æmiliæ Muſæ locupletis inteſtatæ petita in fiſcum, Æmilio Lepido, cuius è domo videbatur: & Paulei

diui-

diuitis equitis Romani hereditatem (quanquam ipſe heres in parte legeretur) tradidit M.Seruilio, quem prioribus neq; ſuſpectis tabulis ſcriptum compererat, nobilitatem vtriuſque pecunia iuuandam præfatus. Neq; hæreditatem cuiuſquam adiit, niſi quam amicitia meruiſſet. Ignotos & aliis infenſos, eoq; principem nuncupantes procul arcebat. Ceterum vt honeſtam innocentium paupertatem leuauit, ita prodigos & ob flagitia egentes Vibidium Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Cornelium Sullam Q. Vitellium mouit ſenatu, aut ſponte cedere paſſus eſt.

Iiſdem temporibus deum ædes vetuſtate aut igni abolitas cœptasq; ab Auguſto dedicauit Libero Liberæq; & Cereri, iuxta circum maximum, quas A. Poſtumius dictator vouerat: eodemq; in loco ædem Floræ, ab L. & M. Publiciis ædilibus conſtitutam: & Iano templum, quod apud forum olitorium C. Billius ſtruxerat, qui primus rem Romanam proſpere mari geſſit, triumphumq; naualem de Pœnis meruit. Spei ædes à Germanico ſacratur: hanc Atilius vouerat eodem bello. Adoleſcebat interea lex maieſtatis: & Apuleiam Variliam ſororis Auguſti neptem, quia probroſis ſermonibus diuum Auguſtum ac Tiberium, & matrem eius illuſiſſet, Cæſariq; connexa, adulterio teneretur, maieſtatis delator arceſſebat. De adulterio ſatis caueri lege Iulia viſum. Maieſtatis crimen diſtingui Cæſar poſtulauit, damnariq; ſi qua de Au-

guſto

guſto irreligioſe dixiſſet. In ſe iacta nolle ad cognitionem vocari. Interrogatus à conſule, quid de his cenſeret, quæ de matre eius locuta ſequius, argueretur, reticuit. dein proximo ſenatus diẹ illius quoq; nomine orauit, ne cui verba in eam quoquo modo habita criminiforent: liberauitq; Appuleiam legẹ maieſtatis, adulterij grauiorem pœnam deprecatus, vt exemplo maiorum à propinquis ſuis vltra ducenteſimum lapidem remoueretur ſuaſit. Adultero Manlio Italia atq; Africa interdictum eſt. De prætore in locum Vipſanij Galli, quem mors abſtulerat, ſubrogando, certamen inceſſit. Germanicus atq; Druſus (nam etiam tum Romæ erant) Haterium Agrippam propinquum Germanici fouebant: contra pleriq; nitebantur, vt numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. lætabatur Tiberius, cum inter filios eius & leges ſenatus diſceptaret. victa eſt ſine dubio lex, ſed neq; ſtatim, & paucis ſuffragiis: quomodo, etiam cum valerent, leges vincebantur.

Eodem anno cœptum in Africa bellum, duce hoſtium Tacfarinate. is natione Numida, in caſtris Romanis auxiliaria ſtipendia meritus, mox deſertor, vagos primum, & latrociniis ſuetos ad prædam & raptus congregare, dein more militiæ per vexilla, & turmas componere, poſtremo non incondita turbæ, ſed Muſulanorum dux haberi. valida ea gens, & ſolitudinibus Africæ propinqua, nullo etiã tum vrbium cultu, cepit arma, Mauroſq; accolas in bellum traxit.

xit. dux & his Mazippa. diuiſusq; exercitus: vt Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos caſtris attineret, diſciplina & imperiis ſueſceret: Mazippa leui cum copia incendia & cædes, & terrorem circumferret. compulerantq; Cinithios, haud ſpernendam nationem, in eadem, cum Furius Camillus proconſul Africæ legionem, & quod ſub ſignis ſociorum, in vnum conductos ad hoſtem duxit, modicam manum, ſi multitudinem Numidarum atque Maurorum ſpectares. ſed nihil æque cauebatur, quàm ne bellum metu eluderent. ſpe victoriæ inducti ſunt, vt vincerentur. Igitur legio medio, leues cohortes, duæq; alæ in cornibus locantur. nec Tacfarinas pugnam detrectauit: fuſi Numidæ, multoſq; poſt annos Furio nomini partum decus militiæ. nam poſt illum reciperatorem vrbis, filiumq; eius Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. atq; hic, quem memorauimus, bellorum expers habebatur. eo pronior Tiberius res geſtas apud Senatum celebrauit, & decreuere patres triumphalia inſignia. quod Camillo ob modeſtiam vitæ impune fuit.

Sequens annus Tiberium tertio, Germanicùm iterum conſules habuit: ſed eum honorem Germanicus iniit apud vrbem Achaiæ Nicopolim, quo venerat per Illyricam oram, viſo fratre Druſo in Dalmatia agente, Hadriatici, ac mox Ionij maris aduerſam nauigationem perpeſſus. igitur paucos dies inſumpſit reficiendæ claſſi, ſimul ſinus Actiaca victoria inclu-

tos,

tos,& ſacratas ab Auguſto manubias, caſtraq; Antonij cum recordatione maiorum ſuorum adiit. namq; ei, vt memoraui, auunculus Auguſtus, auus Antonius erant, magnaq; illic imago triſtium lætorumq;. Hinc ventum Athenas, fœderiq; ſociæ & vetuſtæ vrbis datum, vt vno lictore vteretur. Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus, vetera ſuorum facta dictaq; præferentes, quo plus dignationis adulatio haberet. Petita inde Eubœa, tramiſit Lesbum, vbi Agrippina nouiſſimo partu Iuliam edidit: tum extrema Aſiæ, Perinthumq; ac Byzantium Thracias vrbes, mox Propontidis anguſtias, & os Ponticum intrat, cupidine veteres locos, & fama celebratos noſcendi pariterque prouincias internis certaminibus, aut magiſtratuum iniuriis feſſas refouebat. atq; illum in regreſſu ſacra Samothracum aliaq; quæ ibi varietate fortunæ, & veteri origine veneranda: viſere nitentem, obuij aquilones depulere. Igitur relegit Aſiam, adpellitq; Colophona, vt Clarij Apollinis oraculo vteretur. Non femina illic, vt apud Delphos, ſed certis è familiis & ferme Mileto accitus ſacerdos, numerum modo conſultantium & nomina audit: tum in ſpecum digreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerumq; litterarum, & carminum, edit reſponſa, verſibus compoſitis ſuper rebus quas quis mente concepit: & ferebatur, Germanico per ambages (vt mos oraculis) maturum exitium ceciniſſe.

At Gn.Piſo, quo properantius deſtinata inciperet,

ret, ciuitatem Athenienſium turbido inceſſu exterritam, oratione ſæua increpat, oblique Germanicum perſtringens, quod contra decus Romani nominis, non Athenienſes tot cladibus extinctos, ſed colluuiem illã nationum comitate nimia coluiſſet: hos enim eſſe Mithridatis aduerſus Sullam, Antonij aduerſus diuum Auguſtum ſocios. etiã vetera obiectabat, quæ in Macedones improſpere, violenter in ſuos feciſſent, offenſus vrbi propria quoq; ira. quia Theophilum quendam Areop. iudicio falſi damnatum, precibus ſuis non concederent. Exin nauigatione celeri per Cycladas, & compendia maris adſequitur Germanicum apud inſulam Rhodum, haud neſciũ quibus inſectationibus petitus foret: ſed tanta manſuetudine agebat, vt cum orta tempeſtas raperet in abrupta, poſſetq; interitus inimici ad caſum referri, miſerit triremes, quarum ſubſidio diſcrimini eximeretur. Neq; tamẽ mitigatus Piſo, & vix diei morã perpeſſus, linquit Germanicũ, prauenitq;: & poſtquam Syriam ac legiones attigit, largitione, ambitu infimos manipularium iuuando, cum veteres centuriones, ſeueros tribunos demoueret, locaq; eorum clientibus ſuis, vel deterrimo cuiq; attribueret, deſidiam in caſtris, licentiam in vrbibus, vagum, ac laſciuiẽtem per agros militem ſineret, eo vſq; corruptionis prouectus eſt, vt ſermone vulgi, parẽs legionũ haberetur. Nec Plancina ſe intra decora feminis tenebat, ſed exercitio equitũ, decurſibus cohortiũ intereſſe: in Agrippinam, in Germanicũ contumelias iacere,

iacere, quibuſdam etiam bonorum militum ad mala obſequia promptis, quod haud inuito imperatore ea fieri occultus rumor incedebat.

Nota hac Germanico: ſed praeuerti ad Armenios inſtantior cura fuit. Ambigua gēs ea antiquitus non modo ingeniis, ſed ſitu terrarum, quo noſtris prouinciis late pratenta, penitus ad Medos porrigitur, maximiſq; imperiis interiecti, & ſaepius diſcordes ſunt, aduerſus Romanos odio, & in Parthum inuidia. Regem illa tempeſtate non habebant, amoto Vonone, ſed fauor nationis inclinabat in Zenonem Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia inſtituta & cultum Armeniorum amulatus, venatu, epulis, & quae alia barbari celebrant, proceres plebemq; iuxta deuinxerat. Igitur Germanicus in vrbe Artaxata adprobantibus nobilibus, circumfuſa multitudine, inſigne regium capiti eius impoſuit. ceteri venerantes regem Artaxiam conſalutauere: quod illi vocabulum indiderant ex nomine vrbis. At Cappadoces in formam prouinciae redacti, Q. Veranium legatum accepere. & quaedam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium ſperaretur. Commagenis Q. Seruaeus praeponitur, tum primum ad ius praetoris tranſlatis. Cunctaq; ſocialia proſpere compoſita, non ideo laetum Germanicum habebant, ob ſuperbiam Piſonis, qui iuſſus partem legionum ipſe, aut per filium in Armeniam ducere, vtrunq; neglexerat. Cyrri demum apud hiberna decumae legio-

nis conuenere, firmato vultu Piſo aduerſus metum, Germanicus, ne minari crederetur, & erat, vt rettuli, clementior: ſed amici accẽdendis offenſionibus callidi, intẽdere vera, adgerere falſa, ipſumq; & Plancinam, & filios variis modis criminari: poſtremo paucis familiarium adbibitis, ſermo cœptus à Cæſare, qualem ira & diſsimulatio gignit. Reſponſum à Piſone precibus contumacibus diſceſſerantq; opertis odiis: poſt quæ rarus in tribunali Cæſaris Piſo, & ſi quando adſideret, atrox, ac diſſentire manifeſtus. vox quoq; eius audita eſt in conuiuio, cum apud regem Nabatæorum corona aurea magno pondere Cæſari, & Agrippinæ, leues Piſoni, & ceteris offerrentur, principis Romani, non Parthi regis filio eas epulas dari: abiecitq; ſimul coronam. & multa in luxum addidit. quæ Germanico quanquam acerba, tolerabantur tamen.

Inter quæ ab rege Parthorum Artabano legati venere. miſerat, amicitiã ac fœdus memoraturos, & cupere renouari dextras, daturumq; honori Germanici, vt ripã Euphratis accederet: petere interim ne Vonones in Syria haberetur, ne proceres gentium propinquis nũtiis ad diſcordias traheret. Ad ea Germanicus de ſocietate Romanorum, Parthorumq; magnifice: de aduẽtu regis, & cultu ſui cum decore, ac modeſtia reſpondit. Vonones Pompeiopolim Ciliciæ maritimam vrbem amotus eſt. datum id non modo precibus Artabani, ſed cõtumeliæ Piſonis, cui gratiſsimus erat ob plurima officia & dona, quibus Plancinã deuinxerat.

M.Silano, L.Norbano Coſ. Germanicus Ægyptum proficiſcitur cognoſcendæ antiquitatis: ſed cura prouinciæ prætendebatur. leuauitq́ apertis horreis pretia frugum, multaq́ in vulgus grata vſurpauit: ſine milite incedere, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu, P Scipionis æmulatione, quem eadem factitauiſſe apud Siciliam, quamuis flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus. Tiberius cultu, habituq́ eius lenibus verbis perſtricto, acerrime increpuit, quod contra inſtituta Auguſti, non ſponte principis, Alexandriam introiſſet. nam Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu, ingredi ſenatoribus aut equitibus Romanis illuſtribus, ſepoſuit Ægyptum: ne fame vrgeret Italiam quiſquis eam prouinciam, clauſtraque terræ ac maris leui præſidio aduerſum ingentes exercitus inſediſſet. Sed Germanicus, nondum comperto profectionem eam incuſari, Nilo ſubuehebatur, orſus oppido à Canopo. Condidere id Spartani ob ſepultum illic rectorem nauis Canopum, qua tempeſtate Menelaus, Græciam repetens, diuerſum ad mare terramq́ Libyam delatus. Inde proximum amnis os dicatum Herculi, quem indigenæ ortum apud ſe antiquiſſimum perhibent, eoſque, qui poſtea pari virtute fuerint, in cognomentum eius adſcitos. Mox viſit veterum Thebarum magna veſtigia: & manebant ſtructis molibus litteræ Ægyptiæ, priorem opulentiam complexæ: iuſſusq́ è ſenioribus ſacerdotum patrium ſermonem interpretari.

tari, referebat habitaſſe quondam ſeptingenta millia ætate militari: atque eo cum exercitu regem Rhamſen Libya, Æthiopia, Mediſque, & Perſis, & Bactriano, ac Scythia potitum, quaſque terras Suri Armeniique, & contigui Cappadoces colunt, inde Bithynium, hinc Lycium ad mare imperio tenuiſſe. legebantur & indicta gentibus tributa, pondus argenti & auri, numerus armorum equorumque, & dona templis ebur, atq; odores, quaſq; copias frumenti, & omnium vtenſilium quæq; natio penderet, haud minus magnifica, quam nunc vi Parthorum, aut potentia Romana iubentur. Ceterum Germanicus aliis quoq; miraculis intendit animum, quorum præcipua fuere Memnonis ſaxea effigies, vbi radiis ſolis icta eſt, vocalem ſonum reddens: disiectasq; inter & vix peruias arenas, inſtar montium eductæ Pyramides certamine & opibus regum, lacusq; eſſoſſa humo, ſuperfluentis Nili receptacula, atque alibi anguſtiæ, & profunda altitudo, nullis inquirentium ſpatiis penetrabiles. Exin ventum Elephantinen ac Syenen, clauſtra olim Romani imperij, quod nunc rubrum ad mare pateſcit.

Dum ea æſtas Germanico plures per prouincias tranſigitur, haud leue decus Druſus quæſiuit illiciens Germanos ad diſcordias, vtque fracto iam Maroboduo vſq; in exitium inſiſteretur. Erat inter Gotones nobilis iuuenis nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui & tunc dubiis rebus eius vltionem au-

ſus. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptiſque primoribus ad ſocietatem, irrumpit regiam, caſtellumq; iuxta ſitum. veteres illic Sueuorum prædæ, & noſtris è prouinciis lixæ, ac negotiatores reperti, quo ius commercij, dein cupido augendi pecuniam, poſtremum obliuio patriæ ſuis quemq; ab ſedibus hoſtilem in agrum tranſtulit. Maroboduo vndiq; deſerto, non aliud ſubſidium, quam miſericordia Cæſaris fuit. tranſgreſſus Danubium, qua Noricam prouinciam præfluit, ſcripſit Tiberio, nō vt profugus aut ſupplex, ſed ex memoria prioris fortunæ: nam multis nationibus clariſſimum quondam regem ad ſe vocantibus, Romanam amicitiam prætuliſſe. reſponſum à Cæſare, tutam ei honoratamq; ſedem in Italia fore, ſi maneret: ſin rebus ſuis aliud conduceret, abiturum fide qua veniſſet. ceterum apud ſenatum diſſeruit, non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum, aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuiſſe. Extat oratio, qua magnitudinem viri, violentiam ſubiectarum ei gentium, & quam propinquus Italiæ hoſtis, ſuaq; in deſtruendo eo conſilia extulit. Et Maroboduus quidem Rauennæ habitus, ſi quando inſoleſcerent Sueui, quaſi rediturus in regnum oſtentabatur. ſed non exceſſit Italia per duodeuiginti annos, conſenuitque multum imminuta claritate ob nimiam viuendi cupidinem. Idem Catualdæ caſus, neq; aliud perfugium. pulſus haud multo poſt Hermundurorum opibus, & Vibilio duce, receptuſq;.

ceptusq;, forum Iulium Narbonẽſis Galliæ coloniam mittitur. Barbari vtrumq; comitati, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltra inter flumina Marum & Cuſum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum.

Simul nuntiato regem Artaxiam Armeniis à Germanico datum, decreuere patres, vt Germanicus atq; Druſus ouantes vrbem introirent. ſtructi & arcus circum latera templi Martis Vltoris cum effigie Cæſarum: lætiore Tiberio, quia pacem ſapientia firmauerat, quam ſi bellum per acies confeciſſet. Igitur Rheſcuporim quoq; Thraciæ regem aſtu adgreditur. omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat: quo defuncto, Auguſtus partem Thracum Rheſcuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permiſit. In ea diuiſione arua, & vrbes, & vicina Græcis, Cotyi: quod incultum, ferox, adnexum hoſtibus Rheſcuporidi ceſſit: ipſorumq; regum ingenia, illi mite & amœnum, huic atrox, auidum, & ſocietatis impatiens erat: ſed primo ſubdola cõcordia agere, mox Rheſcuporis egredi fines, vertere in ſe Cotyi data, & reſiſtenti vim facere, cunctanter ſub Auguſto, quem auctorem vtriuſque regni, ſi ſperneretur, vindicim metuebat. enimuero audita mutatione principis, immittere latronum globos, excindere caſtella, cauſas bello. Nihil æque Tiberium anxium habebat, quam ne compoſita turbarentur. deligit centurionem, qui nuntiaret regibus, ne armis diſceptarent. ſtatimque à Cotye

dimiſſa ſunt, quæ parauerat auxilia. Rheſcuporis ficta modeſtia poſtulat, eundem in locum coiretur: poſſe de controuerſiis colloquio tranſigi. nec diu dubitatum de tempore, loco, dein conditionibus: cum alter facilitate, alter fraude cuncta inter ſe concederent: acciperentq́. Rheſcuporis ſanciendo (vt dictabat) fœderi conuiuium adiicit: tractaq́ in multam noctem lætitia, per epulas ac violentiam, incautum Cotyn, & poſtquam dolum intellexerat, ſacra regni, eiuſdem familiæ deos, & hoſpitalis menſas obteſtantem, cathenis onerat: Thraciaq́ omni potitus, ſcripſit ad Tiberium, ſtructas ſibi inſidias, præuentum inſidiatorem: ſimul bellum aduerſus Baſtarnas, Scythaſque prætendens, nouis peditum & equitum copiis ſeſe firmabat. Molliter reſcriptum, ſi fraus abeſſet, poſſe eum innocentiæ fidere: ceterum neque ſe, neq́ ſenatum, niſi cognita cauſa, ius & iniuriam diſcreturos. proinde tradito Cotye veniret, transferretque inuidiam criminis. Eas litteras Latinius Pandus proprætor Mœſiæ cum militibus, quis Cotys traderetur, in Thraciam miſit. Rheſcuporis inter metum & iram cũctatus, maluit patrati quam incœpti facinoris reus eſſe: occidi Cotyn iubet, mortemq́ ſponte ſumptam ementitur. Nec tamen Cæſar placitas ſemel artes mutauit, ſed defuncto Pando, quem ſibi infenſum Rheſcuporis arguebat, Pomponium Flaccum veterem ſtipendiis, & arcta cum rege amicitia, eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maxime Mœſiæ præfecit.

fecit. Flaccus in Thraciam tranſgreſſus, per ingentia promiſſa, quamuis ambiguum & ſcelera ſua reputantem, perpulit, vt præſidia Romana intraret. circumdata hinc regi ſpecie honoris valida manus, tribunique, & centuriones, monendo, ſuadendo, &, quanto longius abſcedebat, apertiore cuſtodia: poſtremo gnarum neceſſitatis in vrbem traxere. Accuſatus in ſenatu ab vxore Cotyis, damnatur: vt procul regno teneretur. Thracia in Rhœmetalcen filium quem paternis conſiliis aduerſatum conſtabat, inque liberos Cotys diuiditur. iiſque nondum adultis Trebellienus Rufus prætura functus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo quo maiores M. Lepidum Ptolomæi liberis tutorem in Ægyptum miſerant. Rheſcuporis Alexandriam deuectus, atq; illic, fugam tentans, an ficto crimine, interficitur.

Per idem tempus Vonones, quem amotum in Ciliciam memoraui, corruptis cuſtodibus effugere ad Armenios, inde in Albanos Heniochoſq; & conſanguineum ſibi regem Scytharum conatus eſt, ſpecie venãdi. omiſſis maritimis locis, auia ſaltuum petiit: mox pernicitate equi ad amnem Pyramum contendit, cuius põtes accolæ ruperant, audita regis fuga, neq; vado penetrari poterat. igitur in ripa fluminis à Vibio Frontone præfecto equitum vincitur: mox Remmius Euocatus priori cuſtodiæ regis adpoſitus, quaſi per irã gladio eum tranſigit. vnde maior fides, conſcientia ſceleris & metu indicij mortem illatam Vononi. At

Germanicus Ægypto remeans, cuncta, quæ apud legiones aut vrbes iuſſerat, abolita, vel in contrarium verſa cognoſcit. hinc graues in Piſonem contumeliæ, nec minus acerba quæ ab illo in Cæſarem tentabantur. Dein Piſo abire Suria ſtatuit: mox aduerſa Germanici valetudine detentus, vbi recreatum accepit, votaq; pro incolumitate ſoluebãtur, admotas hoſtias, ſacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem, per lictores proturbat. Tum Seleuciam degreditur, opperiens ægritudinem, quæ rurſum Germanico acciderat. ſæuam vim morbi augebat perſuaſio veneni à Piſone accepti, & reperiebantur ſolo, ac parietinis erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum, ſemuſti cineres, ac tabe obliti, aliaq; maleficia, quis creditur animas numinibus infernis ſacrari. ſimul miſſi à Piſone incuſabantur, vt valetudinis aduerſa rimantes. Ea Germanico haud minus ira quam per metum accepta, ſi limen obſideretur, ſi effundendus ſpiritus ſub oculis inimicornm foret, quid deinde miſerrimæ coniugi, quid infantibus liberis euenturum? lenta videri veneficia: feſtinare & vrgere, vt prouinciam, vt legiones ſolus habeat: ſed non vſq; eo defectum Germanicum, neq; præmia cædis apud interfectorem manſura. componit epiſtulas, quis amicitiam ei renũtiabat. Addunt pleriq; iuſſum prouincia decedere. nec Piſo moratus vltra, nauis ſoluit, moderabaturque curſui, quo propius regrederetur, ſi

mors

mors Germanici Suriam aperuiſſet. Cæſar pauliſper ad ſpem erectus, dein feſſo corpore, vbi finis aderat, adſiſtentes amicos in hunc modum alloquitur.

Si fato concederem, iuſtus mihi dolor etiam aduerſus deos eſſet, quod me parentibus, liberis, patriæ, intra iuuentam præmaturo exitu raperent. nunc ſcelere Piſonis & Plancinæ interceptus vltimas preces pectoribus veſtris relinquo, referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus inſidiis circumuentus, miſerrimam vitam peſſima morte finierim. Si quos ſpes mea, ſi quos propinquus ſanguis, etiam quos inuidia erga viuentem mouebat: illacrimabunt, quondam florentem, & tot bellorum ſuperſtitem, muliebri fraude cecidiſſe. Erit vobis locus querendi apud ſenatum, inuocandi leges. Non hoc præcipuum amicorum munus eſt, proſequi defunctum ignauo queſtu, ſed quæ voluerit meminiſſe: quæ mandauerit exequi. flebunt Germanicum etiam ignoti: vindicabitis vos, ſi me potius, quam fortunam meam fouebatis. Oſtendite populo Romano D. Auguſti neptem, eandemq; coniugem meam: numerate ſex liberos. miſericordia cum accuſantibus erit. fingentibuſq; ſceleſta mandata, aut non credent homines, aut non ignoſcent.

Iurauere amici, dextram morientis contingentes, ſpiritum ante quam vltionem amiſſuros. Tum ad vxorem verſus, per memoriam ſui, per communes liberos orauit, exueret ferociam, ſæuienti fortunæ ſum-

mitteret animum, neu regreſſa in vrbem æmulatione potentiæ validiores irritaret. Hæc palam, & alia ſecreto, per quæ oſtendere credebatur metum ex Tiberio. Neq; multo poſt extinguitur, ingenti luctu prouinciæ, & circumiacentium populorum. Indoluere exteræ nationes regeſque. tanta illi comitas in ſocios, manſuetudo in hoſtes: viſuq; & auditu iuxta venerabilis, cum magnitudinem & grauitatem ſummæ fortunæ retineret, inuidiam & arrogantiam effugerat. Funus ſine imaginibus & pompa, per laudes, & memoriam virtutum eius celebre fuit. Et erant qui formam, ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, magni Alexandri fatis adæquarent. nam vtrunq; corpore decoro, genere inſigni, haud multum triginta annos egreſſum, ſuorum inſidiis externas inter gentes occidiſſe: ſed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum, vno matrimonio, certis liberis egiſſe: neq; minus præliatorem, etiam ſi temeritas afuerit, præpeditusq; ſit perculſas tot victoriis Germanias ſeruitio premere: quod ſi ſolus arbiter rerum, ſi iure & nomine regio fuiſſet, tanto promptius adſecuturum gloriam militiæ, quãtum clementia, temperantia, ceteris bonis artibus præſtitiſſet. Corpus antequam cremaretur, nudatum in foro Antiochenſium, qui locus ſepulturæ deſtinabatur, prætulerit ne veneficij ſigna, parum conſtitit. nam vt quis miſericordia in Germanicum, & præſumpta ſuſpicione, aut fauore in Piſonem pronior,

diuerſi

diuerſi interpretabantur. Conſultatum inde inter legatos, quiq; alij ſenatorum aderant, quis nam Syriæ præficeretur. & ceteris modice niſis, inter Vibium Marſum, & Gn. Sentium diu quæſitum. dein Marſus ſeniori, & acrius tendenti Sentio conceſſit. iſque infamem veneficiis ea in prouincia, & Plancinæ percaram nomine Martinam in vrbem miſit, poſtulantibus Vitellio, ac Veranio, ceteriſque, qui crimina & accuſationem tanquam aduerſus receptos iam reos inſtruebant.

At Agrippina quanquam defeſſa luctu, & corpore ægro, omnium tamen, quæ vltionem morarentur, intolerans, aſcendit claſſem cum cineribus Germanici, & liberis, miſerantibus cunctis, quod femina nobilitate princeps, pulcherrimo modo matrimonio inter venerantes gratanteſq; aſpici ſolita, tunc ferales reliquias ſinu ferret, incerta vltionis, anxia ſui, & infelici fœcunditate fortunæ toties obnoxia.

Piſonem interim apud Coum inſulam nũtius adſequitur, exceſſiſſe Germanicum. Quo intemperanter accepto, cædit victimas, adit templa, neque ipſe gaudium moderans, & magis inſoleſcente Plancina, quæ luctum amiſſæ ſororis tum primum læto cultu mutauit. Adfluebãt centuriones, monebantq;, prompta illi legionum ſtudia: repeteret prouinciam non iure ablatam, & vacuam. Igitur quid agendum conſultanti, M. Piſo filius properandum in vrbem cenſebat: nihil adhuc inexpiabile admiſſum, neq; ſuſpicio-

nes

nes imbecillas, aut inania famæ pertimeſcenda: diſcordiam erga Germanicum odio fortaſſe dignam, nõ pœna: & ademptione prouinciæ. ſatiſfactum inimicis. quod ſi regrederetur obſiſtente Sentio, ciuile bellum incipi, nec duraturos in partibus centuriones militeſque, apud quos recens imperatoris ſui memoria, & penitus infixus in Cæſares amor preualeret. Contra Domitius Celer ex intima eius amicitia diſſeruit, vtendum euentu: Piſonem, non Sentium Suriæ præpoſitum: huic faſces & ius prætoris, huic legiones datas: ſi quid hoſtile ingruat, quem iuſtius arma oppoſiturum, quam qui legati auctoritatem & propria mandata acceperit? Relinquendum etiam rumoribus tempus, quo ſeneſcant: plerunque innocentes recenti inuidiæ impares. At ſi teneat exercitum, augeat vires: multa, quæ prouideri non poſſint, fortuito in melius caſura. An feſtinamus cum Germanici cineribus adpellere, vt te inauditum, & indefenſum planctus Agrippinæ, ac vulgus imperitum, primo rumore rapiant? Eſt tibi Auguſtæ conſcientia: eſt Cæſaris fauor, ſed in occulto: & periiſſe Germanicum nulli iactantius mærent, quam qui maxime lætantur.

Haud magna mole Piſo promptus ferocibus in ſententiam trahitur: miſſiſq; ad Tiberium epiſtulis, incuſat Germanicum luxus & ſuperbiæ: ſeq; pulſum, vt locus rebus nouis patefieret, curam exercitus eadem fide, qua tenuerit, repetiuiſſe. Simul Domitium impo-

ſitum

ſitum triremi, vitare littorum oram, præterq; inſulas lato mari pergere in Suriam iubet. concurrentes deſertores per manipulos componit: armat lixas: traiectiſq; in continentem nauibus, vexillum tironum in Suriam euntium intercipit. Regulis Cilicum, vt ſe auxiliis iuuarent, ſcribit, haud ignauo ad miniſteria belli iuuene Piſone, quanquam ſuſcipiendum bellum abnuiſſet. Igitur oram Lyciæ ac Pamphyliæ prælegentes, obuiis nauibus, quæ Agrippinam vehebāt, vtrinq; infenſi, arma primo expediere. dein mutua formidine, non vltra iurgium proceſſum eſt. Marſuſq; Vibius nuntiauit Piſoni, Romam ad dicendam cauſam veniret. ille eludens reſpondit, adfuturum, vbi prætor, qui de veneficiis quæreret, reo atque accuſatoribus diem prodixiſſet.

Interim Domitius Laodiceam vrbem Syriæ adpulſus, cum hiberna ſextæ legionis peteret, quòd eam maxime nouis conſiliis idoneam rebatur, à Pacuuio legato præuenitur. Id Sentius Piſoni per litteras aperit: monetque, ne caſtra corruptoribus, ne prouinciam bello tentet. quoſque Germanici memores, aut inimicis eius aduerſos cognouerat, contrahit, magnitudinem imperatoris identidem ingerens, & Remp. armis peti: ducitq; validam manum & prœlio paratam. Nec Piſo, quanquam cœpta ſecus cadebant, omiſit tutiſſima è præſentibus. ſed caſtellum Ciliciæ munitum admodum, cui nomen Celenderis, occupat. Nam admixtis deſertoribus, & tirone nuper inter-

cepto,ſuiſq; & Plancinæ ſeruitiis, auxilia Cilicium, quæ Reguli miſerant, numerum legionis compoſuerat: Cæſariſq; ſe legatum teſtabatur, prouincia, quã is dediſſet, arceri, non à legionibus (earum quippe accitu venire) ſed à Sentio, priuatum odium falſis criminibus tegente: conſiſterent in acie, non pugnaturis militibus, vbi Piſonem ab ipſis parentem quondam appellatum, ſi iure ageretur, potiorem, ſi armis, non inualidum vidiſſent. Tum pro munimentis caſtelli manipulos explicat, colle arduo & derupto. nam cetera mari cinguntur. Contra veterani ordinibus ac ſubſidiis inſtructi. hinc militum, inde locorum aſperitas. ſed non animus, non ſpes, ne tela quidem niſi agreſtia ad ſubitum vſum properata. vt venere in manus, non vltra dubitatum, quam dum Romanæ cohortes in æquum eniterentur. vertunt terga Cilices, ſeq; caſtello claudunt. Interim Piſo claſſem haud procul opperientem adpugnare fruſtra tentauit: regreſſuſque, & pro muris modo ſemet adflictando, modo ſingulos nomine ciens, præmiis vocans, ſeditionem cœptabat: adeoque commouerat, vt ſignifer legionis ſextæ ſignum ad eum trãſtulerit. Tum Sentius occanere cornua tubaſq; & peti aggerem, erigi ſcalas iuſſit, ac promptiſſimum quemque ſuccedere: alios tormentis, haſtas, ſaxa, & faces ingerere. Tandem victa pertinacia Piſo orauit, vti traditis armis maneret in caſtello, dum Cæſar cui Syriam permitteret, conſulitur. Non receptæ conditiones: nec aliud

quam

quam naues & tutum in vrbem iter conceſſum eſt.

At Romæ poſt quam Germanici valitudo percrebruit, cunctaque vt ex longinquo aucta in deterius adferebantur, dolor, ira: & erumpebant queſtus. Ideo nimirum in extremas terras relegatum; ideo Piſoni permiſſam prouinciam: hoc egiſſe ſecretos Auguſtæ cum Plancina ſermones: vera prorſus de Druſo ſeniores locutos, diſplicere regnantibus ciuilia filiorum ingenia: neque ob aliud interceptos, quam quia populum Romanum æquo iure complecti reddita libertate agitauerint. Hos vulgi ſermones audita mors adeo incendit, vt ante edictum magiſtratuum, ante ſenatuſconſultum, ſumpto iuſtitio deſererentur fora, clauderentur domus, paſſim ſilentia & gemitus, nihil compoſitum in oſtentationem. Et quamquam neq; inſignibus lugentium abſtinerent, altius animis mærebant. Forte negotiatores viuente adhuc Germanico Suria egreſſi, lætiora de valitudine eius attulere: ſtatim credita: ſtatim vulgata ſunt. vt quiſque obuius (quamuis leuiter audita) in alios, atque illi in plures cumulata gaudio transferunt: curſant per vrbem, moliuntur templorum fores. iuuat credulitatem nox, & promptior inter tenebras adfirmatio. Nec obſtitit falſis Tiberius, donec tempore ac ſpatio vaneſcerent. & populus quaſi rurſum ereptum acrius doluit. Honores vt quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti decretique: vt nomẽ eius ſaliari carmine caneretur: ſedes curules

rules ſacerdotum Auguſtalium locis, ſuperq; eas quercea corona ſtatuerentur: ludos Circenſes eburna effigies præiret: ne ve quis flamen aut Augur in locum Germanici niſi gentis Iuliæ crearetur. Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inſcriptione rerum geſtarum, ac mortem ob Remp. obiiſſe: ſepulcrum Antiochiæ, vbi crematus: tribunal Epidaphne, quo in loco vitam finierat. Statuarum, locorũ ve in quis coleretur, haud facile quis numerũ inierit. cum cenſeretur clypeus auro & magnitudine inſignis inter auctores eloquẽtiæ, adſeruit Tiberius ſolitum paremq; ceteris dicaturum. neque enim eloquentiam fortuna diſcerni: & ſatis illuſtre, ſi veteres inter ſcriptores haberetur. Equeſter ordo cuneum Germanici appellauit: qui Iuniorum dicebatur: inſtituitque, vti turmæ Idibus Iuliis imaginem eius ſequerentur. pleraq; manent, quædam ſtatim omiſſa ſunt, aut vetuſtas oblitterauit.

Ceterum recenti adhuc mæſtitia ſoror Germanici Liuia, nupta Druſo, duos virilis ſexus ſimul enixa eſt. quod rarum, lætumque etiam modicis penatibus, tanto gaudio principem adfecit, vt non temperauerit, quin iactaret apud patres, nulli ante Romanorũ eiuſdem faſtigij viro geminam ſtirpem editam. nam cuncta etiam fortuita ad gloriam vertebat. Sed populo tali in tempore id quoq; dolorem tulit: tãquam auctus liberis Druſus domum Germanici magis vrgeret.

Eodem

Eodem anno grauibus ſenatus decretis libido feminarum coërcita, cautumque, ne quæſtum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus Eques R. fuiſſet. nam Viſtilia prætoria familia genita, licentiam ſtupri apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto: qui ſatis pœnarum aduerſum impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant. exacta & à Titidio Labeone Viſtiliæ marito, cur in vxore delicti manifeſti vltionem legis omiſiſſet: atque illo prætendente ſexaginta dies ad conſultandum datos, necdum præteriiſſe, ſatis viſum de Viſtilia ſtatuere, eaq; in inſulam Seriphon abdita eſt. Actum & de ſacris Ægyptiis Iudaicisq; pellendis. factumq; patrum conſultum, vt quatuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta, quis idonea ætas, in inſulam Sardiniam veherentur, coërcendis illic latrociniis: & ſi ob grauitatẽ cæli interiiſſent, vile damnum: ceteri cederent Italia, niſi certam ante diem profanos ritus exuiſſent. Poſt quæ rettulit Cæſar capiendam virginem in locũ Occiæ, quæ ſeptem & quinquaginta per annos ſumma ſanctimonia Veſtalibus ſacris præſederat: egitq; grates Fonteio Agrippæ, & Domitio Pollioni, quod offerendo filias, de officio in Remp. certarent. prælata eſt Pollionis filia non ob aliud, quam quod mater eius in eodem coniugio manebat. Nam Agrippa diſcidio domum imminuerat. & Cæſar quamuis poſthabitam, decies HS dote ſolatus eſt. Sæuitiam annonæ incuſante plebe, ſtatuit frumento pretium, quod emptor

penderet, binoſq; nummos ſe additurum negotiatoribus in ſingulos modios. Neq; tamen ob ea parētis patriæ delatum & antea vocabulum adſumpſit: acerbeq; increpuit eos, qui diuinas occupationes, ipſumq; dominum dixerant. vnde anguſta & lubrica oratio, ſub principe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat.

Reperio apud ſcriptores, ſenatoreſq; eorundē temporum, Adgandeſtrij principis Chattorum lectas in ſenatu litteras, quibus mortē Arminij promittebat, ſi patrandæ neci venenum mitteretur: reſponſumq; eſſe, non fraude neque occultis, ſed palam, & armatum populum Romanum hoſtes ſuos vlciſci. qua gloria æquabat ſe Tiberius priſcis imperatoribus, qui venenū in Pyrrhum regem vetuerant prodiderantque. Ceterum Arminius, abſcedentibus Romanis, & pulſo Maroboduo regnum adfectans, libertatem popularium aduerſam habuit: petituſq; armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi R. ſicut alij reges duceſque, ſed florentiſsimum imperium laceſſierit: prœliis ambiguus, bello non victus. ſeptem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ expleuit: caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris: dum vetera extollimus, recentium incurioſi.

IN

IN LIBRVM SECVNDVM ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

PRIMO *libro Tacitus res per biennium, poſt Auguſti exceſſum, geſtas complexus eſt. Hic ſecundus ea quæ proximo triennio conſecuta ſunt continebit.*

Siſenna.St.T.L. Lib.coſ.] *Eorum integra nomina hæc ſunt.T.Statilius.* T.F. Siſenna Taurus. *L.Scribonius, L. F. Libo. Vtriuſq; pater conſul fuerat triumuiratus tempore. Statilius quidem cum Agrippa, ſuffectus in locum L.Caninij, Libo autem cum M. Antonio II. conſule. Pannimius. Hiſtoria autem regnorum orientis paulo altius repetenda eſt: vt quæ hic paucis perſtringit Tacitus, commodius intelligantur. Phraates eius nominis tertius, Rex Parthorum duodecimus, cum à patre regni ſucceſſor deſtinatus eſſet, ne quid ſibi à competitoribus moleſtiæ exhiberetur, triginta fratres interfecit: deinde patrem id indigne ferentem, prius veneno tentatum, cum id parum ſucceſſiſſet, ſtrangulauit. Hic inter cæteras vxores (quas Parthi multas habere ſolent, quaſi in*

vna parum incommodi eſſe ſoleat) habuit & Thermuſam ancillã, Italici generis, ad ſe ab Auguſto miſſam: cuius blanditiis delinitus, Phraatacen filium, quem ex ea ſuſceperat, ſucceſſorem regni nominauit. Non degenerauit à paterna virtute filius: ſed, communicato cum matre conſilio, (quam officioſus adoleſcens, nõ pro matre tantum, ſed pro pellice habebat) ne paternam mortem, quod improborum filiorũ eſt, expectare diceretur, patrẽ interfecit. Ipſe poſtea, concitato in ſe omnium odio, per tumultũ occiditur. Succeſſit ei Orodes: quo & ipſo propter barbaram & ferinam crudelitatem inter epulas à ſuis occiſo, miſſus eſt petentibus Parthis à Tiberio hic de quo nũc acturi ſumus, Vonones.

Mota] *turbata.* Orientis Regna. *Parthorum, Armeniorum, Medorum.*

Prouintiæque R.] *vt Cilicia, vt Cappadocia, vt Syria.*

Parthos.] *Parthi Scythica lingua exules, inde genti nomen, quod eam Scytharum exules obtinuerunt. Confines ſunt Media, Hyrcania, Carmaniæ. Vide Ptolemæum lib. 5. cap. 5.*

Quamuis gentis Arſacidar.] *Quæ regia apud illos familia erat: ab Arſace vno ex poſteris Ammynapis regis Bactrianorum, qui Parnis Daharum populis auxiliariis vſus, Parthiam, Seleuco Callinico ereptam, occuparat. Hic autem notandum eſt, natura quodammodo comparatum eſſe, vt populi libentius*

tius pareant iis, qui nati ſunt è vetuſta regum duorum familia: qui tamen ſi alibi educati ſint, & alienis moribus imbuti, pro externis habentur.

Is fuit Vonones] *maximus natu filiorũ Phraatis.*

Nam Phraates.] *Phraates cũ M. Antonio conflixerat, eumq; Praaſporum obſidionem ſoluere coëgerat: ſed tamen audita Auguſti clementia & aquitate, reddiderat ei Armeniã, & ſigna militaria, quæ Craſſo & Antonio adempta fuerãt, & filios, vxores, nepotes, ei obſides firmãdæ pacis cauſa dederat. Strabo ad finẽ libri ſexti. Idẽ li. 16. quatuor Phraatis filios nominat, qui Auguſto obſides dati ſint. Saraſpaden, alias Seraſpardanen, Rhodaſpen, ſic in veteri Lapide in hortis Mediceis Romæ.* Ceropaſden, Phraanan & Vononem. *Hac de re ita Horatius in epiſtolis:* Ius imperiumque Phraates Cæſaris accepit genib' minor. *Et Suetonius:* Parthi quoque & Armeniani vindicanti facile ceſſerũt: & ſigna militaria, quæ M. Craſſo, & M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt, obſideſque inſuper obtulerunt.

Haud perinde noſtri metu.] *Erãt enim potentiſſimi Parthorum Reges, &* regum reges, *vocabantur; multiſq; regibus vtebantur, quaſi famulorum loco. Pompeius tamen ad Parthorum regem ſcribens* regem regum *vocare noluit. at etiam poſterioribus temporibus Sapor Rex Perſarũ, qui & Par-*

thi intelliguntur, ad Conſtantium Imperatorem litteras dedit, quarum hoc principium fuit. Rex regũ Sapor, particeps ſiderũ, frater Solis & Lunæ Conſtãtio fratri meo ſalutem plurimã dico.

Quam fidei popularium.] *Mirabilis enim & perfidia & inconſtantia notatur in Parthis.*

Ob internas cædes.] *De quibus in ſuperioribus dictum eſt.*

A primoribus. parthis.] *Quos megiſtanas vocant, qui ad epulas regias adhiberi ſolebant.*

Vt ferme.] *Barbarorum ingenia regum nouitate capiuntur.*

Ex alio orbe.] *Vniuerſus enim terrarum orbis in Romanos, & in Parthos diuiſus videbatur.*

Solium] *Sedem regiam.*

Arſacidarum] *quorũ præcipua apud Parthos, vt ait Strabo, veneratio erat.*

Trucidantium Craſſum.] *Craſſus iterũ Conſul, ſpei plenus, aduerſis ominibus in bellum Parthicũ profectus, à Deiotaro in itinere irriſus, principio tamen ſatis proſpere rem geſſiſſe viſus: tandem à Surena Orodis Duce cum Publio filio & vniuerſo exercitu conciſus eſt. Caput ipſius ad Orodem cenantem perlatum. Aurum colliquefactum in os infuſum: addito eclogio,* Expleretur auro mortuus, quo viuus nunquam potuiſſet expleri.

Exturbantium Antonium.] *Phraates, Orode patre interfecto, etiam in Megiſtanas ſauire cœpit.*

E qui-

E quib. Monæſes, ad Antonium confugiens, incitauit eum ad bellum Parthis inferendum: offerente auxilium Artabazo, vt Plutarchus, ſiue vt Tacitus eum vocat, Artanaſde Armeniæ Rege. Sed partim intemperantia, & amore Cleopatræ, qua cum diutius carere non poſſet, multa in belli gerendi ratione peccabat, partim Artanaſdæ fraudibus eo deniq; perductus eſt, vt præclare ſecum agi putarit, q̃ incolumem exercitum reduxit: ſæpe eo redactus, vt putaret idem ſibi, quod Craſſo, fatum imminere. (μάζοντες. Ioſephus.

Si mancipium] τὴν ὁμηρείαν ἀντὶ δουλείας ὀνο-

Accedebat] *Notandũ hic, Principes, qui ſe populis ſuis caros eſſe cupiunt, debere ſe ad eorũ mores, & ingenia accõmodare. Nam & q̃ equis, elephantis, camelis, aliiſq; animalib. præſunt, obſeruãt diligẽter, quib. illa reb. oblectẽtur ac mulceantur, quib. terreãtur, ſummoq; ſtudio illa perſequũtur, hæc vitant. Quo magis idem faciendum eſt iis, qui homines regunt.*

Raro venatu] *Cum Parthi prope aſſidui in venatione eſſe ſoleant, neq; aliis fere carnibus veſcãtur, quam ferarum, quas venando ceperunt. Suetonius in Caligula narrat ob mortem Germanici regem regum & exercitatione venandi & conuictu Megiſtarum abſtinuiſſe: idq; apud Parthos iuſtitij inſtar eſſe.*

Segni equor. cura] *Cum ipſi plurimum equitatu valeant, & in equis curãdis ſtudium omne conſumant.* ἐπιχώριον ἦν αὐτοῖς μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένοις. *Xenophon lib. 8. Cyripædias.*

Lecticæ] *quod ipſis molle & muliebre, vt eſt, videbatur. Græci comites vt otioſi nugatores, & alieni à gloria militari.*

Annulo clauſa] *Ex Romana conſuetudine ad vitãda furta ſeruorum. Plin. lib. 83. cap. 1.* Quæ fuit illa priſcorum vita, qualis innocentia? in qua nihil ſignabatur. At nunc cibi quoque ac potus annulo vindicantur à rapina. *Q. Cicero in epiſtola ad Tironem:* Plane te rogo, vt ſicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagænas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatę: ſic tu etiam, ſi quod ſcribas non habebis, ſcribito tamen, ne furtum ceſſationis quæſiiſſe videaris. *Cicero 2. de oratore:* Ridiculum eſt illud Neronianum vetus in furace ſeruo, ſolum eſſe, cui domi nihil ſit, nec obſignatum, nec occluſum. *Iuuenal. Satyra 14.*

Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal
Septembri, nec non differre in tempora cœnæ
Alterius concham æſtiui cũ parte lacerti
Signatam.-----

Sed prompti aditus.] *Cum alioqui Parthorum Reges, neq; facile ſpectandi ſui copiam facere, neque quenquam ad colloquium, ſine magno molimine admit-*

admittere ſolerent: aditusq; ad ipſos ardui ac difficilis eſſent.

Apud Dahas] *Scythiæ populos.*

Artauaſden] *Hunc Artabazum Plutarchus vocat, alij Artabanem, alij Artuaſden, eum Antonius ab illo ſe proditum putans, & iniuriam tamen diſſimulans, donec eum plane in poteſtate haberet, tandem Alexandreæ in triumpho duxit, denique habitum in cuſtodia, tandem gliſcente Actiaco bello interfecit. Strabo, Ioſephus, Plutarchus, & alij.*

Artaxias] *qui in regnum ſucceſſerat. Accuſatus eſt apud Auguſtum, traditaq; Tiberio eius vltio. ſed eum propinqui iugularunt antequam aduentaret Tiberius. Ioſephus, Dio, Zonaras.*

Nec Tigrani] *Accuſatus enim apud Tiberium, & ab eo interfectus eſt.*

Quanquam ſociatis] *vulgatum enim erat apud illos, vt ſorores fratribus nuberent.*

Artauaſdes] *Tigranis frater, Artaxiæ filius.*

Tunc Cæſar] *Agrippæ filius, ab Auguſto adoptatus, quem ex Armenia redeuntem mortuum eſſe vidimus lib. 1.*

Ob inſignem corp.] *Ariſtoteles lib. 1. Politicorum ait, ſi reperirentur homines, ea pulchritudine corporis, quã ſunt Deorum ſtatuæ, neminem dubitaturum, quis eis potiſſimum Imperium mandari oporteret. Sed & Lucretius lib. 5. ait Reges à priſcis illis hominibus delectos,* pro facie cuiuſque & vi-

ribus ingenioque. *Et quoſdam ait Euripides eſſe εἴδος ἄξιους τυραννίδος. Ariſtoteles 4. πολιτ. Æthiopas in Regibus eligendis ſequi proceritatem corporis: alias autem quaſdam gentes pulchritudinem & decorem formæ: quod poſterius Strabo tribuit Medis, & quibuſdam populis Indiæ.*

In loco.] *ſub finem huius libri. 12.*

Vt ea ſpecie] *περιφάσει.*

Tractare preliorum vias] *vt ex præteritis, de futuris conſilium ſumeret.*

Quam ſpatiis itinerum.] *videndum igitur, vt itineris labor minueretur.*

Multæ pontibus ſtratæ] *κατάστρωτοι.*

Decucurrit] *Virgil. lib. 10.*

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis vlulatuſque ore dedere.

Seruius dici negat, Decucurri, *ſed tantum* decurri.

Homer. Iliad. ψ. *οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν ἐΰτριχας ἤλασαν ἵππους. μυρόμενοι. Suetonius in Claudio.* Cæterum exercitus honorarium ei (*de Druſo loquitur*) tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die quotãnis miles decurreret. *Diuinitus deſcribitur hac decurſio lib. 5. Æneidos.*

Talia

Talia erant Equiria *quæ menſe Februario & Martio fiebant in Campo Martio, de quibus Ouidius 2. & 3. Faſtorum.*

Aliſonem] *Fluuius eſt qui in Moſellam erumpit.*

Foſſam] *Suetonius in Claudio.* Druſus in quæſturæ præturæque honore Dux Rhetici, deinde Germanici belli, Oceanum ſeptemtrionalem primus Romanorum Ducum nauigauit, tranſq; Rhenum foſſas noui & immenſi operis effecit, quæ nunc Druſinæ vocantur. *Sic* Foſſæ Marianæ *in Gallia Narbonenſi.* Foſſa Cœbulonis *à Rheno ad Moſam trium & viginti millium ſpatiō.* Foſſa Clodia *inter Ferrariam, & Venetias, & aliæ.*

Amiſiæ] *Videtur oppidum fuiſſe in Ripa Amiſiæ fluminis, quod eodem nomine cum ipſo flumine vocaretur. Vt ſæpe alias.*

Angriuarioru] *Populi ſunt Saxoniæ.*

Poſtquam digreſsi] *Virgil.* Poſt vbi digreſsi lucemque obſcura viciſsim Luna premit.

Primipilarium] *eorum qui primum pilum ducebant.*

Auguſtali] *Ita proprie vocatur tabernaculum Ducis. Quintil. lib. 8.*

Vt ordo Agminis in aciē adſiſteret] *id eſt, Vt incederent eo ordine, qui in acie ſeruandus erat,* ince-

incedebant ergo (vt alibi loquitur) ſimul itineri, & prœlio.

Sed æſtate iam adulta] ἀκμάζοντος ἤδη τοῦ θέρους.

Ad ſpem belli] *Tanquam Romanis adflictis & perculſis.*

Coercendum] *Ne per occaſionem ſuperbiret.*

Amiſsis armis] *proiectis in Mare.*

Aduerſa maris] τὰς δυςυχίας.

Patrari] Patrare *eſt perficere, Itaq; habitum eſt in obſcœnis, eodem ſenſu, quo dea Perfica. quomodo exponit Boëtius in Topica Ciceronis, Cato tamen & Salluſtius ſæpe eo vſi erant. Tale erat* ductare *Quintil. lib. 8. cap. 3. Tale aliquandiu fuit* officioſi *nomen. Seneca in declamationibus.*

Satis caſuum] *Sapientis non eſt ſæpius fortunam experiri.*

Maroboduum] *de quo multa hoc ipſo in libro dicentur.*

Improuidum] tam ſtolidum, quam nobilem, *Seneca vulgo, male, ſolido pro ſtolido.*

Facilem inanibus] χαῦνον.

Chaldæorum] *Chaldæi populi ſunt Aſſyriæ, qui primi putantur excogitaſſe rationem illam ineſcandi ſtultos, qua infatuati etiam hodie plerique, quid cuiq; euenturum ſit, è ſiderum aſpectu poſſe prænoſci putant. Cicero primo de diuinatione.* Aſſyrij propter planitiem, magnitudinemque regio-

gionum quas incolebant, cum cœlum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, Tranſitiones, motuſque ſtellarum obſeruauerunt: quibus notatis, quid cuique ſignificaretur, memoriæ prodiderunt, qua in gente Chaldæi, non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur feciſſe, vt prædici poſſet, quid cuique euenturum, & quo quiſq; fato natus eſſet. *Proculus lib. 4. in Timæū*, Θαυμασιωτάτην δὲ εἶναί φησιν ὁ θεόφραστος ἐν τοῖς καθ' αὐτὸν χρόνοις τὴν τῶν χαλδαίων περὶ ταῦτα θεωρίαν, τά τε ἄλλα προλέγουσαν, καὶ τοὺς βίους ἑκάστων, καὶ τοὺς θανάτους, καὶ οὐ τὰ κοινὰ μόνον, οἷον χειμῶνας καὶ εὐδίας ὥσπερ καὶ τὸν ἀστέρα τοῦ ἑρμοῦ, χειμῶνος μὲν ἐκφανῆ γενόμενον, ψύχη σημαίνειν, καύματα δὲ θέρους, εἰς ἐκείνους ἀναπέμπει· πάντα δι' ὧν αὐτοὺς καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινὰ προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων, ἐν τῇ περὶ σημείων βίβλῳ φησὶν ἐκεῖνος.

Magorum ſacra] *Quod ſuere in Gallia* Druydes, *In India*, Gymnoſophiſtæ, *ij apud Perſas erant* Magi, *portentoſæ cuiuſdam ſapientiæ profeſſores, qua opera quædam admirabilia effici, ſidera de de cœlo deripi, mutari fluminum curſus, mortuorum animas ab Inferis elici, morbos aliis immitti, ab aliis depelli mentiebantur. Sparſa eſt vanitas illa toto prope orbe terrarum, eo efficacius, quod ex tribus partibus conflata videbatur, quæ ſingulæ, ad permouen-*

dos

dos animos plurimum valent, religione, medicinæ, & futurorum prædictione. Ad Inuentorem Zoroaſtren refertur: quem tradit Eudoxius vixiſſe ſex millibus annorum ante mortem Platonis: multis annorum millibus ante diuinum Moſen: cui & ipſi opinionem aliquam huius nefariæ ſuperſtitionis affingere homines imprudentiſſimi conati ſunt. Eius diſcendæ cauſa Plato & Democritus longinquas admodum peregrinationes ſuſceperunt. De eius vanitate videndus Plinius cap.4.lib.26.& cap.1.ac 2.lib.30.

Somniorum etiam interpret.] *Hoc videlicet vnum reſtabat ſtultitiæ genus, vt è vanis ſomniorum imaginibus veritatem futurorum quæreremus. Repertor artificij Amphictyon quidam fuiſſe dicitur. Ac Plato quidem libro 9. de republ. animos bene compoſitos multa per quietem prouidere poſſe confirmat. Et extant tum Hippocratis, tum Ariſtotelis libelli de diuinatione per ſomnium: Et Artemidori libri aliquot* de interpretatione ſomniorum; *& Ariſtidæ Hadriani orationes de ſomniis ſuis; & Syneſij liber eiuſdem argumenti, illuſtratus commentario Nicephori Gregoræ: & apud Suidam verſus multi ad Interpretationem ſomniorum pertinentes. Sed mihi quidem probatur Ennius, qui ſe ait* non nauci habere Marſum Augurem,

Non haruſpices vicanos, non de circo
Aſtrologos,

Non

Non Iſiacos coniectores, ſomniorum Interpretes:
Non enim ſunt ij aut ſcientia aut arte diuini:
Sed ſuperſtitioſi vates, impudenteſq; harioli,
Aut inertes, aut inſani, aut quibus egeſtas imperat:
Qui ſibi ſemitam nō ſapiunt: alteri monſtrant viam:
Quibus diuitias pollicentur, ab iis dragmam ipſi petunt.
De his diuitiis ſibi deducant dragmam, reddant cetera.

Sed neque vnquam tales Impoſtores fatuis, neque talibus Impoſtoribus fatui deerunt. Semper damnabuntur, ſemper conſulentur, ſomnia pro ſomniis habenda ſunt. De Temperatura corporis noſtri è ſomniis iudicari aliquid poteſt. Alia qui è ſomniis quærit, vigilans ſomniat.

Quæ, quondam Auguſti] *Cum hac Auguſtus diuortium fecerat, pertæſus, vt ſcribit, morū peruerſitatem eius, ac ſtatim duxerat Liuiam. L. autem Scribonius, huius Scriboniæ Pater, Sex. Pompeij ſocer erat, Iuliam à patre relegatam mater Scribonia in voluntarium exilium ſecuta erat.*

Serui eadem noſcerent] *Nam & ſerui deferentes Dominos in crimine maieſtatis audiuntur. L. Famoſi*

Famoſi. D. ad leg. Iul. maieſt. quamuis alioqui teſtimonij dictionem non habeant. Ter. in Phormion. & vix aduerſus Dominos audiantur. L. vix certis. D. de Iudiciis.

Aditum poſtulat] *Secretum petit.*

Infernas vmbras] *poſſe hoc fieri, videtur quodammodo conſtare ex lib. 1. Reg. cap. 28. Vbi Pythoniſſa excitat ſpiritum Samuelis. Vide quæ hac de re ſcribit S. Auguſtinus lib. 2. ad Simplicianum quæſtione tertia.*

Libo veſte mutata] *Veſtem mutabant, atratiq; ac ſordidati in publicum prodibant, vt in luctu, ita in periculis, non rei tantum, ſed & reorum amici. Cicero pro Plancio,* Quid de his tot viris ac talibus, [dicam] quos videtis veſte mutata? *Idem in eadem.* Aderat mecum Senatus, & quidem veſte mutata, quod pro me vno, poſt hominum memoriam, publico conſilio ſuſceptum eſt. *Id. ad Quirites poſt reditum*, pro me præſente Senatus, hominumque præterea viginti millia veſtem mutauerunt.

Fratri] *Conſuli.*

Mox libellos] *Libellos enim dabant, qui alium deferebant, ſua manu ſubſcriptos, aut pro eis ab aliis, ſi forte ipſi litteras neſcirent. L. libellorum d. de accuſat. & inſcript.*

Certabantque] *Hoc genus Iudicij,* diuinationem *vocabant. Aſconius.*

Crimi-

Crimina ſe obiect. profeſſus] *Idem fecit Cicero in Verrem, & ita conatus Hortenſij eluſit.*

Viam Appiam] *Via Appia à porta Capena, quæ nunc S. Sebaſtiani dicitur, Brundiſium vſq; ducebat. Horatius:*

Brundiſium Numici melius via ducat, an
Appi.

Per tormenta] *Nam ſeruis, niſi tortis, fides non habebatur.*

Quæſtio in caput domini] *Cicero pro Deiotaro.* Nam more maiorum de ſeruo in Dominum, ne tormentis quidem quæri liceat: in qua quæſtione dolor veram vocem elicere poſsit etiam ab inuito; exortus eſt ſeruus, qui, quem in equuleo appellare non poſſet, eum accuſet ſolutus. *Idem pro Milone*, Maiores noſtri in dominum de ſeruo quæri noluerunt, non quia non poſſet verum inueniri: Sed quia videbatur indignum eſſe, & Dominis morte ipſa triſtius. *Idem Partitionibus*, Maiores noſtri cum de ſeruis in Dominos quæri noluiſſent: de inceſtu tamen & cõiuratione, quæ facta me Conſule eſt, quærendum putauerunt. *Cauſa erat, quia, vt Cato dicere ſolebat*, Quot ſerui, tot hoſtes. *Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 11.*

Mancipatri] *Mancipatio, certum genus alienationis, quod fiebat Libripende, & quinque te-*

ſtibus præſentibus. Vlpianus lib.19. Boëtius in Topica.

Actori publico] *Sic in tertio.* Seruos quoque Silani actor publicus mancipio acceperat. *Actores autem, id eſt, διοικητὰς, συνδίκους, Reipub. olim ſeruos fuiſſe, conſtat vel ex tit. qui extat lib.11. Codicis. Ne quis liber inuitus actum gerere cogatur.*

Scilicet vt in Libonem] *Hinc optime intelligi poteſt, id, quod traditur in l. contra legem, cum l. ſeq. dig. de legib. Tale eſt quod de Tiberio Suetonius tradit,* Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet Virgines ſtrangulari, vitiatę prius à carnifice, dein ſtrangulatæ. *Quod in Seiani filiola factum narrat Tacitus lib.5.*

Poſterum diem reus petiuit] *Comperendinati rei prope pro damnatis habebantur. Comperendinationẽ enim ij fere tantum petebant, qui aut exilio, aut morte voluntaria præuenire condemnationem volebant. Si enim ita ſe purgauerat reus, vt omnia quæ ſibi obiecta erant, diluiſſe videretur, ſtatim abſoluebatur. Comperendinabatur, cum ſatis munita defenſio non erat.*

Duos ictus in viſcera direxit] *Seneca epiſt. 71.* Scribonia grauis fœmina, amita Druſi Libonis fuit Adoleſcentis tam ſtolidi, quàm nobilis, maiora ſperantis, quam aut illo ſæculo quiſquam ſperare poterat, aut ipſe vllo.

Cum

Cum æger à Senatu in lectica relatus eſſet, non ſane frequentibus officiis; omnes enim neceſſarij impie deſeruerant iam non reum, ſed funus, habere cœpit conſilium, vtrum conſciſceret ſibi mortem, an expectaret. Cui Scribonia, Quid te, inquit, delectat, alienum negotium agere? Perſuaſit, Manus ſibi attulit: nec ſine cauſa. Nam poſt diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, ſi viuit, alienum negotium agit.

Accuſatio tamen] *Crimen morte extinguitur, præterquam in crimine repetundarum, & certis quibuſdam capitibus maieſtatis. L. ex Iudiciorum. de accuſat. & inſcript. l. vlt. ad l. Iul. maieſt.*

Cognomentũ Druſi] *Sic poſt M. Manlium de ſaxo Tarpeio ob ſuſpicionem affectati regni deiectum, gentis Manliæ decreto cautũ eſt, ne quis deinde Manlius, Marcus vocaretur. Liu. lib. 6. Sic & Marci Antonij triumuiri Imagines decreto Senatus abolitæ ſunt: & cautum ne quis poſtea ex Antoniorum gente, Marci prænomine vteretur, Plutarchus in vita Ciceronis.*

Facta & de Mathematicis] Erat tamẽ Tiberius ipſe valde deditus Mathematicæ, perſuaſionisq; plenus, cuncta fato agi. *Suetonius.* Et hoc quoq; tempore deprecantibus ac ſe artem deſituros promittẽtibus veniam dedit. *Idem. Hac ipſa de re ita Dio lib. 57.* Καὶ μέντοι

τῷ τε Θρασύλλῳ ἀεὶ συνὼν, καὶ μαντείᾳ τινὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος, αὐτός τε ἀκριβῶν οὕτω τὸ πρᾶγμα, ὥστε ποτὲ ὄναρ δοῦναί τινι ἀργύριον κελευσθεὶς, συνεῖναί τε ὅτι δαίμων τις ἐκ γοητείας οἱ ἐπιπέμπεται καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀποκτεῖναι, πάντας τοὺς ἄλλους τούς τε ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας· εἴ τέ τινα καὶ ὁποιονοῦν τρόπον ἐμαντεύετό τις, τοὺς μὲν ξένους ἐθανάτωσε, τοὺς δὲ πολίτας ὅσοι καὶ ἔτι μετὰ τὸ πρῶτον δόγμα, δι' οὗ ἀπηγόρευσε μηδὲν τοιοῦτον ἐν τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι, ἐσηγγέλθησαν τῇ τέχνῃ χρώμενοι, ὑπερώρισε. τοῖς γὰρ πειθαρχήσασιν αὐτῶν, ἄδεια ἐδόθη. Vlpian.lib.7.de offic.proconſ. ſub tit.de mathemat.& vaticinatoribus. Extat Senatuſconſultum Pomponio, & Rufo Coſſ.factũ, quo cauetur, vt mathematicis, Chaldæis, ariolis, & cæteris, qui ſimilem artem fecerint, aqua & igni interdicatur, & bona eorum publicentur. P.Pithæus tit.15. ergo non hoc, ſed proxime ſequenti anno factum eſt illud Senatuſconſultum. vide quod de & Vitellio traditur.

Saxo deiectus eſt] *E rupe Tarpeia. Horatius.* Tu ne Syri, Damæ, aut Dionyſi filius audes deiicere è ſaxo Ciues, aut tradere Cadmo?

Portam exquilinam] *nunc porta maior vocatur.*

Cum claſsicum canere iuſsiſſent] *Notanda vetus conſuetudo, cuius meminit Varro 1.de lingua latina, & Seneca primo de Ira.*

More

More priſco aduertere] *Vt eum infelici arbori alligatum virgis cadi, & poſtremo ſecuri percuti iuberent.*

Aduertere] *Sic lib. 5.* Placitum poſthac, vt in reliquos Seiani liberos aduerteretur.

Ne veſtis ſerica viros fœdaret] *Coa & Sericæ veſtes fœminis quibuſdam permittebantur: viris indecoræ habebantur: ac ne fœminis quidem ſatis decoræ; quia per eas tota relucebant. Horatius.* Cois tibi cernere pœne eſt, vt nudam. *Ideoque eas* vitreas: *vocat Varro.* Iſtorum, inquit, Vitreæ Togæ oſtentant tunicæ clauos.

Familiæ] *numero ſeruorum.*

Contra Gallus Aſinius] *Cato hoc quaſi artificio vtebatur ad res extrahendas.*

Erat quippe adhuc frequens] *Vide ſimilem prope diſputationem apud Liuium lib. 34. de Abroganda lege Oppia.*

Aliiſque] *alij libri taleſque. Exponit hoc loco Tacitus breuiter hiſtoriam, ex qua cognoſci poteſt quantas interdum in rebus humanis vires habeat oris ac vultus ſimilitudo.*

Cn. Piſonis] *Cn. Piſo fuit memoria noſtra vir à multis vitiis integer, ſed prauus, & cui placeret pro conſtantia rigor, &c. Seneca libro primo de Ira.*

Aſinij Galli] *Qui dixerat interrogante Cæſ.*

quam partem Reipub.tueri maxime velis.filius erat Pollionis,&c.

Duodecim candidatos] *hoc & Auguſtus fecerat,& pridem faciebat Tiberius,ſed non in quinquennium.*

Agrippam ferre ad exercitus Germanicos] *Quibus, eum propter patris memoriam gratiſſimum fore intelligebat.*

Perculiſſet] *adflixiſſet,euertiſſet.*

Furatur cineres] *Vt tanto facilius perſuaderet, Agrippam Poſtumum mortuum non eſſe.*

Coram Etruriæ promontorium] *Coram ſeu Coſam, puto eſſe promontorium, quod olim* Telamon, *hodie* Mons Argentarius *dicitur. Argumento eſt, quod Coſa oppidum, cui hodie* Orbetello *nomen eſt, antiquitus in cacumine eius promontorij erat. Vulgatum autem eſt, idem nomen eſſe,& oppidis & montibus,fluuiiſq; in quibus, aut ad quos oppida ſita ſunt. At radices autem eius Promontorij eſt Portus Herculis.*

Modo nihil ſpernendum] *Nam vt tenuis ſcintilla, ſi in materiam ad ignem concipiendum idoneam inciderit, magnum incendium excitat; ſic ex tenui & exiguo principio magnæ interdum turbæ ac ſeditiones exoriri ſolent.*

Modo

Modo non omnia metuenda] *Quædam enim quæ conſumpta euaneſcerent; interdum eo ipſo creſcunt, quod non negliguntur.*

Ambiguus pudoris] *Pudebat, ſerui cauſa, commoueri. Metus erat, niſi malum naſcens opprimeretur, conualeſceret. Principiis obſtandum eſſe, medici docent.*

Quomodo Agrippa factus eſſet] *Melius, opinor, ſine interrogatione. ſignificabat autem ſe aſtu & dolo Agrippam factum eſſe, Itidem vt Tiberius aſtu & dolis Liuiæ Cæſar effectus erat.*

Haud quæſitum] *Prudentiſſime. Nam ſiue viciſſet, ſiue ignoſcere voluiſſet multos ſibi inimicos reddidiſſet. Simile quiddam narratur de Cæſare cum reperiſſet multas litteras ad Pompeium ſcriptas.* Nunc *aliquot exempla proferam ex quibus magis intelligatur, quantam vim nonnunquam habeat ſimilitudo formæ.*

1. *Semiramis Aſſyriorum regina,* Nino *viro ſuo mortuo, cum ex eo vnicum filium haberet, neque ipſa, ſi pro muliere haberetur, regni habenas tractare, propter formæ ſimilitudinem, quam habebat cum filio, ſimulauit ſe marem eſſe, &* Nini *filium: at-*

quæ ita regnum filio, donec adoleſceret, conſeruauit Iuſtinus lib.1.

2. *Cambyſe Perſarum Rege interfecto, Magus quidam, fratre Cambyſis, cui regnum debebatur, interfecto, Horopaſten fratrem ſuum, qui illius formæ formam conſimilem habebat, pro eo ſubiicit; Itaque imperauit hic ſuppoſitus Regis frater, donec re cognita interfectus eſt à ſeptem Principibus Perſarum, quorum vnus Darius in Regnum ſucceſſit. Herodotus lib.3. & Iuſtinus.*

3. *Sphendadari Magus Tanyoxaræ qui Cambyſis frater fuit, ore ſimillimus, auctor Cambyſi fuit, vt fratrem interficeret, ipſe pro Tanyoxarca ſuppoſitus, Cambyſe mortuo regnare cœpit, ſed res ſtatim patefacta eſt. ex Cteſia Perſicis ſub initium.*

4. *Andriſcus homo infimæ ſortis, propter oris ſimilitudinem, Perſei Regis Macedoniæ ſe filium fecit, Philippique nomine ſibi impoſito Macedoniam occupauit, M. Iuuentium prætorem contra ſe miſſum cum exercitu cecidit. Vix tandem à Q. Cecilio Metello Prætore, victus & in triumpho ductus eſt. Liuius libro 50. & libro 52. Florus libro ſecundo capite decimo tertio. Oroſius lib.4. Eutropius lib.4.*

5. *Quarto*

5. Quarto anno poſt hunc deuictū, alter ſiue Pſeudophilippus, ſiue Pſeudoperſes eodem modo Macedoniam inuaſit, & à L. Tremellio quæſtore deuictus eſt. Liuius lib. 53. Oroſius, Eutropius.

6. Iudæus quidam, apud Sidonios nutritus, cum ſe Alexandrum Herodis regis filium, qui à patre interfectus erat, propter oris ſimilitudinem eſſe fingeret, maximas turbas concitauit, donec in Auguſti conſpectum perductus, totam rem, propoſita impunitate detexit. Ioſephus antiquitatum lib. 13. de Bello Iudaico lib. 2. Hegeſippus lib. 2. de excidio Hieroſolymitano.

7. Quidam, qui ſe poſtea M. Silani filium eſſe dixit, cum ſe Druſum Germanici filium eſſe ſimularet, Aſiam, & Achaiam conturbauit, ſed poſtea captus eſt à Poppæo Sabino: atq; ita tumultus conquieuere. Tacitus lib. 5.

8. Seruus quidam è Ponto, aut vt alij tradidere, libertus ex Italia, cytharæ & cantus peritus, & ore Neronem referens, Aſiam & Achaiam eodem modo conturbauerat, ſed aſtu Calpurnij Aſpernatis captus & interfectus eſt. Tacitus lib. 2. annalium ab exceſſu Neronis.

9. Fugitiuus quidam Geta cum ſe Scribonianum Camerinum eadem ratione, eſſe ſimularet, Iſtriam & partem aliquam Italiæ cōcitarat, ſed tractus perductuſq; ad Vitellium, agnituſq; à Domino eſt, ſumptumq; de eo ſupplicium ſeruilem in modum. Tacitus.

10. *Anno M.CC.XXV. Exortus quidam nebulo Flandriam omnem Hannoniamq́; perturbauit. Venit peregrino primùm habitu, ac promiſſa barba, ex Silua, vt tandem cognitum eſt, Glaucona prope Valentianas, vbi Eremitam aliquandiu egerat. Hic ſe auſus mentiri Balduinum Auguſtum Iohannæ patrē, in vulgus fidem fecit; propter ſimilitudinem formæ. Confluente ad eum tumultuaria manu Iohannam ſibi obſiſtentem fugauit: nihilq́; propius fuit quam, vt Querceti eam caperet. Illa Caſtrilocum fugiens, Ludouici Francorum Regis, propinqui ſui opem implorauit. Vocatus publica fide à Rege Compendium venit: vbi ab Epiſcopo Bellouacorum publice interrogatus, vbi in verba Philippi Regis iuraſſet, vbi Baltheo eſſet inſignitus, vbi cum Maria Campana, ſponſalia celebraſſet, hærens, ſpatium ad reſpondendum petiit. Detecta fraude dimiſſus à Rege, rediit Valentianas: vbi deſertus à ſuis fugit in Burgundiam: Ibi eum captum Erardus Caſteneus eques quadringentis libris argenti Ioannæ vendidit. Tunc faſſus ſe Bertrandum Rhemenſem vocari, per omnia Flandriæ & Hannoniæ oppida traductus, cauſa cognita, ſtrangulatus eſt. Iacobus Meyer lib. 8. annalium Flandriæ.*

11. *Anno M.CC.XCII. Inuentus eſt, qui ſe pro Frederico ſecundo Imperatore pridem mortuo venditaret. Dicebat autem ſe negotiis feſſum, vt quietior viueret, ſubduxiſſe ſe oculis hominum, & ſuppoſuiſſe mor-*

mortuum, qui pro ſe ſepeliretur. Peregrinatum autem 30. annos, nunc demum reuiſere oppida ditionis ſuæ. Tam multa autem arcana imperij proferebat, vt multis fidem faceret. Tandem comprehenſus, in Saxonia iuſſu Rudolphi Imperatoris combuſtus eſt. Crantzius lib. 8. Saxoniæ. Plura exempla hiſtorici ſuppeditabunt.

AEdes fortis fortunæ] *Vbi nunc eſt templum S. Coſmæ, propter Naumachiam. meminit Plutarchus in libro de fortuna Romanorum. Donatus in Phormionem. Horatius* Trans Tiberim longè cubat is prope Cæſaris hortos. *Suetonius & in Cæſ. & in Tiberio. P. Victor in 14. regione Vrbis.*

C. Cœlio, L. Pomponio Coſſ.] *C. Cœlius Rufus, L. Pomponius Conſules. male apud Dionem* C. Cœcilius.

Trecenos plebi ſeſtertios] *Duodecim aureos.*

Rex Archelaus] *Iudææ tetrarcha, rex Cappadociæ.*

Nullo officio coluiſſet] *cum tamen à ſuis apud Auguſtum accuſatus, Tiberij patrocinio vſus eſſet. Dio, Suetonius & Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico.*

Quia florente C. Cæſare] *hunc omnibus officiis coluerat.*

Mox accuſatus in Senatu] *quod nouis rebus ſtuderet.*

Simul

Simul feſſus ſenio] *& podagra.*

An fato impleuit] *Dixit ſe oſtenſurum Tiberio, neruos eſſe, &c. Dio.*

Redactum eſt] *Suetonius, & Dio.*

Centeſimæ vectigal] *Centeſimas poſtea omnino ſuſtulit Caligula.*

Antiocho Comagenorum] *in Syria.*

Pleriſque Romanum] *nobilibus:* aliis regium imperium *plebe. Ioſephus.*

Quæ ſupra memoraui] *Principio huius libri.*

Neroni vetuſtiſsimo liber.] *Poëta canit:* In veteres eſto dura puella ſenes.

Germanico alienatio patrui] *Octauia maior Augusti ſoror, Antonio nupſerat, & ex ea ſuſceperat Antoniam minorem, matrem Germanici. Antonius ergo erat auus maternus Germanici: Auguſtus eiuſdem auunculus maior.*

Ac vacui] *libri vet.* vacuæ.

Sed Maroboduum] *Sueuorum regem.*

Sennones] *vicini Hermunduris.*

Ac Langobardi] *gens etiam Germana ferocitate ferocior. Velleius. Centum pagis habitabat. caput Sueuorum habebatur. Tacitus.*

Fugacem Maroboduum] *vide dictum Antalcidæ in Ageſilaum apud Plutarchum in Lycurgo.*

Herciniæ latebris defenſum] *Dierum hæc ſexaginta iter occupabat. Pomp. Mela. Latitudo nouem dierum iter expedito patet. Cæſar lib. 6.*

Eodem

Eodem anno XII. celebres Aſiæ vrbes] *Maximus terræ memoria mortalium exſtitit motus, Tiberij Cæſaris principatu; duodecim vrbibus Aſiæ vna nocte proſtratis. Plinius lib.2.cap.84. Euſebius 13. fuiſſe ait, & eas nominat. Meminit & Strabo ad finem libri 12.& 13.& Suetonius.*

Magnetes à Sipylo] *Magnetes, alij ἐπὶ μαι-ἀνδρῳ. alij ὑπὸ σιπύλῳ. Strabo lib.XIII. & Plinius. Cicero in epiſt. ad Q. fratrem, Ptolemæus lib.5.*

Quique Moſœni, aut Macedones] *Moſſynocci, Strabo; Miſteni, Ptolemæus, Moſſini. Plinius Miſomacedones.*

Q.Vitellium] *Suetonius in Vitellio. Quinctus caruit ordine, cum auctore Tiberio ſecerni minus idoneos Senatores, remouerique placuiſſet. Fuit autem patruus Vitellij Imperatoris.*

Quas A.Poſtumius] *hic deuictis Volſcis, triumphans, de ſpoliorũ decimis ludos & ſacra Diis fecit 40. talentorum impendio, & ædem locauit Cereris, Liberi, Liberæque. Nam initio belli laboratum erat victus inopia, ideoq́; inſpectis libris ſibyllinis, vouerat dictator, ſi imperij ſui tempore vber prouentus eſſet, ſe illis templa ſtructurum, & annua ſacra inſtituturum. Dionyſ.lib.6. Circus autem Maximus, eſt tota illa planities inter Palatinum & Auentinum.*

Spei ædes à Germanico] *In foro olitorio.*

C.Bilius] *Antiquum nomen* C. Duilius. *ſed vt ex* duello bellum, *ex* duis, bis, *ſic ex Duilio fecere*

fecere Bilium. Cicero in oratore. Quid vero quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? Nam vt duellum, bellũ, & duis bis, ſic Duilium eum qui Pœnos claſſe deuicit, Bilium nominauerunt, cũ ſuperiores appellati eſſent ſemper Duilij. *Quintil. lib. 1. cap. 4.* Conſuetudo fecit ex duello bellum: vnde Duilios quidam dicere Bilios auſi; *& inde hic conſul ſemper in libris Polybij vocatur* λίϐι@ *corrupte pro* βίλι@. *S. Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinianum.* Duilius qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliam Virginem duxit vxorem, *vbi Petrus Ciacconus homo admirabili doctrinæ copia praditus, è veteribus libris, non* Diulius, *ſed* Bilius, *legit, &* Biliam *eadem gente qua virum ſuum fuiſſe ortam indicat.* Duilium *tamen ſæpius legas. Cicero de ſenectute.* C. Duilium M. F. qui Pœnos claſſe primus deuicerat, redeuntem à cœna ſenẽ, ſæpe videbam puer. Delectabatur cereo funali & tibicine: quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat. tantum licentiæ dabat gloria. *Ammianus lib. 26.* Duilium accepimus veterem poſt glorioſa illa naualis rei certamina id ſibi ſumpſiſſe, vt tibicine lenius præcinente rediret ad ſua poſt cœnam. *At Liu. lib. 17. eum illi perpetuo honorem habitum eſſe narrat.*

In

In faſtis quoq; Capitolinis & in fragmento nuſquã extat nomen integrum. Horatius.

Bilius in fauſta ſullæ gener

Si qua de Auguſto] *At Dio contra, ait omnes, ita volente Tiberio, impietatis accuſatos, non modo qui in ipſum, matremue quicquã ſequius feciſſe aut dixiſſe arguerentur, quæſtioneſq; ea de cauſa de ſeruis in capita dominum habitas: & liberorum etiam ac ciuium torta corpora: magniſq; præmiis affectos accuſatores.*

Adulterij grauiorem pœnam] *Ex veteri lege Romuli vir vna cum cognatis vxoris de vxore cognoſcebat. Dionyſius lib.2. Liuius lib.39. exemplum lib.48. de Publicia & Licinia. vide Cuiacium lib.6. obſeruat.cap.11.*

Per Vexilla & Turmas] *ſingulis Centuriis ſingula vexilla erant. Turma eſt equitum 32.*

Sed Muſulanorum dux] *Moſulani Promontorium eſt, & emporium haud procul ab Africa deſerta. Ptol. Moſſylicum vocat Plinius.*

Cinithios] *Lege Cinipbios. Sunt autem populi minoris Africæ. Silius.* Ciniphiæque globos dubitarem irrumpere turmæ. *Idem;* Tum primum caſtris Phœnicum tendere ritu Cyniphij didicere Macæ. Squalentia barba ora viris, humeroſque tegunt velamine capri Setigero, panda manus eſt armata Cateia.

Modi-

Modicam manum] Exigui numero, ſed bello viuida Virtus. *Virgil. lib. 5.*

Metu eluderent] *aſtu Rhenanus male.*

Vrbem Achaiæ Nicopolin] *Nicopolis quæ & Ambracia dicitur, queq; exſtructa eſt ab Auguſto poſt Antonium & Cleopatram victos, in Amphilochia eſt, nõ in ea quæ vere ac proprie Achaia dicitur, quæ eſt in Peloponneſo, ſed totam illam oram inter Macedoniam & Peloponneſum, veteres interdum Achaiæ nomine comprehendebant. Sita autem eſt Nicopolis ad Sinum Ambracium, exaduerſum Actio Promontorio.*

Manubias] *Ex quibus templum Apollini ſtruxit Auguſtus, ludoſq; quinquennales inſtituit. Sueton. in Auguſto cap. 18.*

Auunculus Auguſtus] *Magnus frater auiæ maternæ.*

Vt vno lictore] *Cum ſex lictoribus vti poſſet. At Suetonius in Caligula, ait Germanicum libera & fœderata oppida ſine lictoribus adire ſolitum.*

Quæſitiſsimis honoribus] *Verbum Salluſtianum è ſecundo hiſtoriarum.*

Tramiſit Lesbum] *per mare Argæum.*

Perinthumque] *Quæ hodie Heraclia.*

Ac Byzantium] *quæ hodie Conſtantinopolis.*

Propontidis] *ſinus eſt inter Ægeum & Euxinum.*

Os ponticum intrat] *ςόμα πόντυ.*

Samo-

Samothracum aliaque] *Samothrace eſt Inſula in mari Ægeo oppoſita Thraciæ. In ea fiebant myſteria Corybantum, quos & Cabiros, & Telchinas, & Idæos dactylos vocabant, ſimilia orgiis Bacchi, aut Cybeles, tumultus & inſania plena, vnde* κορυβαντιᾷν *Ariſtophani in veſpis, eaq́ de cauſa vocat eam Dionyſius* κορυβάντιον ἄςυ, *magna in veneratione erant apud veteres: & qui eorum dæmonum nomina edidicerant, in terroribus ea pronunciabāt, ſeque ita putabant tutos fore. Plutarchus* πῶς ἄν τις αἴσθ. ἑαυτ. προκ. ἐπ᾽ ἀρετῇ. Οἱ ἐκμεμαθηκότες τὰ τῶν ἰδαίων ὀνόματα δακτύλων, χρῶνται, πρὸς τοὺς φόβους αὐτοῖς, ὡς ἀλεξικάκοις ἀτρέμα καταλέγοντες ἕκαστον. *Quo reſpiciens Ariſtophanes in pace, ita, conſpecto bello, vindemitorem loquentem facit.* ἄνδρες τί πεισόμεσθα; νῦν ἀγὼν μέγας. Ἀλλ᾽ εἴ τις ὑμῶν ἐν σαμοθρᾴκῃ τυγχάνει μεμυημένος, νῦν ἐστὶν εὔξασθαι καλόν. *Cur* dactyli *dicti ſint, cauſa eleganter à Diomede grammatico refertur.*

Varietate fortunæ] *Primum enim Thraces eam Inſulam poſſederant, deinde à Samiis expulſi erant.*

Veteri origine] *ſunt enim qui fanum illud Iunonis ab Argonautis ipſis dedicatum fuiſſe ſcribant. ſimulachrum factum à Smilide Euclidis filio, qui Dædali æqualis fuit. Pauſanias Achaicis.*

Vt Clarij] *Claros nauale Colophoniorum.*

In ſpecum ingreſſus] *In Apollinis Clarij ſpecu lacuna eſt, cuius potu mira redduntur oracula, bibentium breuiori vita. Plin. lib. 2. cap. 103.*

Vt mos oraculis] *Ariſtoteles in Rhetoricis, lib. 3.*

Aduerſus Sullam] *Itaque ob id Sulla Athenas diripuit Kal. Mart.*

Violenter in ſuos] *vt in Æginetas. Thucyd. lib. 2. Diodor. lib. 12. Cic. 3. de off. Ælian. lib. 2. cap. 9. Iſocr. in Panegyrico. Ariſtoteles lib. 2. Rhetoricor.*

Qualem ira & diſsimulatio gignit] *fortè, qualem iræ diſsimul.*

Publij Scipionis æmulatione] *P. Scipionem Æmilianum dicit; quem etiam eo nomine multi calumniati ſunt, Fabius quidẽ Maximus eum ad corrumpendam diſciplinam militarem natum eſſe dicebat. Liuius lib. 29. Ipſius etiam Imperatoris non Romanus modo, ſed ne militaris quidem cultus iactabatur; cum pallio crepidiſque inambulare in Gymnaſio, libellis etiam palæſtræq; operam dare. Magnam autem vim habet ad conciliandam imperatori beneuolentiam victus, cultuſq; ſimilitudo. Sic Alexander victo Dario Perſas imitatus eſt: quo facto Perſarum quidem gratiam iniit, ſed Macedonum aduerſus ſe odium concitauit. ſic Caracalla in Germania, Romano cultu depoſito, ſagulis argẽto intextis, Germano-*

norum more vtebatur, flauam etiam capiti caſariem imponens, tonſam Germanum in modum. Herodianus lib. 4.

Alexandriam introiſſet] *Suetonius.* Quod vero Alexandriam, propter immenſam & repentinam famem, inconſulto ſe adiiſſet, queſtus eſt in ſenatu.

Se poſuit AEgyptum] *Cum magna pars frumenti quo Populus Romanus alebatur, Alexandria veheretur, ob idq; Alexandrinæ naues cum apparuerant, magno gaudio populum afficerent, vt eſt apud Senecam epiſt. 78. Auguſtus, imperio proſpiciens vetuerat, ne quis Senator, Equeſue Roman. inconſulto Principe ingrederetur Ægyptum: quod videret, in poteſtate eius fore, fame vrgere Italiam: ſeque leui præſidio aduerſus ingentes exercitus tueri: ſimulque metuens imperio à ſumma leuitate & inconſtantia Alexandrinorum, vt auctor eſt Dio libro quinquageſimo primo. Itaque non à proconſule, aut à proprætore adminiſtrabatur Alexandria, ſed à Iuridico* δικαιοδότῃ, *& à libertis Cæſaris, qui cogendæ pecuniæ publicæ præpoſiti erant, vt eſt apud Strabonem libro decimo ſeptimo. Erat autem* Iuridicus, *eques aliquis, non tamen ex illuſtribus, & magna auctoritate præditus, vnde eſt titulus libro primo digeſtorum* de officio Iuridici Alexād. *vbi Vlpiani verba ſunt.* Adoptare quis apud Iuridicum poteſt; quia

data eſt ei legis actio, *quæ verba nullo ex loco melius intelligi poſſunt, quam ex his, quæ leguntur apud Tacitum libro duodecimo.* Diuus Auguſtus apud equeſtres, qui AEgypto præſiderent, lege agi: Decretaque eorum proinde haberi iuſſerat, ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent. *Addita erat prohibitioni ſuperſtitio, ferebatur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis litteris ſcriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam veniſſent Romani faſces, & prætexta Romanorum. Auctor Trebellius Pollio in libro de triginta Tyrannis. Alexandriam Suetonius in Veſpaſiano vocat* clauſtra AEypti, *Ammianus* verticem omnium ciuitatum, *ad finem libri vigeſimi tertij*], *vbi multa de hac vrbe narrantur cognitu digniſſima.*

A Canopo] *Strabo.* Κάνωβος δ᾽ ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σαδίοις ἀπ᾽ ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰοῦσιν, ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ μενελάου κυβερνήτου, ἀποθανόντος αὐτόθι. *Ammianus.* Canopus in duodecimo diſiungitur lapide, quem vt priſcæ memoriæ tradunt, Menelai Gubernator ſepultus ibi cognominauit. Ibi vnum eſt ex ſeptem oſtiis Nili dignitate Alexandrino proximum. *Plinius. Vide Ariſtidem in Oratione Ægyptiaca. Æſchylus* ἐστὶ πόλις κάνωβος ἐσχάτη χθονός, *hic Canobus à ſerpente, qui* αἱμόῤῥους *vocatur.*

tur, morſus interiit, Nicander in Theriacis. Ælianus de hiſtoria animal. libro decimo quarto, capite decimo tertio. Huius ſerpentũ meminit, & Dioſcorides libro ſexto, & Galenus libro de theriaca ad Piſonem.

Qua tempeſtate] *Sic Cic. 2. de orat. Qua tempeſtate Paris Helenam, &c.*

Græciam repetens] *vide Euripidem in Helena.*

Herculi quem] *De Hercule Ægyptio videndus Herodotus in Euterpe. Mela libro trigeſimo. Meminit & Arrianus libro vigeſimo de rebus Alexandri. Græcum Herculem ſuo poſteriorem fuiſſe amplius decem millibus annorũ Ægyptij aiunt. Diodor. lib. 1.*

Veterum Thebarum] *Theba quæ & ἑκατόμπυλος. vnde Iuuenalis.* Atque Vetus Thebæ centum iacet obruta portis. *& Dioſpolis & Heliopolis, antiquitus Ægyptus dicebatur: quod eſt nomen etiam Nili. Erat autem in Ægypto ſuperiore, quæ ex ea vrbe vocatur Thebais, eam vrbem condidit Buſiris. Ambitus Mœnium complectebatur 140. ſtadia, id eſt, viginti millia paſſuum. Strabo ait è veſtigiis conſtare eam longam fuiſſe circiter octuaginta ſtadia. Ex ea prodibant in bellum viginti millia curruum. Homerus Odyſſ. δ. οὐδ' ὅσα*

θήβας Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἔνι κτήματα κεῖται Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκοσίη δ' ἀν ἑκάστην Ἀν ἐρ ες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν. *Eam diruit Cambyſes. Videndus Herodotus libro ſecundo, Strabo libro decimoſeptimo, Diodorus in ſecunda parte libri primi.*

Septingenta millia] *Strabo* περὶ ἑκατὸν μυριάδας.

Regem Rhamſem] *Eadem dicuntur de Seſoſtride à Diodoro.*

Memnonis ſaxea effigies] *Strabo lib. 13. Plin. cap. 26. lib. 10. lib. 36. cap. 7. Philoſtratus cap. 3. lib. 6.*

Profunda altitudo] ἄβυσσοι πηγαί. *Herodotus.*

Elephantinen] *In Elephantine puteus qui indicat incrementa Nili. In Syene puteus qui indicat ſolſtitium. Ibi dum ſol in Cancro eſt, erecta corpora nullam faciunt vmbram. Lucan. lib. 2.* Atque vmbras nuſquam flectente Syene.

Rubrum ad mare] *Mela lib. 3. Rubrum mare Græcis, ſiue quia eius coloris eſt, ſiue quia ibi Erythras regnauit,* ἐρυθρὰν θάλασσαν *appellant. Philoſtratus lib. 4. affirmat vehementer cæruleum eſſe, ſed vocari rubrum à Rege Erythra.*

Forum Iulium] *Hodie. ſreius.*

Ouantes] *Nemo enim triumphabat.*

Templi

Templi Martis vltoris] *quod extruxerat Auguſtus in foro ſuo, vltus cædem patris. Ouid. 5. faſtorum. Suetonius.*

Igitur Reſcuporim] *Rhaſcupolim vocat Velleius, Appianus Rhaſcuporin.*

In ea diuiſione] *Talis prope diuiſio Numidiæ inter Iugurtham & Adherbalem.*

Violentiam] *Vinolentiam.*

Quem ſibi infenſum] *Velleius.* Qua ille prudentia Rhaſcupolim interemptorem fratris ſui filij, Cotys, conſortiſque eiuſdem Imperij euocauit? ſingulari in eo negotio vſus opera Flaccij Pomponij conſularis viri, nati ad omnia quæ recte facienda ſunt, ſimplicique virtute merentis ſemper, quàm captantis gloriam.

Ptolemæi] *Ptolemæus Philopator ex Arſinoë Ptolemæum Epiphanem ſuſcepit: quem moriens quinquennem reliquit. Eius ætas cum contemptui eſſet, cumque Antiochus Magnus auunculus Regno ipſius inſidiaretur; miſſus à S.P.Q. Roman. M. Lepidus, qui & pupillum tueretur & regnum. Polybius, Ioſephus, Iuſtinus. Sic etiam Antiochi Regis impuberi filio tres tutores miſſi ſunt à Senatu. Zonaras.*

Pyramum contendit] *Fluuium Ciliciæ; Stephanus.*

Deuotiones] κατάραι. *Eadem Dio, & Suetonius.*

Tabe obliti] *forte Tabo, & ſi hoc quoque legitur.*

Sex liberos] *Tres Mares, & totidem fœminas.*

Incoluere exteræ nationes, reges] *Sueton. Calig. capite quinto.* Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubuerſæ Deum Aræ, Lares à quibuſdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expoſiti, Quin & Barbaros ferunt, quibus inteſtinum, quibuſque aduerſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico communique mœrore conſenſiſſe ad indutias. Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & vxorum capita raſiſſe ad indicium maximi luctus. Regum etiam Regem, & exercitatione venandi, & conuictu Megiſtanum abſtinuiſſe: quod apud Parthos iuſtitij inſtar eſt.

Haud multum triginta annos egreſſum] Annum ætatis agens quartum & trigeſimũ, diutino morbo Antiochiæ obiit, non ſine veneni ſuſpicione. nam præter liuores qui

toto corpore erant, & ſpumas, quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter oſſa incorruptum repertum eſt, cuius ea natura exiſtimatur, vt tinctum veneno, igne confici nequeat. *Suetonius.* Negatur cor cremari poſſe in iis qui cardiaco morbo extincti obierint, Negatur & veneno interéptis, Certe extat oratio Vitellij, qua reum Piſonem eius ſceleris coarguit, vſus argumento, palamque teſtatus non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cæſaris cremari. Contra, genere morbi defenſus eſt Piſo. *Plinius lib. 11. cap. 37.*

Relinquendum etiam rumoribus tempus] *παύει γὰρ ὀργὴν ὁ χρόνος. Ariſtoteles 2. Rhetor. & Cleon. apud Thucydidem lib. 3. ait, τὸ χρόνον διατρίβειν ἐμποιεῖν, πρὸς τῶν ἠδικηκότων μᾶλλον ἐστί. Dictum Philocratis. Ὅταν ἄλλον ἴδω διαβεβλημένον, &c. Plutarchus in Pelopida. εἰσήχθη μὲν οὖν πρότερος εἰς τὸ δικαστήριον, Πελοπίδας. διὸ καὶ μᾶλλον ἐκινδύνευσεν. Ἀμφότεροι δὲ ἀπελύθησαν. Lyſias. ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ οἱ τελευταῖοι κρινόμενοι σώζονται. πεπαυμένοι γὰρ τῆς ὀργῆς αὐτῶν ἀκροᾶσθε.*

Fortuito in melius caſura] Ταυτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται. *Id eſt, Fortuna nobis ſæpe melius conſulit.*

Diem prodixiſſet] Referri diem prodictam, id eſt, anteferri religioſum eſt, *vt ait Veranius.*

ranius. Feſtus. Gellius lib.12.cap.13. Kalendasque mihi prodictas, vt intra eum diem pronunciarem. *Male vulgo, productas, Recte ergo, prolata pro pralata D.de edendo.*

Et tirone nuper intercepto] *vexillo, quod in Suriam ibat.*

Ac ſubſidiis] *quæ poſt ordines ſubſidebant. vide Feſtum.*

Legionis ſextæ] *Non falſo igitur Domitius de ea iudicauerat.*

Occanere] *Salluſtius primo Hiſtoriarum,* Iuſſu Metelli Cornicines occanuerunt.

De Druſo] *Germanici patre.*

Moliuntur] *reuellere conantur.*

Statim credita] *Suetonius in Calig. cap.6.* Salua Roma, Salua Patria, Saluus eſt Germanicus.

In monte Syriæ Amano] *Ptolemæus eum in Cilicia ponit. Cicero lib.5. ad Atticum epiſtola 5.* Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. *Ita etiam lib.2. famil. epiſt.10.*

Tribunal Epidaphne] *Plinius lib.5.cap.121. Epidaphnes ſcribit eſſe cognomen Antiochiæ. Ego regionem eius vrbis fuiſſe arbitror.*

Liuia] *Liuillam alij vocant.*

Exacta] *Lege exactum.*

Clypeus auro, & magnitudine inſignis]

Ita

Ita ſolebat oratoribus inſignibus, quod eorum muneris melior pars verſaretur in defendendo. Vnde Cicero principio Tuſculanar. vocat, ſuos defenſionum labores; *& in Verrem tantopere laborat, vt defendere potius Siculos, quam Verrem accuſare videatur. Germanicus autem & poëta & orator eximius fuerat. Ouidius lib. 1. Faſt.*

Quæ ſit enim culti facũdia ſenſimus oris,
Ciuica pro trepidis, cũ tulit arma reis.
Scimus & ad noſtras cum ſe tulit impetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui.

Idem teſtatur & Suetonius, qui eum etiam triumphalem cauſas egiſſe ſcribit, Trebellius Pollio in D. Claudio eo qui poſt Gallienum imperauit, Illi Clypeus aureus, vel vt grammatici loquuntur, clypeum aureum totius Senatus iudicio in Romana Curia collocatum eſt.

Seriphon] *Rana Seriphia; dictum Themiſtoclis apud Ciceronem in Catone.*

Sexaginta dies] *Euſtathius* περὶ χρονικῶν διαστημάτων, Ἄχρι ξ. ἡμερῶν συνεχῶν κινεῖ ὁ ἀνὴρ δικαίῳ ἀνδρὸς κατὰ τῆς γυναικὸς τὸ μοίχιμον. *id eſt, vt præferatur ceteris, & accuſet ſine inſcriptione l. pater. D. ad l. Iuliam, de adulter. Poteſt tamen poſtea agere iure extranei l. 6. C. ad Iul. de adult. vbi contra quam Euſtathius ait, Sexaginta illi dies à diuortio vtiles eſſe dicuntur.*

Actum

Actum & de ſacris Aegyptiis, Iudaicíſque pellendis] *In omni Republica bene inſtituta ſemper ſummo ſtudio prauiſum eſt, ne inter ciues eſſet varietas religionum. Itaq; ſapienter Cicero in legibus hoc ſtatim à principio ſtatuit*, ſeparatim nemo habeſsit Deos, neue nouos, ſed ne aduenas, niſi publice adſcitos, colunto. *Poſtumius conſul apud Liuium lib.39.* Quoties hoc patrũ, auorumque ætate negotium datum eſt magiſtratibus, vt ſacra externa fieri vetarent? Sacrificulos, Vateſque foro, circo, vrbe prohiberent? Vaticinos libros conquirerent, comburerentque? Omnem diſciplinam ſacrificandi, præterquam More Ro. abolerẽt? Iudicabant enim prudentiſsimi viri omnis diuini humanique Iuris, nihil æque diſſoluendæ religionis eſſe, quã vbi non proprio, ſed externo ritu ſacrificaretur. *Seruius in illud è lib.8.* Veterumne ignara deorum, Cautum fuit & apud Athenienſes, & apud Romanos, ne quis nouas introduceret religiones, nam ideo & Socrates damnatus eſt, & Chaldæi & Iudæi ſunt vrbe depulſi. *Cum igitur multi, & in vrbe & per Italiam Ægyptiis & Iudaicis ritibus dediti eſſent, eos Senatus pellendos iudicauit. Atque Ægyptij quidem omnium mortalium ſuperſtitioſiſſimi erant, vt ex Herodoto, Diodoro, Plutarcho, aliiſque cognoſci poteſt. Mihi nunc ſatis erit Iuuenalis*

lis in eam rem teſtimonio vti; cuius hæc ſunt è Satyra 15.

Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens
Aegyptus Portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus Ibin.
Effigies ſacri nitet aurea cercopitheci,
Dimidio Magicæ reſonant vbi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebæ centum iacet obruta portis.
Illic cæruleos, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam,
Porrum & cæpe nefas violare, & frangere morſu.
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur (in hortis
Numina---

Multi autem Romæ Ægyptiis ſuperſtitionibus infecti erant: colebantq; Iſin, Anubin, Serapin, Ægyptios Deos, quibus etiam templa publice poſita erant. Nam & apud Catullum improba quædam puella homines ad lecticam à Catullo commodato petit, quibus ait ſe velle ad Serapin deferri, & Tibullus ægrotans Iſidem inuocat, ſuamq; Deliam, ſacra illi, & ſæpe feciſſe commemorat, & porro facturam pollicetur.

Quid

Quid tua nunc Iſis, mihi Delia, quid mihi
proſunt,
Illa tua toties ſiſtra repulſa manu?
Quidue pie dum ſacra colis,pureq; lauari
Te memini,& puro ſecubuiſſe toro?
Nunc Dea, nunc ſuccurre mihi, nam poſſe
mederi,
Multa docet templis picta tabella tuis.
Vt mea Votiuas perſoluens Delia noctes,
Ante tuas lino tecta fores ſedeat.
Biſq; die reſoluta comas,tibi dicere laudes
Inſignis turba debeat in Pharia.

Propertius.

Triſtia iam redeunt iterum ſolennia nobis
Cynthia iam noctes eſt operata decem.
Atq; vtinam Nilo pereat quæcunq; tepente
Miſit Matronis Inachis Auſoniis.

Ouidius.

Ne te prætereat Veneris ploratus Adonis,
Cultaq; Iudæo ſeptima ſacra viro.
Nec fuge Niligenæ Mẽphitica ſacra iuuẽcæ,
Multas illa facit,quod fuit ipſa Ioui.

Horatius.

Certe neſcio quid ſecreto velle loqui te
Aiebas mecũ, memini bene,ſed meliori
Tempore dicam. Hodie triceſima ſabba-
ta. vin' tu

Curtis

Curtis Iudæis oppedere? nulla mihi inquam
Relligio eſt. at mi. ſum paulo infirmior, vnus
Multorum: ignoſces: alias loquar.--

Iuuenalis.

Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem,
Nil præter nubes, & cœli numen adorant,
Nec diſtare putant humana carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit.mox & præputia ponunt.
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes,
Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti:
Quæſitum ad fontē ſolos deducere Verpos,
Sed pater in cauſa, cui ſeptima quæq; fuit lux
Ignaua,& partem vitæ non attigit vllam.

Sed cum vtraq; , ſiue religio, ſiue ſuperſtitio, publice ſuſcepta eſſet: quid tandem fuit quod huic Senatuſconſulto

conſulto cauſam dederit? de ſacris Iſiacis pulchram leges hiſtoriam apud Ioſephum lib.18. antiquit. cap. 4. De Paulina matrona nobili, ſub Tiberio. Iudæi cur pulſi ſint ex vrbe, narrat idem Ioſephus lib. 18. antiquit. cap. 5. de Fuluia agens. Porro Andreas Alciatus lib. 3. diſpunction. cap. 8. & in titul. de decurionibus, hunc locum putat accipiendum de Chriſtianis. non recte. Idem æque inepte exiſtimat in l. generaliter. *D. de decur. nomine Iudæorum Chriſtianos intelligi. quod ceteris omiſſis, tribus tantum argumentis, refellam.*

I. *Tiberius Chriſtum non oderat, ſed & ſupplicio affectum grauiter tulit, & retulit ad Senatum de eo referendo in numerum Deorum, &c. & ipſe, repugnante Senatu, in ſententia manſit, comminatusq́; eſt periculum accuſatoribus Chriſtianorum. Tertull. in Apologetico.*

II. *Chriſtiani adhuc nulli erant, nam nomen hoc Antiochiæ primum inſtitutum eſt, & hoc tempore Chriſtus nondum cœperat concionari. Actorum vndecimo.*

III. *Ioſephus lib. 18. c. 5.* Κελεύει πᾶν τὸ Ιουδαῖον τῆς Ῥώμης ἀπελαυθῆναι. οἱ δὲ ὕπατοι τετρακισχιλίους ἀνθρώπων ἐξ αὐτῶν στρατολογήσαντες, ἔπεμψαν ἐς Σαρδὼ τὴν νῆσον, *hoc eſt. Iubet vniuerſos Iudæos ex vrbe pelli. Ex quibus Cōſules, delectu habito quatuor millia ex ipſis miſerunt in Sardiniam.*

In inſulam Sardiniam] *Sardiniam Florus, & ſcriptor*

ſcriptor de viris illuſtribus in Gracchis, peſtilentem vocant. Silius, triſtem cœlo. *Cicero.* Tigellium Sardum patria ſua peſtilentiorem. *Martialis.* In medio Tibure Sardinia eſt.

Capiendam virginem] *Formula hac erat; ſacerdotē veſtalem, qua ſacra faciat, quæ ius ſiet ſacerdotem veſtalem facere pro populo Rom. Quiritibus V. Q. O. L. F. ita te amata capio. Vide Gellium lib. 1. cap. 12. & Plutarchum in Numa.*

In eodem coniugio manebat] Monogamia apud ethnicos in ſummo honore eſt, vt & Virginibus legitime nubentibus vniuira pronuba adhibeatur; & item in quibuſdam ſolemnibus & auſpiciis prior ſit Vniuiræ locus. Certe flaminica non niſi vniuira eſt, quæ & flamini lex eſt. Nam duo ipſi Pontifici Max. iterare matrimonia non licet; quæ Monogamiæ gloria eſt. *Tertullianus in exhort. ad caſtitatem, Catullus.* Vos vnis ſenibus bonæ cognitæ bene fœminæ collocate puellulam. *Idem teſtatur & Feſtus.*

Qui venenum in Pyrrhum regem] *Legendus Gellius lib. 3. cap. 8. & alij.*

IN LIBRVM TERTIVM ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

NIHIL intermiſſa] *Sæuiebat quidem procellis ac turbinibus & contrariis decertantium inter ſe ventorum flatibus agitatum mare: ſed maiores irarum æſtus in Agrippinæ pectore ſæuiebant. Miſera mulier, duobus paruulis cincta, eo miſerabilioribus, quod quam miſerabiles eſſet, non ſentiebant, cuius ſe viri poſt tot labores, tot pericula, tot victorias, triumphali curru in vrbem ingredientis gloria gauiſuram eſſe ſperauerat, eius per ſummum ſcelus interempti amplexa cineres, nihil aliud quam de nece illius quam plurimum vlciſcenda cogitabat: non aliorum modo omnium, ſed ſui prope ipſius immemor, totum animum vna illa in cura ac cogitatione defixerat. Quãquam igitur aſpera hiems erat, qua tempeſtate maria claudi dicuntur, omniſq; nauigatio intermitti ſolet: ipſa tamen impatiens moræ, cui nihil longius videretur, quam dum Romam veniret,* Nihil intermiſſa nauigatione, *remis veliſque pro-*

properans, Corcyram *Inſulam aduehitur*, litora Calabriæ contra ſitam. *mirifice autem exprimit ardorem animi, quo tunc ferebatur Agrippina, quæ tantum iter, nunquam intermiſſa nauigatione, confecerit: cum tamen diuturna nauigatio etiam robuſtiſſimos viros, nedum feminas conturbare ſoleat. Homerus Odyſſ.* θ. --οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης, Ἄνδρά τε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα κάρτερος εἴη. Non etenim quidquam eſt violentius æquoris vndis, Aut quamuis robuſta magis quod pectora turbet. *Quod ſi omnis nauigatio moleſta & difficilis, tanto magis hiberna. nam æſtiua quidem minus habet incommodi: iocaturq́; Cicero, dum quodam loco ad Atticum ſcribit, magnum eſſe negotium, nauigare de menſe ſextili. Ergo ex die tertio idus Nouembris, vſq́; in diem ſextum idus Martij, maria clauſa eſſe dicebant: vt eſt apud Vegetium lib. 4. quod tempus etiam coarctatū eſt ab Imperatoribus, qui à Calendis Aprilis ad Calendas Octobris tempeſtatem ad nauigandum idoneam eſſe definierunt. l. quoties. Cod. de naufrag. & Virgiliana Dido Æneam, media hieme de nauigando cogitare miratur.* Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem, Et mediis properas aquilonibus ire per altum: Crudelis. *Sed & mare ipſum, cum fremeret, commotumq́; ac concitatum eſſet,* hiemare *dicebant. Sic Salluſtius.* hiemantibus aquis. *Sic Horatius.*

--- & atrum,

Defendens piſces hiemat mare.

Et hiemem *vocabant* tempeſtatem. *Virgilius.*

Emiſſamq; hiemem ſenſit Neptunus.

Olli cæruleus ſupra caput adſtitit imber,

Noctem hiememq; ferens.

Litora Calabriæ contra] *Quæſita orationi peregrinitas, poëtica vocum collocatione, qualis eſt illa Virgilij,* Italiam contra.

Ille paucos dies] *Longiorem enim moram, vindictæ cupiditas non ferebat, paucos igitur dies, non reficiendo corpori, non deponendæ laßitudini, ſed componendo, ac mulcendo & compeſcendo* Animo *qui totus turgebat,* inſumit, *διατείβει.*

Violenta luctu & neſcia tolerandi] *Sic libro ſuperiore.* Omnium quæ vltionem morarentur intolerans, *cum autem ſuopte ingenio excelſi erat & elati mulier animi, tũ luctus & doloris acerbitas eam violentiorem & contumaciorem reddebant. Eleganter autem dictum eſt,* neſcia tolerandi, *Quia enim quæ neſcimus, non facile facimus: idcirco quæ facere, aut quibus aſſueſcere nõ poſſumus, ea neſcire dicimur, Horatius,* Pelidæq; animum cedere neſcij, *quaſi hoc in ſcientia, & cognitione aliqua poſitum ſit, non in conformatione quadam animi ac voluntatis. Idem,* Indoctæque iugum ferre Britanniæ. *Idem; Cantabrum:* Indoctũ iuga ferre noſtra, *& de mercatore:* Indocilis

lis pauperiem pati, *& de fluuio*: Multa mole docendus aprico parcere prato.

Pars off. in principem rati, plures illos ſecuti] *cum putarent quidam ſe ea re gratiam à Tiberio inituros: eorum autem exemplum multitudo ſequeretur. Eſt hoc quoq; non vulgaris ſaliua.* Pars rati *cum eſſet vſitatius, & magis in vulgi conſuetudine poſitum,* quidam rati: *ſed dictum eſt, vt alia multa à Tacito, Virgilij exemplo.* Pars in fruſta ſecant.

Celerrimum fidiſsimumq; adpulſu erat] *celerrimum quidem, quia ex Græcia, & Aſia Romam petentibus, rectus eſt Brundiſium curſus*: fidiſsimũ *autem, propter pulcherrimũ & tutiſſimum portum, quẽ Florus* inclytum *vocat, & de quo olim Ennius.* Brundiſium pulchro præcinctum præpete portu. *De eo videndus Strabo lib. 6.* Proxima maris. *Legendum* mari. Quaque, *id eſt, quacunq;. ſic* quiſque *pro* quicunque. Longe erit à primo quiſq; ſecundus erit.

Silentione an voce] *quorum vtrumlibet magni doloris ſignificationem habet. Magnus enim dolor interdum clamores exprimit, interdum eos tanquam præcluſis faucibus comprimit.*

Succeſsit] *portum ſubiit non alacri, vt adſolet remigio. Solent enim qui ex longa nauigatione portum, quem petebant vident, terram ſalutare, & multas lætitiæ ſignificationes dare. Virgil. in 3.* Italiam,

Italiam,primus,cõclamat Achates. Italiam læto ſocij clamore ſalutant.

Duobus cum liberis] *Caligula & Druſo. Nero enim Romæ manſerat.*

Feralem vrnam] *Quidquid ad mortuos pertineret,* ferale,*vocabant.*

Defixit oculos] *Ita omnium oculos in ſe conuertit, vt nemo vſquam alio intueretur.*

Neque diſcerneres] *artificioſiſſime conformata ſententia : nam cum dixiſſet æquum fuiſſe omnium fletum, æquam lamentationem : deinde exceptionem quandam adderet ; dicturus videbatur ; eos tamen qui cum Agrippina erant, immoderatiores ceteris in lugendo fuiſſe, quo propius ad eos quam ad illos qui obuiam venerant, caſus Germanici pertinebat. At ille in contrarium vertit.* Niſi, *inquit*, quod comitatum Agrippinæ longo mœrore feſſum, obuij & recentes in dolore anteibant, *παρὰ προσδοκίαν.*

Magiſtratus Calabriæ] *Municipales duumuiri, quinq; viri, & ſimiles.*

Igitur tribus, &c. vſque ad illum locum: Druſus] *Quod hic obſeruari cupio, leue fortaſſis alicui videbitur : ſed niſi me vehementer fallit animus, ad ornatũ orationis, & ad rem ſub oculos ſubiiciendam, mirifice pertinet. Videmus hic Tacitum, ſæpe vſum eo caſu verborum, quo diutina quadam repre-*

ſenta-

ſentatio indicatur quem Græci ob id παραστατικὸν *vocant. Talia enim ſunt.* Portabantur, præcedebant, cremabant, teſtabantur. *Hoc ego ſingulari quodam artificio factum iudico. Quod vt magis intelligatur, iiſdem vocibus, mutato tantum verborum tempore, hæc omnia efferamus: iacere languidam, & granditatis &* ἐναργείας *expertem orationem videbimus, quæ nunc totam illam feralem pompam ante oculos conſtituere videtur. Sit igitur vbi,* Portabantur, portati ſunt, *pro;* Præcedebant, præceſſerunt: *eodemq; modo* cremarunt, & teſtati ſunt. *Quis non videt quantula mutatio, quantum de dignitate ac pulchritudine orationis detrahat? Quod ne quis vt nugatorium aliquid & ioculare contemnat, ſciat, eodem fere modo, oſtendiſſe Gellium lib. 10. cap. 3. quantum inter vetuſtiores oratores, & M.* Ciceronem *intereſſet. C. enim Gracchum, qui primus animaſſe quodam modo latinam eloquentiam creditus eſt, in oratione* de legibus promulgandis, *cum M. Marium & quoſdam ex municipiis Italicis honeſtos viros, virgis per iniuriam à magiſtratu populi Rom. cæſos eſſe quereretur, ita dixiſſe;* Nuper Theanum Sidicinum conſul venit. Vxorem dixit in balneis virilibus lauari velle. Quæſtori Sidicino, M. Mario datum eſt negotium, vti balneis exigerentur qui lauabant. Vxor renunciat Viro, parum cito ſibi balneas tra-

ditas eſſe, & parum lautas fuiſſe. Idcirco palus deſtitutus eſt in foro: eoque adactus ſuæ ciuitatis nobiliſsimus homo. M. Marius, veſtimenta detracta ſunt, virgis cæſus eſt. Caleni, vbi id audierunt, edixerunt, ne quis in balneo lauiſſe vellet, cum Magiſtratus Rom. ibi eſſet. Ferentini ob eandem cauſam, Prætor noſter, quæſtores arripi iuſsit, Alter ſe de muro deiecit: alter prehenſus & virgis cæſus eſt. *Citat & alium cõſimilem ex eodem Graccho locũ.* His annis paucis ex Aſia miſſus eſt, qui per id tempus magiſtratum non ceperat, homo adoleſcẽs pro legato, is in lectica ferebatur, ei obuiam bubulcus de plebe Venuſina aduênit, & per iocum cum ignoraret qui ferretur, rogauit, num mortuum ferrent. vbi id audiuit, lecticam iuſsit deponi, ſtruppis, quibus lectica deligata erat, vſque adeo verberari iuſſit, dum animam efflauit. *Profert & non abſimilem locum. M. Catonis Senioris, in lib.* de falſis pugnis. *vbi de Q. Thermo ita conqueritur*, Dixit à Decemuiris parum ſibi bene cibaria curata eſſe, iuſsit veſtimenta detrahi, atque flagro cædi, Decemuiros Bruttiani verberauere, videre multi mortales. *Conferte nunc cum iis hæc Ciceroniana, & eodem argumenti genere, è quinto libro accuſationis.* Cedebatur virgis in

medio

medio foro Meſſanæ ciuis Romanus, cum interea, nullus gemitus, nulla vox illius miſeri, inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur, niſi hæc, Ciuis Rom. ſum, Hac commemoratione ciuitatis omnia ſe verbera depulſurum, cruciatumque à corpore deiecturum arbitrabatur: *Vix quiſquam niſi facto periculo, crediderit verba illa παραστατικὰ quãtum virium addant orationi.*

Præcedebant ſigna] *vt Dracones, aquilæ, & ſimilia, non nitida, & preterſa, & fulgentia, corollis laureis ornata, vnguentis delibuta,* ſed incompta *& ſqualentia.* Verſi *ad terram* faſces, *Ouidius de morte Druſi.* Quos primum vidi faſces in funere vidi, Et vidi verſos indiciumque mali. *Virgil.* Et verſis Arcadis armis *nonnunquam etiam eos frangebant. Ouidius.* Conſul init fractis mærentem faſcibus vrbem.

Atque vbi colonias tranſgrederentur, atrata] *id eſt, pullis, & lugubribus veſtibus amicta,* plebes *antiquus nominatiuus pro plebs.* trabeati equites, *vt à plebe diſcernerentur, pompamq; illam auguſtiorem & maieſtatis pleniorem redderent, Erat autem trabea, toga purpureis trabibus intexta, qua antiquitus reges vtebantur Virgilius de Romulo.*

Ipſe Quirinali lituo, paruaque ſedebat
Succinctus trabea.

Ouidius.

Hoc jgitur vidit trabeati cura Quirini.

Claudius.

Ille diu miles populus, qui præfuit orbi,
Qui trabeas, & ſceptra dedit.

Vtebantur ea Romæ conſules, vtebantur triumphãtes. Græci ἁλουργίδα vocant. Equites autẽ trabeam ferebant, idibus Iuliis, cum tranſueherentur, idq́ ex Q. Fabij Maximi inſtituto. vt tradit Valerius lib. 2. cap. de inſtitutis antiquis: & extra vrbem in ducendis funeribus principum, vt ex hoc loco intelligitur.

Veſtem] *Precioſæ veſtis magnam vim cremare in funeribus ſolebant. Credo vt ſignificarẽt, alia iam ſibi omnia vilia eſſe, amiſſo eo quem lugebant. Virgilius in funere Miſſeni.*

Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt.
Purpureaſq; ſuper veſtes, velamina nota.
Coniiciunt.

Statius 11. ſiluarum.

----Quid ego exequias & prodiga flammis
Dona loquar? mæſtoque ardentia funera luxu?
Quod tibi purpureo triſtis rogus aggere creuit.

Idem in Epicedio Priſcillæ.

----Altis

Ipſa

Ipſa toris Serum, Tyrioque vmbrata recumbit
Tegmine.

Siluius lib.10. in funere L. Æmilij Pauli

------ Fulgentia pingui
Murice ſuſpirans, inicit velamina, & auro
Intextam Chlamydem, ac ſupremo affatur honore.

Odores] *Hi quoq; incendi ſolebant.*

Tibullus.

Non ſoror Aſſyrios cineri quæ dedat odores. *Propertius.*

Cur nardo flammæ non oluere meæ?

Statius.

Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes, Phariique, palam eſt vidique liquores,
Arſuram lauere comam.

Idem.

--- Odoriferos exhauſit flamma Sabæos,
Et Cilicum meſſes, Phariæque exempta volucri
Cinnama, & Aſſyrio manantes gramine ſuccos. *Idem.*

--------- tu largus Eoa
Germina, tu meſſes Cilicumque, Arabumque, ſuperbis
Merge rogis. *Idem.*

Idem.

--omne illic ſtiparum examine longo,
Ver Arabum Cilicumque fluit, floreſque Sabæi,
Indorumque arſura ſeges, præreptaque templis
Iura, Palæſtini ſimul, Hebræiq; liquores.
Coryciæq; comæ, Cynareiaq; germina.

Sollemnia] *νόμιμα*, Etiam quorum, *non ij modo quorum oppida præteruehebatur funus, ſed ij quoque, quorum oppida*, diuerſa, *id eſt, deuia erant, obuiam tamē proficiſcebantur & pro copiis pompam illam cohoneſtabant*. Dis manibus, *vt eos placatos ac propitios Germanico efficerēt, aut fortaſſe dis manibus ipſius Germanici.*

Druſus T.P.eſt] *Iter vnius diei, vt poſtea dicet.* Cum Claudio fratre, *Qui poſt Caligulam imperauit.*

Lib. G. Q. I. V.] *Neronem dicit, qui in vrbe manſerat & tres ſorores. Hic Nero, vna cum Druſo fratre, criminante Tiberio, hoſtis à ſenatu iudicatus eſt. Suetonius.*

Coſ.] *Meſſalinus & Cotta.* Lætam. *eſt igitur hoc quoq; nomen τῶν ἐπαμφοτεριζόντων; Lætus erat Germanici morte Tiberius. Germanici mors læta Tiberio erat.* Male diſsimulari, *ita diſsimulari lætitiam ex Germanici morte conceptam, vt emineret tamen ac ſe proderet.*

Tiberius

Tiberius atq; Auguſta.] *Duas cauſas proponit, propter quas Tiberius & Auguſta ſubtraxerunt ſe oculis populi, neq; per eos dies, ſui copiam fecerunt: alteram ipſis honeſtiorem: alteram vt mea quidem opinio fert, veriorem.*

Matrem Antoniam] *Tres hic quoq; cauſſas proponit, cur Antonia Germanici mater abſtinuerit publico: quarum nulla eſt, quæ non aliquam probabilitatis ſpeciem habeat: poſtrema tamen omnium maximam: neq; ipſe diſsimulat, eam ſibi veriſimillimam videri.*

Apud auctores rerum] *Ita vocabant nobiles hiſtoriarum ſcriptores. ſic hoc ipſo in libro:* C. Saluſtius Romanũ rerum florentiſsimus auctor.

Diurna actorum ſcriptura] *diaria, ſiue ephemeridas ſignificat: quas qui ei muneri præfecti erant, diligentiſsime conficiebant & in eis perſcribebant, quid quoq; die memorabile actum foret:* materiam hiſtoriæ *Suetonius in Caligula cap. 41. Extat talis ſcriptura in pleriſq; libris,* actorũ diurnis *vulgo, ac diurnis, tituliſque operum dicuntur, &* acta diurna. *Tacitus lib. 13.* Cum ex dignitate populi Romani *(repertum)* ſit, res illuſtres annalibus, talia diurnis vrbis actis mãdare. *Erãt & acta ſenatus. Suetonius in Cæſare dictatore,* Inito honore primus omnium inſtituit, vt

tam

tam ſenatus, quam populi diurna acta conficerentur, publicarenturque.

Super] *præter.* Tumulo Auguſti, *qui extra vrbem, in campo Martio erat.*

Vaſtus] *cum interdum tantum ſilentium eſſet, vt in vrbe, vaſtitas, ac ſolitudo eſſe videretur, interdum queſtibus & lamentationibus omnia circum ſonarent.* Plena vrbis itinera, *omnibus vndique, ad campum Martium confluentibus.* faces. *Ad Cereos efferebantur pueri, ad faces viri.* ferebantur autem faces ad ignem ſubiiciendum rogo: ſed tum quoque, cum rogus nullus eſſet, honoris cauſſa ferebantur.

Miles cum armis] *ne quis in populo tumultus excitaretur,* ſine inſignibus, *ad ſignificationem mæroris: ſimul quia iuſtitium erat. Ouid.* Iura ſilent, mutæq; tacent ſine vindice leges. Aſpicitur toto purpura nulla foro.

Quam vt meminiſſe imp. Cr.] *nam hæ voces aperte ad aliquam imperantium contumeliam pertinebant: ſed illa querentibus, metum ademiſſe videbatur, doloris magnitudo.* Nihil tamen Tiberium, *peſſime enim oderat Agrippinã, eiuſque gloriæ inuidebat, quo iniquiore animo ferebat, tãta in eam conſpirantiũ populi ſtudia.* Solum Auguſti ſanguinem. *erat enim neptis Auguſti, cum Tiberius & Liuia, quæ tunc* Auguſta *vocabatur, in eam gentem tantum adoptione veniſſent.* Iniquorum, *non obſcu-*

obſcurum eſt, quos notarent & ſignificarent iniquorum *appellatione.* fuere, *vix vnquam ita tectus princeps eſſe poteſt, vt non ſibi aliquem aditum populus reperiat, ad introſpiciendam ipſius voluntatem, ſepiat ſe licet & muniat vndequaque: nihil tam clauſum eſt, quo non penetrent multitudinis oculi, nihil tam abditum, quod non accurata & diligenti obſeruatione patefaciat. Omnia moliebatur Tiberius, vt perſuaderet dolori ſibi eſſe Germanici mortem: & erat mirifice ad penitus abſtrudēda, quæ ſentiret, tum natura factus, tum ſtudio & exercitatione aſſuefactus. Neq; tamen populo imponere potuit. Recordabantur enim eorum quæ D. Auguſtus extincto Druſo patre Germanici fecerat: quorū quoniam in Germanico nihil à Tiberio ſimile fieret, colligebāt, non tantum Germanici morte Tiberio obiectum dolorem, quantum Druſi mors attuliſſet Auguſto.*

Honora] *vt à decore, decorus, à ſonore, ſonorus, à canore, canorus, ſic ab Honore, honorus.* Ipſum quippe *Auguſtum*, Aſperrimo hiemis *Aſperrima hiemis parte*, cum triſtis hiems etiam num frigore ſaxa rumperet, & glacie curſus frenaret aquarum. *Tiberius autem ſumma celeritate ad fratrem profectus, corpus, toto itinere pedibus pregrediens, Romam vſq; peruexit:* neque abſcedentem à corpore. *Sic lib. 1.* Neque abſcedere à corpore: idque vnum ex publicis muneribus vſurpare.

Circ.

Circ.L.Cl.Iul.Q.imagines] *vt ſape alias, ſic & hoc loco librariorum error è* Liuiis, Iulios *fecit. Lege ergo* Liuiorum. *Tiberio enim & Druſo, paterna origo ex Claudiis, materna, à Liuiis fuit. adoptato in eam materno auo. Sueton. idem teſtatur & Valerius cap.4. lib.2.*

Defletum in foro.laud.pro roſtris.] *Ouid.* & voce & lacrimis laudaſti Cæſar alumnum. Triſtia cum medius rumperet orſa dolor.

Circumque nobili] *τῷ τυχόντι τῶν ἐυπατειδῶν.* Externis terris *Antiochiæ.*

Quomodo] *vtcunque, ſine vlla magna pompa.* Quanto, *legendum* quando, *ἐπειδὴ.* non fratrem, *Druſum, nam de Claudio, vix cogitabant, quem in pecudis prope potius quam hominis loco habebant, & ſciebant nō potuiſſe per ſe longius progredi: cum ita duceretur à Druſo,* vt neruis alienis mobile lignū, *& inter Aulæ ludibria, vt ait Suetonius haberetur. cui rei aliud argumentū paulo poſt reperiemus.*

Præpoſitam toro effigiem] *lege* propoſitam in toro effigiem. *Herodiani autem locum è principio libri quarti, quoniam ad hæc illuſtranda mirifice pertinet, & ſi iam vulgatus eſt, ne quid tamen deſideretur, apponam, vt à Politiano conuerſus eſt, paucis tantum quibuſdam, in quibus ille turpiter errauit, emendatis: ne cui tam multa Græca moleſta ſint.* Mos eſt Romanis conſecrare impera-

peratores,qui ſuperſtitibus filiis, vel ſucceſ-ſoribus moriuntur, quique eo ſunt honore affecti,relati dicuntur inter diuos.eſt autem tota vrbe quaſi luctus quidam feſtæ celebritati promiſcuus. Quippe functum vita corpus,ritu hominum,ſumptuoſo funere ſepeliunt. Sed ceream imaginem defuncto quã ſimillimam fingunt, eamque in regiæ veſtibulo proponunt, ſupra eburneum lectum maximum atque ſublimem,veſtibus inſtratum aureis. & quidem imago illa ad ægroti ſpeciem pallida recumbit: Circa lectum vero vtrinque magnam partem diei ſedent: à læua quidem ſenatus omnis veſtibus atris amictus; à dextra vero matronæ, quas virorum, aut parentum dignitas honeſtat: harumque nulla, vel aurum geſtans, vel ornata monilibus conſpicitur. Sed veſtibus albis exilibus indutæ, mærentium ſpeciem præbent. Hæc ita per ſeptem dies continuos faciunt medicis ad lectum quotidie accedentibus, inſpectumque velut ægrum deterius ſe quotidie habere pronunciantibus. Deinde vbi iam viſus obiiſſe diem,lectum humeris attollunt,equeſtris,ſenatoriique ordinis nobiliſsimi ac lectiſsimi iuuenes,perque viam ſacram in vetus forũ deferunt, vbi Magiſtratus Romani deponere imperium cõ-

ſueuerunt. Vtrinque autem gradus quidam ſunt ad ſcalarum ſimilitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorũ chorus eſt, è nobiliſsimis, atque patriciis: ex altera feminarum illuſtrium, hymnos in defunctum pæanaſque canentium, verendo, ac lamentabili carmine emodulatos, quibus peractis, tollunt iterum lectum, atque extra vrbem perferunt, in Martium campum, vbi quam latiſsime campus patet. Suggeſtum quoddam ſpecie quadrangula lateribus æquis aſſurgit: nulla præterquam lignorum ingentium materia compactum, in tabernaculi formam. Id quidem interius totum eſt aridis fomitibus oppletum: extra autem intextis auro ſtragulis, atque eboreis ſignis, variiſq; picturis exornatum. Supra vero alterũ minuſculum quidem poſitum eſt, ſed forma, & ornatu perſimile, ianuis, feneſtriſque patentibus. Tertium item & quartum, ſemper inferiore contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt omnium breuiſsimum, perueniatur. Poſsis eius ædificij formam comparare turribus iis, quæ portibus imminentes, noctu igne prolato, naues in tutas ſtationes dirigũt, Pharos vulgo appellant. Igitur tecto in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata & ſuffimenta

omnis generis fructus, herbaſque ſuccoſq; omnis odoratos conquirunt, atque aceruatim effundunt. Quippe, neque gens eſt, neque ciuitas, neque quis, qui honore vllo, aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſque ſuprema illa munera, principis honori deferant. Vbi vero ingens aromatum aceruus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant vniuerſi equeſtris ordinis, certa quadam lege, ac recurſu motuque pyrrhichio, numeroque in orbem decurrentibus; currus item circum aguntur, inſeſsi purpuratis rectoribus, qui perſonas ferant ducum omnium Romanorum, principumque illuſtrium. Quæ vbi celebrata ſunt, facem capit imperij ſucceſſor, eamque tabernaculo admouet, tum ceteri omnes vndiq; ignem ſubiiciunt: cunctaque illico fomitibus illis aridis, odoramentiſque referta, igni valido corripiuntur. Mox à ſummo, minimoque tabernaculo, tanquam è faſtigio quodam, ſimul cum ſubiecto igne, aquila dimittitur. quæ in cœlum creditur ipſam principis animam deferre. Ac iam ex illo vna cum ceteris numinibus imperator colitur. *Hactenus Herodianus. Conſtat autem, eorum quæ ab ipſo commemorătur, partim etiam vetuſtioribus temporibus in vſu fuiſſe,*

 alia,

alia, gliſcente, vt fit adulatione, ad imperatores omni bonorũ genere celebrandos, à poſteris excogitata eſſe.

Vel doloris imitamenta] *vetus ſcriptura,* rei doloris imitamenta, *legendum eſt,* veri doloris imitamenta.

Gnarum id Tiberio fuit] *dele verbum* fuit. *ſic lib. 1.* gnarum id Cæſari.

Monuit edicto.] Edictis *non tantum iubebant aliquid fieri, aut vetabant ne fieret, ſed monebant populum, increpabant, docebant, Horatius.* Si quis nunc mergos ſuaues edixerit aſſos, parebit praui docilis Romana iuuentus. *Sic Auguſtus totos libros veterum interdũ per edictum notos populo fecit. Sic Caligula, populum obiurgauit edicto, quod hilariter viueret. Sic Claudius, aliquando edixit, vt dolia bene picarentur, vberem enim vinearum prouentum fore. & eodem die, nihil aque facere ad viperæ morſam, quam taxi arboris ſuccum, Et meditatus edictum dicitur, quo veniam daret eſflatum, crepitumque ventris, in conuiuio emittendi. Sic edicto excuſauit iram & iracundiam ſuam, pollicitus alteram breuem & innoxiam, alteram non iniuſtam fore.*

Non enim eadem] *Principes viri quanto opibus & gloria ceteros antiſtant, tanto eſſe debent animo excelſiori, ac firmiori: neq; iu quæ hominum vita fert, ita frangi ac debilitari, vt ceteri mortales ſolent. Ouidius de morte Druſi:*

Non

Non eadem vulguſq; decēt, & lumina rerū.
Eſt quod præcipuum debeat iſta domus.
Impoſuit te alto fortuna, locumque tenere
Iuſsit, honoratum Liuia perfer onus.

Vide autem in hoc inuidiam & improbitatem Tiberij, bonis & grauibus ſententiis tectam. Non enim tam de populi dolore, quam de Germanici honore aliquid detrahere cupiebat.

Non enim eadem.] *Exigua in ſpeciem deprauatio ſcripturæ tantas tenebras offudit huic loco, vt ſententia nullo modo perſpici queat. Legendum autem hoc modo.* Non enim eadē decora principibus viris, & imperatori populo, quæ modicis domibus, aut ciuitatibus. *Comparat* principes viros *cum* modicis domibus, *negatq; vtriſq; eadem decora eſſe. Modicas enim domos infractio quadam & mollities animi non ita dedecet, quæ principibus viris ſumme indecora eſt. Comparat populum imperatorem, id eſt, populum Romanum cum ciuitatibus, id eſt, cum municipiis & aliis tenuioribus oppidis: & ait populum Romanum animo erectiori & fortiori eſſe debere. Eſt enim eadem ratio principum virorum ad modicas domus, quæ populi Romani ad ciuitates: quæ vt etiam in iure proditum eſt, priuatorum loco habentur.* Imperatorem populum, *ita dicit populum Rom. vt Virgil.* Romanos rerum dominos. *& vt Claudianus,* dominam plebem.

Et ex mœrore ſolatia] *Nam vt ait Ouidius.*
Expletur lacrimis, egeriturque dolor.

Vt quoniam D. Iulius] *recentib. exẽplis duorũ principũ D. Iulij, & Auguſti, confirmat q̃ de principib. viris dixerat. Quod aũt ad populũ Romanũ attinet, ſignificat ex vetere hiſtoria multa exẽpla depromi poſſe, quib. palã fiat eũ, nõ ſingulorũ modo imperatorũ mortes, ſed integrorũ exercituũ clades, ſed nobiles familias funditus amiſſas, magno & conſtãti animo tuliſſe. Iam principũ virorũ duũ tantũ exemplis vtitur, quoniã Romæ non plures fuerant, Tertius ipſe imperabat. Alioqui enim poterat vetere hiſtoria laudare M. Horatium Puluillum. L. Æmilium Paulum, M. Catonẽ, alioſq; multos, qui maximo animo filiorum obitum tulerant. ſed recentiorum exemplorũ maior quædam vis eſt, ad animos permouendos.*

D. Iulius] *Exponam hanc hiſtoriam verbis Senecæ, quibus. n. melius? Is ergo in cõſolatione ad Marciam ita ſcribit,* D. Cæſar cum Britanniam peragraret, nec Oceano felicitatem ſuam continere poſſet, audiuit deceſsiſſe filiã, publica ſecum fata ducentẽ. In oculis iam erat Cn. Pompeius, non æquo laturus animo, quenq̃ alium eſſe in Rep. magnũ: & modum impoſiturus incrementis, quæ grauia illi videbãtur, etiam cum in commune creſcerent, tamen intra tertium diem, imperatoria obiit munia: & tam cito dolorem vicit, quam

omnia

omnia ſolebat. *Erat autem hæc Iulia Pompeij vxor: quæ, ruinam minantis reipub. compagem, ſola vtcunq; continebat. vt præclare de ea Lucanus.*

------nam pignora iuncti
Sanguinis, & diro ferales omine tedas,
Abſtulit ad manes, Parcarum Iulia, ſacra
Intercepta manu. q̃ ſi tibi fata dediſſent
Maiores in luce moras, tu ſola furentem,
Inde virum poteras, atq; hinc retinere parentem
Armataſq; manus excuſſo iungere ferro:
Vt generos ſoceris medię iunxere Sabinæ.

Vt D. Auguſt. Er. Nep] *C. & L. de quibus lib. 1. abunde dictum eſt.*

Abſtruſerint] *recondiderint, continuerint, deuorarint.*

Clades exercituum] *vt ad Trebiam, ad Thraſimenum, ad Cannas, quo etiam tempore, cum domus prope nulla eſſet luctus expers, triginta diebus luctus ſenatuſconſulto finitus eſt, ne ſacra intermitterentur. Liuius lib. 22.*

Interitum ducum] *vt trium Deciorum, duorum Scipionum in Hiſpania, Pauli ad Cannas, Marcelli ad Venuſiam. & aliorum.*

Funditus Am. N. F.] *vt cũ trecenti ſex Fabij, cũ quinq; millibus clientium, Carmentali porta, quæ ex eo* ſcelerata *dicta eſt, egreſſi omnes in bello aduerſus Veientes cæſi ſunt: vno tantum adhuc impubere, quaſi in ſemen relicto. Liuius lib. 2.*

Princ. mort. Remp. æt. eſſe] *Præclare hunc locũ exſequitur Scipio apud Liuium lib. 28.* Quid? ſi ego morerer, mecum exſpiratura Reſpub. mecum caſurum imperium populi Romani erat? Ne iſtuc Iupiter opt. max. ſirit: vrbem auſpicato, diis auctoribus in æternum conditam, fragili huic & mortali corpori æqualem eſſe, *& quæ ſequuntur.*

Et qui ludorum Megalenſium] *Germanicus mortuus erat extremo menſe Nouembri, ludi autem Megalenſes committebantur pridie idus April. quatuor igitur menſes, à Germanici obitu effluxerant.* Ludi Megalenſes, *qui &* Megaleſia, *fiebant in honorem magnæ matris Deum. Errorem hominis eruditi Antonij Goueani, qui dixerat Megaleſia alia eſſe à Megalenſibus, & Megalenſes Ludos eoſdem eſſe cum Romanis, confutaui in Scholiis quæ in Terentium edidi, triginta ferè ab hinc annis.* Megalenſium, *liber vetus,* Megaleſium. *Fuit hæc apud veteres varietas, vt ad vocales longas quæ antecederent litteram S. alij adderent litteram* N. *alij ſine ea ſcriberent. Inde in quibuſdam libris,* thenſaurus, *in aliis* theſaurus. *Inde & in marmoribus, & in libris* Coſ. *pro* conſul. *Inde alij* totiens, quotiens, deciens: *alij eadem omnia ſine N. Inde in vetuſtis marmoribus* Meſam *pro* menſam, *&* meſem *pro* menſem *ſæpe reperias. Inde* iſitium *&* inſitium *pro eodem. ſic à* pinſendo Piſones, *ſic qui* pinſitores

tores *fuerant, facti* piſtores. Sic formonſus, aquonſus, glorionſus, *multi veterum, & qui hæc à Græcis primum fluxiſſe aiunt, nugantur. Fuit quidem & Græcis in vſu, vt, Ὀρτήσιος ab eis diceretur Hortenſius, & ὐάλης, Valens, & κλήμης, Clemens. Sed idem veteres quoq; latini factitarant. O arida & infelicia ſtudia noſtra, ſi propter has minutias minus dormiendum eſt. Equidem nucibus ludere mihi videor, cum iſta curioſius tracto.* Tum exuto Iuſtitio. *Notatu dignum eſt, quam ſæpe, quam varie, quam eleganter* exuendi *verbo vtatur Tacitus.*

Reditum ad munia] *reditum ad res, apertæ tabernæ, aperta templa, iudicia exerceri cœpta.* Illuricos ad exercitus, *quibus etiam præfuerat æſtate ſuperiori, vt priori libro dictum eſt.* Erectis, *intentis.*

Et magno queſtu] *multum querente vniuerſo populo.*

Arroganti & S. M.] *qui tanti facinoris reus, vix dignaretur ad ſe purgandum venire, & interea ſubuerteret probationes.* vt dixi, *libro ſuperiore.*

Famoſam veneficiis Martinam] *vt hic Martina operam Tiberio nauauit in tollendo Germanico: ſic* Neroni *in tollendo Britannico Locuſta. de qua & apud hunc, & apud Suetonium, & apud Iuuenalem, & certe* veneficium *videtur mulierũ peculiare vitium eſſe. Celebres ſunt venenis, ex vltima illa antiquitate, Circe, Medea, aliæq; eiuſmodi,*

& totum genus Ægyptiarum mulierum, Helena quoq; ab Homero venenorum perita inducitur, Neq; cuiquam veſtrum ignotæ ſunt Theocriti & Virgilij Pharmaceutriæ. Canidiam *autem Horatij quis ignorat? & fere vbicunq; veneficiorum aut ſuperſtitionum magicarum, ibi & mulierum mentio. Vt apud Tibullum.*

Pollicita eſt magico ſaga miniſterio, *&;*
Hanc ego de cœlo ducentē ſidera vidi, *&;*
Hæc ſe carminibus promiſit ſoluere mentem.

& apud Euripidem Hermione, queritur venenis Andromaches fieri, vt ipſa ſterilis ſit, & minus ametur à viro. vbi etiam vniuerſe pronunciat, Epiroticas omnes mulieres, venenis ſolere graſſari. Adducuntur autem ad hæc præcipue, libidine, & zelotypia, aut erga coniuges, aut erga amatores. Vnde tam crebra in omnibus libris poculorum amatoriorum *mentio, quibus alij extincti ſunt, alij in furorem acti: Quanquam lepide Afranius, vetus comicus ait, talia venena propria eſſe vetularum & deformium: adoleſcentulas enim, & formoſas, alia potentiora venena habere, quibus ſibi virorum amorem concilient. Eius verſus hi ſunt, apud Nonium:*

Si poſſent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus,
Aetas & corpus tenerum, & morigeratio

Hæc

Hęc ſunt venena formoſarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta inuenit.

Nos olim ludentes ſic græce reddebamus:

Εἰ τοὺς ἐραστὰς ἦν ἁλῶναι φαρμάκοις
Ἅπασα γραῦς πολλοὺς ἐραστὰς εἶχεν ἄν,
Νεότης δ' ἁπαλότης τε χροὸς, τό τ' εὔχαρι
Ταῦτ' ἔστιν εὐμόρφων γυναικῶν φάρμακα·
Κακοῦ δὲ γήρως φάρμακον μηδὲν πέλει.

Ita vt hiſtoria de C. Furio Creſino, quæ legitur apud Plinium lib. 18. cap. 6. facile ad formoſas mulieres accommodari queat. verba Plinij: C. Furius Creſinus, è ſeruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex ampliſsimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis, Quamobrem à Spurio. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in ſuffragium tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque vt ait Piſo bene curatam ac veſtitam, ferraméta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderoſos. Poſtea dixit: Veneficia mea Quirites hæc ſunt. nec poſſum vobis oſtendere aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliaſque & ſudores. Omnium ſententiis abſolutus eſt. *Talibus* ἴυγξι, καὶ φίλτροις *ceperat Cæſarem Cleopatra: talibusq; poſtea M. Antonium*

tonium

tonium cepit. Sed vt dicere cœperam, veneficium præcipue à mulieribus exercetur. Vnde venefica *&* triuenefica *vulgaria in mulieres, & vſitata in comœdiis conuicia. Quin etiam vera cauſa, cur Pythias in Eunucho Terentiana Chaream veneficum vocet, ea eſt, quod iactatum inter mulieres id conuicium eſſet: non eæ quas adfert Donatus. Vnde Medea apud Euripidem vniuerſe pronuntiat, mulieres, nulla magis alia in re, quam in veneficiis doctas & ingenioſas eſſe. Id cur ita ſit, non difficile eſt ad explicandum. Mulieres enim, quoniam imbecilliores ſunt, eo ſunt vindictæ cupidiores. Vlciſci autem eos à quibus ſe lædi putant, ferro ac palam, propter eandem illam naturalem imbecillitatem non queunt. Clam igitur venenis idem efficere moliuntur.*

Subita morte] *Videri ergo poterat exanimaſſe ſe, hauſto veneno, vt acerbitatem cruciatuum, quos ſibi imminere intelligebat, effugeret: Sed cum in corpore nulla ſigna ſumpti exitij extarent, non immerito homines ſuſpicari poterant, eam potius opera Piſonis extinctam, metuentis, ne tormentorum vi coacta, rem totam detegeret, aperteq; fateretur à Piſone & Plancina ſibi id mandatum fuiſſe, quod etiam Tiberij & Auguſtæ voluntate fieri dicerent.*

Quem haud fratris F.T.] *Vt quiſq; ipſe improbiſſimus eſt, ita facillime improbos eſſe alios ſuſpicatur. Ea cauſa erat, cur Piſo Druſum, non tam fratris morte doliturum, quam ſublato æmulo lætatu-*

rum

rum eſſe conſideret, Germanici enim mors indubitata Druſo imperij ſucceſſionem deſpondere videbatur. Vix autem eſt, vt quiſquam eo extincto doleat, cuius morte ingens aliquod bonum ad ſe peruenturum eſſe confidit. Itaq; ad conſolandum filium qui patri in regnum ſucceſſit, nemo non abunde diſertus eſt, vix vnquam quiſquam illorum, aut patris aut fratris natu maioris morte ita doluit, vt eum reuiuiſcere cuperet.

Haud fratris] *id eſt, non tam fratris interitu trucem. Sic Plautus Rudente.* Non ædepol piſces expeto, quam tui ſermonis ſum indigens. *Sic Vlpianus in L. pro herede D. de acquirenda hereditate,* Pro herede autem gerere, non eſſe facti, quam animi. *Scæuola in l.* His verbis, *de legatis.3.* Et Chirographis exactis, quam pecunia erogata, reuerſus in patriam. *Multos alios ſimiles locos collegit ſummus vir Antonius Auguſtinus lib.4.c.8.emendationum.*

Integrum iudicium] *non corruptum, non vitiatum, neq; ira, neq; miſericordia, neq; odio aduerſus eos qui accuſarentur, neq; charitate in ſuos.*

Sueta] *Notanda vox conſuetudo, qua Imperator reuertentes ex aliqua peregrinatione Reip. cauſa, nobiles filiosfamiliarum, munere aliquo ornare ſolitus erat.*

Quæ iacerentur] *quæ vulgo iactarentur.*

Hæc palam] *tum ad vitandam omnem ſuſpi-*

cionem

cionem conſcientiæ,tum quia nolebat vllam poteſtatem Piſoni facere,illas ſceleratas machinationes apud ſe detegendi.

Præſcripta &] *Lego* EI. *& paulo poſt pro* Tum,tamen.

Anconam] *puto legendum aut* Ancona,*aut* Anconem. *Anco enim, non Ancona dicitur. Vt Sulmō,non Sulmona, Narbo,non* Narbona, *Vibo, non Vibona.*

Oſtentauiſſet.] *Vt qui malis artibus hoc conſecutus eſſet: vt parens legionum diceretur. Videbatur ergo eis ſe venditare,ac ſalutem ſuam commendare, ſi quod periculum ingrueret.*

Vitandæ ſuſp.] *ne videretur militum opera ac ſtudio velle aliquid turbare,ac νεωτερίζειν. ſubaudiendum autem* ἕνεκα *Græco more,apud optimos quoſque ſcriptores ſatis frequenti. Sic lib.2.* Aegyptum proficiſcitur cognoſcendæ antiquitatis. *Et hoc ipſo in libro,* multa populus parauit tuendæ libertatis.

Pauidis] γνώμη. *Qui pauet,ſæpe conſilium mutat: ac fere ſemper quæ omiſſa ſunt meliora iudicat.*

Quia nauem] *Videbatur enim quodammodo inſultare Germanico, cuius cineres illic conditi erant.*

Tumulo Cæſarum] *ad eam partē campi Martij,vbi erat Mauſoleum Auguſti,nunc domus Soderinorum.* Dieq;

Dieque & Ripa Fr.] *cum vitare potius conſpectum populi deberet: cui ſe inuiſum ſentiebat.*

Magno cl.agm.I.] *Quæ omnia adrogantiam & oſtentationem potentiæ habebant.*

Alacres] *cum triſtes potius ac demiſſi eſſe deberent in tanto populi luctu, tantaq; inuidia ſua.*

Inceſſere] *Hoc quoq; verbum habet interdum quandam & faſtus, & deliciarum ſignificationem. Virgilius.* Aſt ego, quæ diuum incedo regina. *& alibi*: Et vera inceſſu patuit Dea. *Seneca ad finem libri ſeptimi quæſtionum naturalium.* Tenero & molli ingreſſu ſuſpendimus gradum. non ambulamus, ſed incedimus. *Claudianus de Gildone.* His fretus ſociis ipſo iam principe maior Incedit.

Domus foro imminens] *Ita vt nihil latere poſſet.*

Feſta ornatu] *lego,* feſto. Ornatum *autem dicit ſerta, coronas, lumina accenſa, quæ omnia etiam hodie in vſu manſerunt.*

Fulcinius Trio] *De quo libro ſuperiore dictum eſt; fuiſſe celebre inter accuſatores, illius ingenium, auidumq; fama mala.*

Contra Vitellius] *Hoc genus contentionis* diuinationem *vocabant, cum quærebant, cui potiſſimum mandanda eſſet accuſatio. Vide Aſconium in diuinat. Ciceronis.*

Nullas eſſe partes Trioni] *Lego,* Trionis.

Vt

Vt priorem vitam] *Cum enim quis publici alicuius criminis reus agebatur; non ea tantum, quæ ad illud crimen proprie pertinebant, in iudicio exponebantur: ſed & tota acta vita excutiebatur. Hinc eſt, quod primus liber accuſationis in Verrem, eſt, de anteactis, quattuor reliqui, de ipſo crimine repetundarum. Id autem eo fiebat, quod prior vita magno argumento eſt, ad crimen, aut confirmandum, aut diluendum.*

Exciperet] *ſuſciperet. Bene autem*, cognitionem *cum de facto non de iure agatur.*

Studia P.& P.] *erga Germanicum.*

Conſc. matris innexum] *Ipſum quoq; conſcium matri, eorum quæ aduerſus Germanicum facta eſſent.*

Veraque aut in.det.cæd.] *Veriſſima ſententia. Integrius & incorruptius iudicat vnus, quam multitudo. Sed hac ſpecioſa argumenta erant. Illud verius quod anteceſſit. Tiberium facinoris conſcium, ideoq; optabilem reo iudicem fuiſſe.*

Ad Senatum remittit] *hac erat vna ratio expediendi ſui.*

Maroboduum] *Sueuorum regem, de quo dictum eſt libro ſecundo.*

Prolato] *Dilato in aliud tempus.*

Vrbem introiuit] *Introeuntes autem in vrbem imperium deponebant.*

Poſtquam] *Lego*, Poſtquæ. *vt paulo infra*

hoc

hoc ipſo in libro. Sed & in vetere libro plane ita ſcribitur.

Reo T. Aruntium Fulcinium] *Quattuor oratores hic nominat Tacitus: qui cum eos ſibi patronos reus poſtulaſſet, alius alia excuſatione vſi, munus illud ſubterfugerunt. Sed quomodo in eis Fulcinius numerari poteſt? Hic enim & accuſationes, vt ita dicam, factitabat: & cum ſibi accuſandi Piſonis munus vltro depopoſciſſet, depulſus eo conatu, vt tamen anteactam vitam accuſaret, obtinuit & accuſauit: Dubium igitur non eſt, quin hoc loco ſubſit aliquid mendi. Vetus liber hoc loco non* Fulcinium *habuit, ſed* Fuſcenium, *ex qua rectæ ſcripturæ deprauatione veritas eruetur, lego igitur hoc modo.* T. Arelliũ Fuſcum; Cneium Aſinium Gallum; Aeſerninum Marcellum, Sex. Pompeium; patronos petenti. *De iis autem omnibus aliquid dicendum eſt. T. Arellius Fuſcus pater, & eiuſdem nominis filius, inter nobiles declamatores, ſæpiſſime à Seneca in libris Controuerſiarum nominantur.* Cneium, *omnibus litteris pleroſq; veterum ſolitos ſcribere diſerte teſtatur Victorinus: cum tamen frequentius Cn. duabus litteris ſcribatur. Eſt igitur* Cneius Aſinius Gallus. Cn. Aſinij Pollionis filius, *qui dicebatur retinere ferociam patris, quique ſimulante Tiberio, nolle ſe ſummæ rerum præeſſe, quæſiit ex eo, quam partem reipub. ſibi mandari vellet, vt lib. 1. dictum eſt.* Aeſerninus Marcellus, *eſt* C. Clau-

dius Marcellus Aeſerninus. *cuius & ipſius, aliquoties apud Senecam mentio. Vetus autem eſſe in Marcellorum familia* Aeſerninorum *cognomen, argumento eſt, quod Cicero lib.4. accuſationis* Marcellum *quendam* Aeſerninum *nominat. Sed &* Eprius *quidam* Marcellus *inter diſertos nominatur in lib. de oratoribus, qui Tacito tribui ſolet. Qui tamen* Eprius *nullo modo videtur idẽ eſſe poſſe, cum eo qui hic nominatur.* Sex. Pompeius *is eſt, qui cum Sex. Apuleio conſul fuit, quo anno Auguſtus exceſſit. & puto eundem eſſe, qui à Seneca vocatur* Pompeius Silo. *Eum & Ouidius, vt vitæ ſuæ auctorem ac parentem laudat. Et Valerius Maximus omnia ſe illi honorum incrementa debere profitetur.*

M.Lepidus] *Lepidi triumuiri filius. De hoc dicta quædam ſunt lib.1. & lib.4. plura dicentur.*

L.Piſo] *rei frater.*

Liuineius] *Puto primam litteram geminandam, vt ſit :* L.Liuineius, *ita enim in veteribus nummis ſcribitur.*

Quæ fiducia reo] *Imitatum ex illo Virgilij,* quæ ſit fiducia capto.

Premeret an promeret] *elegantia orationi ex ſimilitudine vocum quæſita.*

Legatum] *In Hiſpania.*

Odero, ſeponamque à domo mea] *amicitiam ei, more maiorum, renunciabo.*

Noui principis] *legendum* non vi principis.

cipis. *ſic lib.5.* Paratos ad vltionem vi principis impediri.

Defferrique] *legendum,* Differrique, *id eſt, ſpargi ac diſſeminari.*

Exin biduum] *ſemper plus temporis reo, quam accuſatori tribui ſolebat, nec immerito. Lōgiori tempore opus eſt ad ſananda vulnera, quam ad infligenda.*

Cum ſuper eum] *Diſcumbebat videlicet Germanicus, in imo loco medij lecti, qui locus erat Romanis honoratiſſimus, & conſularis. vide Plutarchum problem. tertio, lib.1. Sympoſiacôn.*

Arguentes] *ſtatim ſubiicio.* Quod haud minus Tiberius, quam Piſo abnuêre, *quæ verba paulo poſt non ſuo loco poſita ſunt.*

Scripſiſſent, expoſtulantes] *delenda.*

Gemonias] *Per has damnatorum corpora deorſum proiiciebantur. Sed & ſtatuæ. Iuuenalis.* Deſcendunt ſtatuæ reſtimque ſequuntur.

Diuellebant] *replumbabant, à baſibus, quibus affixæ atq; applumbatæ erant.*

Solita cur. corp. exſequitur] *lauat, vngitur, fricatur, extergitur, cenat.*

Flexo in mœſt.ore] *Bene* flexo. *gaudebat enim potius, ſi quis intimos eius ſenſus perſpicere potuiſſet, nullum amplius periculum eſſe, ne tota res patefieret, ſublato indice, ac mihi quidem, pro cetero Tiberij ingenio veriſimile fit, immiſſum ab eo percuſſorem fuiſſe.*

Exquirit] *vetus liber* ex . . . . . quirit. *lego*, ex filio quærit.

Atque illo] *filio.*

Codicillos] *ita vocabant, quæ non in tabulis ſcripta, ſed in charta, aut membranis, quaſi memoriæ cauſa notata eſſent.*

Quatenus] *Legendum*, Quatinus. *Hæc autẽ quid inter ſe differant, ita exponit Cornelius Fronto*, Quatenus, qua fini, Quatinus, quoniam.

Innocentiæ meæ] *Quam verum eſt illud Demoſthenis, neminem vnquam, ita vllius ſceleris manifeſtum fuiſſe, vt non ſe innocentem eſſe cõtenderet.*

Liberis meis conſulatis] *eam vnã cauſam fuiſſe puto Piſoni, cur ne moriens quidem ſcelus Tiberij detexerit, quod metueret liberis ſuis.*

Collegium conſulatus] *Vtriuſq; collega fuerat, & Auguſti & Tiberij.*

Nec quidquam poſthac rogaturus] *Vltimæ morientium preces efficaciores eſſe conſueuerant.*

De Plancina nihil addidit] *neque quo eam ſubleuaret: quam iam oderat, vt perfidam, quæ in communi cauſa defenſionem diuiſiſſet. neq; vt premeret, cum ſciret, fruſtra fore, quicquid aduerſus eam diceretur, in tanta gratia Auguſtæ.*

Poſt quæ] *Sic ſupra.* Poſt quæ reo, *&c.*

Patris quippe iuſſa] *Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris aut domini.*

Nobilitatem domus] *Calpurniæ.*

Etiam

Etiam ipſius] *graues enim à ſemetipſo pœnas exegerat; quod ad miſericordiam plurimum poſſe monet Ariſtoteles in Rhetoricis.*

Matris preces] *Nihil interdum muliebri miſericordia crudelius eſſe, noſtra quoq; ætas experta eſt. Dum paucos noxios protegant, quin omnia cædibus innocentum compleantur non recuſant.*

Expertas] *παθητικῶς, vt in illo Propertij.* Expertæ metuens iurgia ſæuitiæ.

Imagine cognitionis] *inani & aſſimulata ſpecie.*

Miſeratio, quam inuidia] *De hoc dicendi genere ſupra monui.*

Referente Cæſare] *Quidam notant, hoc eo notatum à Tacito, quod more priſco magiſtratus à iudicandi munere immunes eſſent. idq; ex prima actione in Verrem ſatis intelligi. Verum eſt, quod notatur, ſed ad hunc Taciti locum nihil pertinet: Non poterant quidem ij, qui magiſtratum gerebant, operam dare Prætori exercenti publicum aliquod iudicium: & ſi qui ſorte ducti eſſent antequam magiſtratum inirent, ſimul atque ineundi tempus venerat, amplius non erant in iudicibus, ſed alios in eorum locum ſubſortiri neceſſe erat. Ne poterant quidem ab eo prætore cui iuriſdictio obuenerat, iudices dari: ſed hic nihil tale agitur. Neque enim agebatur hæc cauſa apud prætorem, & iudices qui ſorte ducti, vt moris erat, ei in concilio adeſſent: ſed a-*

pud Tiberium & apud Senatum. & hoc eſt, quod antea dixit Tiberius. Id ſolum Germanico ſuper leges præſtiterimus, quod in curia potius quam in foro: apud Senatum, quam apud iudices, de morte eius anquiritur. *Sed quod notat Tacitus tale eſt; Conſules, ceteriq; magiſtratus, cum quid referebatur ad Senatum, non ſolebant ſententiam dicere, ſed ſententias aliorum exquirere. Id vel ex eo conſtat, quod conſul deſignatus, primus ſententiam rogabatur. Inde conſulares, prætorij, ædilitij. Ceteri ordine. Quomodo autem ij, qui iam in magiſtratu erant, ceßiſſent, aut deſignatis tantum, aut iis, qui honore aliquo perfuncti, iamque priuati eſſent? Et cum qui rogat ſuperior ſit, qui rogatur, ac dicere iubetur, inferior: quis, quæſo, conſulem rogare poterat? Qui aut non aderat (quo enim imperante veniſſet?) aut ipſe Senatum habebat. Formula rogandi hæc erat,* Dic M.Tulli, Dic C.Iuli. *Quis hoc modo conſulem compellare auſus eſſet? At Cæſare referente, qui ſuper omnes magiſtratus erat, quiq; eis omnibus imperare poterat, etiam magiſtratus eo munere fungebantur.*

Radendũ Faſtis] *vt memoria eius prorſus aboleretur. Cicero pro Sextio de Piſone & Gabinio,* Iidē conſules, ſi appellandi ſunt conſules, quos nemo eſt, quin nō modo ex memoria, ſed ex Faſtis euellēdos putet. *Valerius de Mario,* cuius ſeptem in Faſtis conſulatus leguntur. *Idem de*

Bruto

Bruto prime conſule. Quod tã vafre impreſſum oſculum, vrbi libertatem, Bruto primum in Faſtis locũ tribuit. *Lucanus*, Inſtabatq; dies, qui dat noua nomina Faſtis. *Idem*, & lætos fecit ſe cõſule Faſtos. *Idem*, Menſtruus in Faſtis diſtinguit nomina Conſul. *Plinius in Panegyrico.* Noſtra quoq; nomina addẽtur Faſtis, quibus ipſe perſcriberis. *Seneca epiſt. 105.* Honores iudicas bonũ? male te habebit, ille cõſul factus: ille etiã refectus. ringêris, quoties aliquem in Faſtis ſæpius legeris. *Tales ſunt qui è foro R. eruti, hodie in Capitolio omniũ oculis patẽt.*

Prænomen mutaret] *Sic M. Antonio mortuo, decretum eſt, ne quis ex eadem gente* Marci *prænomine vteretur. Sic M. Manlio Capitolino deiecto, ne cui Manliorum* Marco *prænomen eſſet. Plutarchus, Liuius. Sic lib. ſuperiori, ne quis Scriboniorum* Druſi *cognomentum adſumeret.*

Quinquagies Seſtertio] *puto vocẽ*, ſeſtertio, *vacare*, quinquagies centena millia ſeſtertiũ, *efficiũt more Romano ducẽta millia ſcutorũ monetæ.*

Relegatur] *Lege*, relegaretur.

M. Antonij] *è Faſtis tamen Capitolinis eraſum, & poſtea reſtitutũ fuiſſe conſtat. & ita factum ſignificat, & Cicero his verbis.* Cuius conſulatus eſt ex omni monumentorũ memoria reuulſus.

Iuli, Antonij] *ita legendum, non Iulij, de eo ſupra dictum eſt.*

Pudore abs Pl.] *Pudebat enim in alios minus culpæ affines ſeueriorem eſſe, cum in Plancinam mitis fuiſſet.*

Valerius Meſſalinus] *Alter conſul.*

Aram vltioni] *Sic ſupra,* aram adoptioni: *Sic lib. ſequenti,* aram clementiæ, aram amicitiæ. *Sic lib.15.* Poſt natam ex Poppæa prolem, aram fæcunditati. *Sic Suetonius in Caligula.* Addit etiam pro argumento aras ibi inſcriptas ob Agrippinæ puerperium.

Domeſtica mala] *Sic ob victorias ciuiles non triumphabant. Sic noſtra ætate monumenta inſignium victoriarum, ex ciuilibus bellis, primum poſita, deinde ſublata eſſe ſcimus: cum veterum inimicitiarum memoriam, quam obliuione ſepeliri ſatius foret, renouatura viderentur.*

Egreſſus repetendis auſpiciis] *τοῦ ἀνανεῶσθαι τὴν ἀρχὴν ἕνεκα. Forſitan legendum,* repetitis.

Vipſania mater eius exceſsit] *ex Pomponia Attici filia, hanc Vipſaniam ſuſceperat. Ex Marcella, aut nihil, aut non vitale. Ex Iulia, Caium, Lucium, Agrippinam, Agrippam Poſtumum, Iuliam: quæ poſt exilium viginti annorum mortua eſt, vt lib.4. refert Tacitus.*

Cum militari cuſtodia] *Vetus Iuuenalis interpres triplicem in vrbe ipſa carcerem fuiſſe tradit;* Vrbanum, ruſticum, & caſtrenſem. *Erat & ipſa Vrbe triplex carcer: Militaris; apud magiſtratus;*

ſtus; apud fideiuſſores: quæ & libera cuſtodia *dicebatur. In militari reus dextera, miles ſiniſtra manu alligari eadem catena ſolebat. Seneca de Tranquillitate vitæ,* Alligati ſunt etiam qui alligauerũt, niſi tu forte leuiorem in ſiniſtra catenam putas. *Idem epiſt. 5.* Eadem catena cuſtodiam & militem copulat. *Cuſtodiam autem vocabant & militem, & reum.* Apud magiſtratus, *vt in coniuratione Catilinæ.* Apud fideiuſſores, *Vlpianus l. 1. D. de cuſtodia reorum.*

Ne bona publicarentur] *Eorum enim quibus interdictum erat aqua & igni, bona publicabantur.*

Inluſtrium domuum aduerſa] *Sic lib. 4.* paternis aduerſis. *& in eodem,* aduerſis caſuum.

In Remp. fortuna.] *Caio ipſe optauit εὔνοιαν Πομπηΐου, τόλμαν Ἀλεξάνδρου, τύχην ἑαυτοῦ, ἀνδρείαν Σκιπίωνος. Plutarch. in Apophthegmatis, & in libro de Fortuna Rom.*

Ob impudicitiam filiæ, ac neptis] *vide Suetonium in Auguſto cap. 65. Macrobium lib. 5. Saturnal. cap. 5. Plinius lib. 21. cap. 3.* Apud nos exemplum licentiæ huius non eſt aliud quã filia D. Auguſti, cuius luxuria noctibus coronatum Marſyas litteræ illius Dei gemunt. *Sic enim lego, non, vt amicus noſter,* litteræ illius deſcribunt.

Adulteroſque eorum morte, aut fuga] *Hi fuerunt, Iulus Antonius, Quinctius Criſpinus, Appius Claudius, Sempronius Gracchus, Scipio, aliiq; minoris nominis. De pœna adulterorum legendus Cuiacius lib. 6. Obſeruationum cap. 11.*

De moderāda Papia Poppæa] *Obſeruatum à doctis eſt, magnam Romanis ſemper coniugiorum curam fuiſſe. Hinc illa Cenſoria vox:* Ex animi tui ſententia, vxorem habes? *De qua formula M. Tullius II. de Oratore, & Gellius lib. 10. cap. 20. Inde quoq; ficta lex ab ipſo Cicerone, III. de Legibus:* Cælibes eſſe prohibento. *Pœna tamen pecuniaria erat: Val. Maximus lib. 2. cap. 9.* Camillus, & Poſtumius Cēſores ære pœnæ nomine eos qui ad ſenectutem cælibes peruenerant, in ærarium deferre iuſſerunt. *Multa hac de re ſunt apud Xenophontem. D. Iulius poſt bellum Africanum, exhauſta iuuentute præmia propoſuit τῇ πολυπαιδίᾳ, vt narrat Dio li. 44. Primus Auguſtus legē tulit, & præmia pœnaſq; diſtinxit anno IƆ. CC. XXXVI. ab V. C. Ea dicta,* Lex Iulia de maritandis ordinibus. *non perlata, præ multitudine recuſantium. Eam ſignificauit Horatius in carmine ſeculari.*

Diua producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper iugandis
Feminis, proliſque nouæ feraci
Lege marita

ad quem locum vide veterem interpretem. Capita autē legis Iuliæ erant, vt cuilibet præter Senatores, & filios

filios eorum, libertinas ducere liceret: vt ſponſiones, pactioneſq; nuptiales, ne vltra biennium differrẽtur. Vt diuortiorum certus eſſet modus:& alia quæ poſtea in legem Papiam tranſlata ſunt. vide Suetonij Auguſtum cap.34. Lex vero Papia, *lata anno DCCII. Papio Mutilo, Q. Poppæo II. Coſ. lata autem per Senatum. Multa capita habuit: Vt libertinas ducere liceret omnibus præter Senatorios; Antea Decemuirali lege, neq; Patricio plebeiam, neq; ingenuo libertinam ducere fas erat. Sed prius illud multo ante abrogatum fuerat: poſterius Iulia primum, deinde Papia lege ſublatum. Vt patrono libertam ducere liceret. De tempore ſponſalium contrahendorum & differendorum. Ne mulier quinquaginta annis minor, ſexagenario nuberet, neu vir minor ſexaginta quinquagenariam duceret: Vt ne liberas ducere vel nubere, iniuria prohiberent. De interuallo à morte coniugis vel à diuortio. Lex Iulia, à morte annum vnum, à diuortio ſex menſes, Lex Papia à morte biennium, à diuortio annum & ſex menſes. De præmiis maritorum & patrum. Præmia duum generum; Honores, & commoda. Honores, honeſtior in ſpectaculis locus: Prior locus in magiſtratibus: vt in petitione præferrẽtur qui plures libros procreaſſent: vt præferrentur in ſorte prouinciarum: Vt diutius obtinerent; vt primi ſentẽtiam rogarentur: Vt gratia iis fieret in petẽdo magiſtratu, etc. Quæ capita & alij annotarũt: quos doctrina, atq; iudicio I. Lipſius noſter ſuperauit.*

Nobis

Nobis Romulus] *Hoc eſt quod ſcribit Pomponius in l. 2. De origine iuris.* Initio Ciuitatis noſtræ populus ſine certa lege, ſine iure certo primum agere inſtituit: omniaque manu à regibus gubernabantur. *Idem teſtatur Halicarnaſſeus lib. 2. Tulit tamen Romulus quoque leges quaſdam, ſed per quam paucas.*

Dein Numa] *Inſtituit enim Collegium Pontificum, Virgines veſtales, fetiales, flamines. multa templa condidit, multa ſacra, multos ritus, ac cæremonias inſtituit.*

Repertaque quædam] *deleo prius illud* que.

A Tullo & Anco] *legum ab eis latarum, nullam extare memoriam puto; niſi quod iura belli Ancus inſtituiſſe dicitur.*

Seruius Tullius] *Vt diuini iuris Numa, ita humani præcipuus auctor Seruius fuit. Cenſum inſtituit, populum diuiſit in claſſes, multas leges æquiſſimas, & vtiliſſimas tulit.*

Patrum factiones] *qui plebem oppreſſam tenebant.*

Tuendæ libert.] *Vt lex de prouocatione à magiſtratibus ad populum, quam tulit Valerius Poplicola. vt* lex Seruilia, *ne quis ciuem Rom. æris alieni cauſa vinctum aut clauſum teneret. Ne quis militis donec in caſtris eſſet bona poſſideret, aut venderet, quæ tamen neglectæ ab Appio Claudio Seruilij collega nullam vim habuerunt, leges ſacratæ.*

Creatique decemuiri] *anno CCXCIX. miſſerant tres legati in Græciam ad petendas leges, anno CCCII. creati decemuiri ad leges ferendas. Vnde primo decem, poſtea duodecim tabulæ, quas veteres mirifice commendarunt. Craſſus apud Ciceronem lib. 1. de Oratore:* Fremant omnes licet. dicam quod ſentio. Bibliothecas mehercle omniũ philoſophorum vnus mihi videtur XII. tabularum libellus, ſi quis legum fontes, & capita viderit, & auctoritatis pondere & vtilitatis vbertate ſuperare. *Eas ediſcebant pueri, vt carmen neceſſarium. Idem primo de legibus. Liuius lib. 3. ait, eas,* nunc quoq; in immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo, eſſe fontem omnis publici priuatique iuris. *Phauorinus apud Gellium ait, ſe non minus diligenter illas legiſſe, quam Platonis libros de legibus.*

Saturnini] *L. Appuleium Saturninum ſignificat, qui fuit occiſus à populo cum pœnitentiæ faceret fidem. De cuius morte Cicero in Oratione pro C. Rabirio perduellionis reo. prima in Catilinam. octaua in Antonium. Liuius lib. 69. Velleius poſteriori volumine. Plutarchus in Mario. Appianus lib. 1. de bellis ciuilibus. alij.*

Druſus] *de quo Liuius lib. 70. & 71. fuit defenſor ſenatus aduerſus Seruilium Cepionem. Repertus domi mortuus. Extat eius vox apud Florum,* nihil

ſe ad

ſe ad largitionem vlli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum diuidere vellet, aut cœlum.

Italico] *quod & ſociale dictum eſt. Florus lib.3.*

Mox ciuili] *Inter Marium & Sullam.*

L. Sulla dictator] *Reip. conſtituendæ cauſa.*

Lepidi rogationibus] qui conſul cum Q. Catulo anno Iↄ.C.Lxxv. acta Sullæ reſcindere parabat, & renouare proſcriptos, & bona poſſeſſoribus eripere. Hic pulſus, in Sardinia, morbo, ex pœnitentia interiit. *Florus. extat oratio Lepidi hac de re in fragmentis Salluſtij, & oratio Philippi, aduerſus Lepidum.*

Tribunus red. lic.] *Cn. Pompeio, M. Craſſo conſulibus. Aſconius.*

In ſingulos homines] *cum tamen & ſacratis legibus, & XII. tabulis ſancitum eſſet, vt neue priuilegium irrogari liceret, neue de capite, niſi comitiis centuriatis, rogari. Cicero pro Sextio. Vnde lex Ciceronis 3. de legibus.* Priuilegia ne irroganto. *Idem pro domo.* Vetant leges ſacratæ. vetant leges XII. tabularum, leges priuatis hominibus irrogari. id enim priuilegium eſt. *eſt eadem lex & apud Plato[illegible]*

Reddita l[illegible] *[illegible]imo Pompeij conſulatu.*

Corru[illegible] [illegible]r. leges.] *Platonicum.*

[illegible].] *Anno DCCI. petebant [illegible] Milo, P. Plautius Hypſæus, Q. Metel-*

Metellus Scipio, non ſolum largitione palam profuſa, ſed etiam factionibus armatorum ſuccincti. Cum autem diu tracta comitia conſularia eſſent, perficiq; ob eas ipſas perditas candidatorum contentiones non poſſent, & ob id menſe Ianuario nulli dum neq; conſules, neq; prætores eſſent, ac Milo quam primum comitia confici, competitores eius trahi vellent, ideoque Q. Pompeius gener Scipionis, & T. Munatius Plancus, tribb. pleb. referri ad ſenatum de patriciis conuocandis, qui Interregem proderent, non eſſent paſſi: Milo Lanuuium, vbi Dictator erat, proficiſcens Clodium occidit. Magni tumultus, aliique ex aliis interreges ſecuti. Tandem Cn. Pompeius ſine collega Conſul creatus eſt. ipſe in V. menſes extremos Q. Metellum Scipionem ſocerum, ſibi collegam cooptauit.

Auctor idem ac Sub.] *Vt illius, ne abſentium ratio in comitiis haberetur.*

Exin continua per XX. annos] *per XXIV.*

Aboleuit] *vno edicto omnia ſuſtulit.*

Pace & principe vteremur] *corruptus & mutilus locus.*

Inditi cuſtodes] Cuſtodes *ſunt obſeruatores, & delatores. Ouid. Dure vir imp. t. c. rem. Mar-* [illegible]*lis. Cuſtodes das. P. u. n. a. ipſa, &c. Iuuenalis. Sed* [illegible]*uſtodes? c. c. & ab, &c. Seneca ad Polybium,* [illegible]s animi tui ſunt. *Suetonius in Tib.* non [illegible] efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis

dinis cuſtodem factis atque dictis ſuis. *Delee autem* inditi, *& lego*: Cuſtodes etiam L.P.P.P. inducti, *& pro* viſi, vt ſi.

Vacantia] *deficientia, caduca. Erant autem præmia delatorum vltra quartas. Sueton. in Nerone cap. 10.* præmia delatorũ Papiæ legis ad quartas redegit.

V. Conſ.] *Viginti viri lecti à Tiberio ad nexus legis Papiæ exoluendos.*

Vigintiuiratus] *III. viri capitales. III. viri A. A. A. F. F. IIII. viri curatores viarum. decemuiri haſtæ. C. viralis. Dio lib. 54.*

Quinquennio maturius] *Idem de Caligula Suet. fuit annus legitimus XXIV.*

Sibi] *Dio lib. 53.*

Druſo] *Dio lib. 54.*

Forum ing. eſt] *die tirocinij, die togæ virilis. Suetonius in Nerone cap. 7. in Caligula c. 10.*

Filio Claudij] *Druſo. Suet. in Claudio.*

Quod initium Sex. Pompeius] *Sexti, eius qui in Sicilia victus eſt filius.*

M. Lepidum] *Triumuiri filium.*

Vt ſocordem] *ἀβέλτερον.*

Aſiæ ſorte] *quæ ipſi obtigerat.*

Vxor comitaretur] *Proficiſci autem Proconſulem melius quidem eſt ſine vxore: ſed & cum vxore poteſt, dummodo ſciat, Senatum Cotta & Meſſalla Coſ. cenſuiſſe futurum, vt ſi quid vxores eorum, qui ad*

ad officia proficiſcuntur, deliquerint, ab ipſis ratio, & vindicta exigatur. L. Obſeruare. D. De offic. Proconſ.

Quadraginta ſtipendia] Quadrageſimum id ſtipendium Cæcina parēdi aut imperitandi habebat. *lib. 1.*

Ad ſimilitudinem barbari inceſſus] *Germani, Galli, Perſæ, vxores, & cōcubinas ſecum in bella ducebant. vt Cæſar, Tacitus, & alij referunt.*

Per feminam] *Plancinam, de qua ſupra.*

Quæ Oppiis quondam] *Liuius lib. 34.*

Libertiq; etiam ac ſerui] *L. 2. D. De his qui ſui vel alieni iuris ſunt.*

Diem ædificationibus] *Rectè alij legunt*, editionibus.

E primoribus Macedoniæ] *Forſitan ſcriptũ erat* è pr. Macedoniæ, *hoc eſt*, è prouincia Macedoniæ.

Cotye fratre] *Scriptũ erat FR. F. id eſt, Fratris filio. Putarunt librarij eſſe*, fratre *legendum.*

In Rhaemetalcem] *Defuncto Rhemetalce Thracia diuiſa eſt inter Rheſcuporim, fratrem eius, & inter filium Cotyn. Hunc interfecit Rheſcuporis, qui poſtea Romam adductus, & damnatus eſt: Thracia diuiſa inter Rhemetalcem, filium, & liberos Cotyis.*

Odruſæque & alij] *legendum*, Odruſæque ſit alij. aut, *Odruſæq; & Aſtij. aut*, & Dij.

Vrbemque Philippopolim] *quæ antea* Poneropolis *dicta. Plinius lib. 4.* Δύλων πόλις *Straboni lib. 7.*

Andecaui] *Legendum eſt* Andegaui.

Acilius Auiola] *is qui elatus, in rogo reuixit: ſed cum ſubueniri nõ potuiſſet, viuus exuſtus eſt. Plinius, & Valerius.*

Quanto ciuitas opulentior] *Hircius ad finem librorum de bello Gallico, ait Æduorum inter Gallos ſummam eſſe auctoritatem: Idem Cæſar lib. 6.*

Cruppellarios vocant] *Forſitan leg.* clibanarios, *vt & alij annotarunt. Ammianus Marcellinus lib. 16.* Sparſique cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant. *Vide & Nazarium in laudatione Conſtantini. Talium mentio & apud Plutarchum in Lucullo.*

Neque auribus ſatis competebant] *Salluſtius apud Nonium:* Quaſi formidine attonitus, neque animo, neq; auribus, aut lingua competere. *Id aliter expreſſit Liuius lib. 5.* Romani ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare poterant.

Et fugientibus conſilire] *Liuius lib. 24.* Iuſsi & duces ordinum Præfectique auxiliorum ſimul conſilire. *Vulgo legitur* conſulere. *Putatur ea vox legi etiam lib. 5.* Alioſque occultos conſilit, *ſed male.*

Se conſiliis ſuperfuiſſe] *vide Gellium lib. 1. c. 22. Noct. Atticar.* Cili-

Ciliciam Homonadenſium caſtellis] *vide Strabonem lib.12.*

Ante diem in ærarium deferrentur] *vide Suetonium, Dionem lib.57. Senecam lib.1.de Tranquillitate.Theodoſius produxit ad triginta:Sidonius Apollinaris epiſt.7. lib.1.*

Sperni ſumptuariam legem] *vide Gellium lib.2.cap.24.Macrobium lib.3.cap.17.*

Villarumne infinita ſpatia] *aduerſum leges agrarias. Horatius.*

—agri quantum nec miluus oberret.

Lex Licinia plus quingenta iugera agri habere ciuem Romanum vetabat. Varro 1.de re ruſtica.Ipſe ſua lege damnatus, cum ſubſtituta filij perſona amplius poſſideret.Plinius lib.18.cap.2. Verum confitentibus Italiam latifundia perdidere.*Idem eiuſdem libri cap.6.*

Familiarum numerum & nationes] *Tacitus noſter lib.14.Pedaneo Coſtæ quadringentos fuiſſe ſeruos ſcribit. Plinius Cæcilio Iſidoro quinque millia. Athenæus lib.6. quoſdam Romanos decem millia, alios viginti millia habere ait.*

Argenti & auri pondus] *Cornelius Rufinus Senatu motus eſt à Fabricio, quod X. pondo vaſa argentea comparaſſet. Valerius Maximus lib. 2. Liuius lib.14.Gellius lib.4.cap.8. vbi male legitur* factitaret,*pro* facti haberet.*Idem lib.17.cap.25. Plutarchus in Sulla.*

Promiſcuas viris & feminis veſtes] *vide Senecam epiſt.123.& Clementem lib.3.Pædagogi.*

Nemo refert, quod Italia externæ opis indiget] *Virgilius II.Georgic.de Italiæ laudibus.*

Sed neq; Medorum ſiluæ, ditiſsima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, nec Indi,
Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis:
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem,
Inuertere ſatis immanis dentibus hydri:
Nec galeis denſiſq; virum ſeges horruit haſtis,
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſsicus humor
Impleuere, tenent oleæque, armentaque læta.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert.
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro,
Romanos ad templa Deum duxere triumphos

Hic

Hic ver aſsiduum,atque alienis menſibus
æſtas.
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.
At rapidæ tigres abſunt, & ſæua leonum
Semina, neç miſeros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immenſos orbes per humum,
neque tantum
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumque laborem,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros.
An mare quod ſupra memorem, quodq;
alluit infra,
Anne lacus tantos,te,Lari maxime,teque
Fluctibus & fremitu aſſurgẽs Benace marino:
An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra:
Atque indignatum magnis ſtridoribus
æquor,
Iulia qua ponto longe ſonat vnda refuſo,

Pudore abs Pl.] *Pudebat enim in alios minus culpæ affines ſeueriorem eſſe, cum in Plancinam mitis fuiſſet.*

Valerius Meſſalinus] *Alter conſul.*

Aram vltioni] *Sic ſupra,* aram adoptioni: *Sic lib. ſequenti,* aram clementiæ, aram amicitiæ. *Sic lib.15.* Poſt natam ex Poppæa prolem, aram fæcunditati. *Sic Suetonius in Caligula.* Addit etiam pro argumento aras ibi inſcriptas ob Agrippinæ puerperium.

Domeſtica mala] *Sic ob victorias ciuiles non triumphabant. Sic noſtra ætate monumenta inſignium victoriarum, ex ciuilibus bellis, primum poſita, deinde ſublata eſſe ſcimus: cum veterum inimicitiarum memoriam, quam obliuione ſepeliri ſatius foret, renouatura viderentur.*

Egreſſus repetendis auſpiciis] *τοῦ ἀνανεῶσαι τὴν ἀρχὴν ἕνεκα. Forſitan legendum,* repetitis.

Vipſania mater eius exceſsit] *ex Pomponia Attici filia, hanc Vipſaniam ſuſceperat. Ex Marcella, aut nihil, aut non vitale. Ex Iulia, Caium, Lucium, Agrippinam, Agrippam Poſtumum, Iuliam: quæ poſt exilium viginti annorum mortua eſt, vt lib.4. refert Tacitus.*

Cum militari cuſtodia] *Vetus Iuuenalis interpres triplicem in vrbe ipſa carcerem fuiſſe tradit;* Vrbanum, ruſticum, & caſtrenſem. *Erat & ipſa Vrbe triplex carcer: Militaris; apud magiſtratus;*

ſtus;apud fideiuſſores:quæ & libera cuſtodia *dicebatur. In militari reus dextera, miles ſiniſtra manu alligari eadem catena ſolebat. Seneca de Tranquillitate vitæ,* Alligati ſunt etiam qui alligauerũt, niſi tu forte leuiorem in ſiniſtra catenam putas. *Idem epiſt. 5.* Eadem catena cuſtodiam & militem copulat. *Cuſtodiam autem vocabant & militem, & reum.* Apud magiſtratus, *vt in coniuratione Catilinæ.* Apud fideiuſſores, *Vlpianus l. 1. D. de cuſtodia reorum.*

Ne bona publicarentur] *Eorum enim quibus interdictum erat aqua & igni, bona publicabantur.*

Inluſtrium domuum aduerſa] *Sic lib. 4.* paternis aduerſis. *& in eodem,* aduerſis caſuum.

In Remp. fortuna.] *Caio ipſe optauit εὔνοιαν Πομπηΐου, τόλμαν Ἀλεξάνδρου, τύχην ἑαυτοῦ, ἀνδρείαν Σκιπίωνος. Plutarch. in Apophthegmatis, & in libro de Fortuna Rom.*

Ob impudicitiam filiæ, ac neptis] *vide Suetonium in Auguſto cap. 65. Macrobium lib. 5. Saturnal. cap. 5. Plinius lib. 21. cap. 3.* Apud nos exemplum licentiæ huius non eſt aliud quã filia D. Auguſti, cuius luxuria noctibus coronatum Marſyas litteræ illius Dei gemunt. *Sic enim lego, non, vt amicus noſter,* litteræ illius deſcribunt.

T 5 Adul-

Adulteroſque eorum morte,aut fuga] *Hi fuerunt, Iulus Antonius, Quinctius Criſpinus, Appius Claudius, Sempronius Gracchus, Scipio, aliiq; minoris nominis. De pœna adulterorum legendus Cuiacius lib.6. Obſeruationum cap.11.*

De moderãda Papia Poppæa] *Obſeruatum à doctis eſt, magnam Romanis ſemper coniugiorum curam fuiſſe. Hinc illa Cenſoria vox:* Ex animi tui ſententia, vxorem habes? *De qua formula M. Tullius II. de Oratore, & Gellius lib.10. cap.20. Inde quoq; ficta lex ab ipſo Cicerone, III. de Legibus:* Cælibes eſſe prohibento. *Pœna tamen pecuniaria erat: Val. Maximus lib.2. cap.9.* Camillus, & Poſtumius Cẽſores ære pœnæ nomine eos qui ad ſenectutem cælibes peruenerant, in ærarium deferre iuſſerunt. *Multa hac de re ſunt apud Xenophontem. D. Iulius poſt bellum Africanum, exhauſta iuuentute præmia propoſuit τῇ πολυπαιδίᾳ, vt narrat Dio li.44. Primus Auguſtus legẽ tulit, & præmia pœnaſq; diſtinxit anno Iↄ. CC. XXXVI. ab V.C. Ea dicta,* Lex Iulia de maritandis ordinibus. *non perlata, præ multitudine recuſantium. Eam ſignificauit Horatius in carmine ſeculari.*

Diua producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper iugandis
Feminis, proliſque nouæ feraci
Lege marita

ad quem locum vide veterem interpretem. Capita autẽ legis Iuliæ erant, vt cuilibet præter Senatores, &

filios

filios eorum, libertinas ducere liceret: vt ſponſiones, pactioneſq; nuptiales, ne vltra biennium differrētur. Vt diuortiorum certus eſſet modus: & alia quæ poſtea in legem Papiam tranſlata ſunt. vide Suetonij Auguſtum cap. 34. Lex vero Papia, *lata anno DCCII. Papio Mutilo, Q. Poppæo II. Coſ. lata autem per Senatum. Multa capita habuit: Vt libertinas ducere liceret omnibus præter Senatorios; Antea Decemuirali lege, neq; Patricio plebeiam, neq; ingenuo libertinam ducere fas erat. Sed prius illud multo ante abrogatum fuerat: poſterius Iulia primum, deinde Papia lege ſublatum. Vt patrono libertam ducere liceret. De tempore ſponſalium contrahendorum & differendorum. Ne mulier quinquaginta annis minor, ſexagenario nuberet, neu vir minor ſexaginta quinquagenariam duceret: Vt ne liberas ducere vel nubere, iniuria prohiberent. De interuallo à morte coniugis vel à diuortio. Lex Iulia, à morte annum vnum, à diuortio ſex menſes, Lex Papia à morte biennium, à diuortio annum & ſex menſes. De præmiis maritorum & patrum. Præmia duum generum; Honores, & commoda. Honores, honeſtior in ſpectaculis locus: Prior locus in magiſtratibus: vt in petitione præferrētur qui plures liberos procreaſſent: vt præferrentur in ſorte prouinciarum: Vt diutius obtinerent; vt primi ſentētiam rogarentur: Vt gratia iis fieret in petēdo magiſtratu, etc. Quæ capita & alij annotarūt: quos doctrina, atq; iudicio I. Lipſius noſter ſuperauit.*

Nobis

Nobis Romulus] *Hoc eſt quod ſcribit Pomponius in l. 2. De origine iuris.* Initio Ciuitatis noſtræ populus ſine certa lege, ſine iure certo primum agere inſtituit: omniaque manu à regibus gubernabantur. *Idem teſtatur Halicarnaſſeus lib. 2. Tulit tamen Romulus quoque leges quaſdam, ſed per quam paucas.*

Dein Numa] *Inſtituit enim Collegium Pontificum, Virgines veſtales, fetiales, flamines. multa templa condidit, multa ſacra, multos ritus, ac cæremonias inſtituit.*

Repertaque quædam] *deleo prius illud* que.

A Tullo & Anco] *legum ab eis latarum, nullam extare memoriam puto; niſi quod iura belli Ancus inſtituiſſe dicitur.*

Seruius Tullius] *Vt diuini iuris Numa, ita humani præcipuus auctor Seruius fuit. Cenſum inſtituit, populum diuiſit in claſſes, multas leges æquiſſimas, & vtiliſſimas tulit.*

Patrum factiones] *qui plebem oppreſſam tenebant.*

Tuendæ libert.] *Vt lex de prouocatione à magiſtratibus ad populum, quam tulit Valerius Poplicola. vt* lex Seruilia, *ne quis ciuem Rom. æris alieni cauſa vinctum aut clauſum teneret. Ne quis militis donec in caſtris eſſet bona poſſideret, aut venderet, quæ tamen neglectæ ab Appio Claudio Seruilij collega nullam vim habuerunt, leges ſacratæ.*

Crea-

Creatique decemuiri] *anno CCXCIX.miſſi erant tres legati in Græciam ad petendas leges, anno CCCII. creati decemuiri ad leges ferendas. Vnde primo decem, poſtea duodecim tabulæ, quas veteres mirifice commendarunt. Craſſus apud Ciceronem lib.1.de Oratore:* Fremant omnes licet. dicam quod ſentio. Bibliothecas mehercle omniū philoſophorum vnus mihi videtur XII. tabularum libellus, ſi quis legum fontes, & capita viderit, & auctoritatis pondere & vtilitatis vbertate ſuperare. *Eas ediſcebant pueri, vt carmen neceſſarium. Idem primo de legibus. Liuius lib.3. ait, eas,* nunc quoq; in immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo, eſſe fontem omnis publici priuatique iuris. *Phauorinus apud Gellium ait, ſe non minus diligenter illas legiſſe, quam Platonis libros de legibus.*

Saturnini] *L. Appuleium Saturninum ſignificat, qui fuit occiſus à populo cum pœnitentiæ faceret fidem. De cuius morte Cicero in Oratione pro C. Rabirio perduellionis reo. prima in Catilinam. octaua in Antonium. Liuius lib.69. Velleius poſteriori volumine. Plutarchus in Mario. Appianus lib.1.de bellis ciuilibus. alij.*

Druſus] *de quo Liuius lib.70. & 71. fuit defenſor ſenatus aduerſus Seruilium Cepionem. Repertus domi mortuus. Extat eius vox apud Florum,* nihil

ſe ad

ſe ad largitionem vlli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum diuidere vellet, aut cœlum.

Italico] *quod & ſociale dictum eſt. Florus lib. 3.*

Mox ciuili] *Inter Marium & Sullam.*

L. Sulla dictator] *Reip. conſtituendæ cauſa.*

Lepidi rogationibus] qui conſul cum Q. Catulo anno Iↄ.C.Lxxv. acta Sullæ reſcindere parabat, & renouare proſcriptos, & bona poſſeſſoribus eripere. Hic pulſus, in Sardinia, morbo, ex pœnitentia interiit. *Florus. extat oratio Lepidi hac de re in fragmentis Salluſtij, & oratio Philippi, aduerſus Lepidum.*

Tribunus red. lic.] *Cn. Pompeio, M. Craſſo conſulibus. Aſconius.*

In ſingulos homines] *cum tamen & ſacratis legibus, & XII. tabulis ſancitum eſſet, vt neue priuilegium irrogari liceret, neue de capite, niſi comitiis centuriatis, rogari. Cicero pro Sextio. Vnde lex Ciceronis 3. de legibus.* Priuilegia ne irroganto. *Idem pro domo.* Vetant leges ſacratæ. vetant leges XII. tabularum, leges priuatis hominibus irrogari. id enim priuilegium eſt. *eſt eadem lex & apud Platonem.*

Reddita licentia] *primo Pompeij conſulatu.*

Corrupt. repub. plur. leges.] *Platonicum.*

Cn. Pomp. III. coſ.] *Anno DCCI. petebant conſulatum T. Annius Milo, P. Plautius Hypſæus, Q.*

Metel-

Metellus Scipio, non ſolum largitione palam profuſa, ſed etiam factionibus armatorum ſuccincti. Cum autem diu tracta comitia conſularia eſſent, perficiq; ob eas ipſas perditas candidatorum contentiones non poſſent, & ob id menſe Ianuario nulli dum neq; conſules, neq; prætores eſſent, ac Milo quam primum comitia confici, competitores eius trahi vellent, ideoque Q. Pompeius gener Scipionis, & T. Munatius Plancus, tribb. pleb. referri ad ſenatum de patriciis conuocandis, qui Interregem proderent, non eſſent paßi: Milo Lanuuium, vbi Dictator erat, proficiſcens Clodium occidit. Magni tumultus, aliique ex aliis interreges ſecuti. Tandem Cn. Pompeius ſine collega Conſul creatus eſt. ipſe in V. menſes extremos Q. Metellum Scipionem ſocerum, ſibi collegam cooptauit.

Auctor idem ac Sub.] *Vt illius, ne abſentium ratio in comitiis haberetur.*

Exin continua per XX. annos] *per XXIV.*

Aboleuit] *vno edicto omnia ſuſtulit.*

Pace & principe vteremur] *corruptus & mutilus locus.*

Inditi cuſtodes] Cuſtodes *ſunt obſeruatores, & delatores. Ouid. Dure vir imp. t. c. rem. Martialis. Cuſtodes das. P. u. n. a. ipſa, &c. Iuuenalis. Sed quis c. i. cuſtodes? c. c. & ab, &c. Seneca ad Polybium,* cuſtodes animi tui ſunt. *Suetonius in Tib.* non ceſſauit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis

dinis cuſtodem factis atque dictis ſuis. *Delet autem* inditi, *& lego*: Cuſtodes etiam L.P.P.P. inducti, *& pro* viſi, vt ſi.

Vacantia] *deficientia, caduca. Erant autem præmia delatorum vltra quartas. Sueton. in Nerone cap. 10.* præmia delatorũ Papiæ legis ad quartas redegit.

V. Conſ.] *Viginti viri lecti à Tiberio ad nexus legis Papiæ exoluendos.*

Vigintiuiratus] *III. viri capitales. III. viri A. A. A. F. F. IIII. viri curatores viarum. decemuiri haſtæ. C. viralis. Dio lib. 54.*

Quinquennio maturius] *Idem de Caligula Suet. fuit annus legitimus XXIV.*

Sibi] *Dio lib. 53.*

Druſo] *Dio lib. 54.*

Forum ing. eſt] *die tirocinij, die togæ virilis. Suetonius in Nerone cap. 7. in Caligula c. 10.*

Filio Claudij] *Druſo. Suet. in Claudio.*

Quod initium Sex. Pompeius] *Sexti, eius qui in Sicilia victus eſt, filius.*

M. Lepidum] *Triumuiri filium.*

Vt ſocordem] *ἀβέλτερον.*

Aſiæ ſorte] *quæ ipſi obtigerat.*

Vxor comitaretur] *Proficiſci autem Proconſulem melius quidem eſt ſine vxore: ſed & cum vxore poteſt, dummodo ſciat, Senatum Cotta & Meſſalla Coſ. cenſuiſſe futurum, vt ſi quid vxores eorum, qui ad*

ad officia proficiſcuntur, deliquerint, ab ipſis ratio, & vindicta exigatur. L. Obſeruare. D. De offic. Procoſ.

Quadraginta ſtipendia] Quadrageſimum id ſtipendium Cæcina parēdi aut imperitandi habebat. *lib. 1.*

Ad ſimilitudinem barbari inceſſus] *Germani, Galli, Perſæ, vxores, & cōcubinas ſecum in bella ducebant. vt Caſar, Tacitus, & alij referunt.*

Per feminam] *Plancinam, de qua ſupra.*

Quæ Oppiis quondam] *Liuius lib. 34.*

Libertiq; etiam ac ſerui] *L. 2. D. De his qui ſui vel alieni iuris ſunt.*

Diem ædificationibus] *Rectè alij legunt*, editionibus.

E primoribus Macedoniæ] *Forſitan ſcriptū erat* è pr. Macedoniæ, *hoc eſt*, è prouincia Macedoniæ.

Cotye fratre] *Scriptū erat FR. F. id eſt, Fratris filio. Putarunt librarij eſſe*, fratre *legendum.*

In Rhaemetalcem] *Defuncto Rhemetalce Thracia diuiſa eſt inter Rheſcuporim, fratrem eius, & inter filium Cotyn. Hunc interfecit Rheſcuporis, qui poſtea Romam adductus, & damnatus eſt: Thracia diuiſa inter Rhemetalcem, filium, & liberos Cotyis.*

Odruſæque & alij] *legendum*, Odruſæque ſit alij. aut, *Odruſæq; & Aſtij. aut*, & Dij.

V Vrbem-

Vrbemque Philippopolim] *quæ antea* Poneropolis *dicta. Plinius lib. 4.* Δύλων πόλις *Straboni lib. 7.*

Andecaui] *Legendum eſt* Andegaui.

Acilius Auiola] *is qui elatus, in rogo reuixit: ſed cum ſubueniri nõ potuiſſet, viuus exuſtus eſt. Plinius, & Valerius.*

Quanto ciuitas opulentior] *Hircius ad finem librorum de bello Gallico, ait Æduorum inter Gallos ſummam eſſe auctoritatem: Idem Cæſar lib. 6.*

Cruppellarios vocant] *Forſitan leg.* clibanarios, *vt & alij annotarunt. Ammianus Marcellinus lib. 16.* Sparſique cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant. *Vide & Nazarium in laudatione Conſtantini. Talium mentio & apud Plutarchum in Lucullo.*

Neque auribus ſatis competebant] *Salluſtius apud Nonium:* Quaſi formidine attonitus, neque animo, neq; auribus, aut lingua competere. *Id aliter expreſſit Liuius lib. 5.* Romani ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare poterant.

Et fugientibus conſilire] *Liuius lib. 24.* Iuſsi & duces ordinum Præfectique auxiliorum ſimul conſilire. *Vulgo legitur* conſulere. *Putatur ea vox legi etiam lib. 5.* Alioſque occultos conſilit, *ſed male.*

Se conſiliis ſuperfuiſſe] *vide Gellium lib. 1. c. 22. Noct. Atticar.* Cili-

Ciliciam Homonadenſium caſtellis] *vide Strabonem lib.12.*

Ante diem in ærarium deferrentur] *vide Suetonium, Dionem lib.57. Senecam lib.1.de Tranquillitate.Theodoſius produxit ad triginta:Sidonius Apollinaris epiſt.7. lib.1.*

Sperni ſumptuariam legem] *vide Gellium lib.2.cap.24.Macrobium lib.3.cap.17.*

Villarumne infinita ſpatia] *aduerſum leges agrarias. Horatius.*

---agri quantum nec miluus oberret.

Lex Licinia plus quingenta iugera agri habere ciuem Romanum vetabat. Varro 1.de re ruſtica.Ipſe ſua lege damnatus, cum ſubſtituta filij perſona amplius poſſideret.Plinius lib.18.cap.2. Verum confitentibus Italiam latifundia perdidere.*Idem eiuſdem libri cap.6.*

Familiarum numerum & nationes] *Tacitus noſter lib.14.Pedaneo Coſtæ quadringentos fuiſſe ſeruos ſcribit. Plinius Cæcilio Iſidoro quinque millia. Athenæus lib.6. quoſdam Romanos decem millia, alios viginti millia habere ait.*

Argenti & auri pondus] *Cornelius Rufinus Senatu motus eſt à Fabricio, quod X. pondo vaſa argentea comparaſſet. Valerius Maximus lib. 2. Liuius lib.14.Gellius lib.4.cap.8. vbi male legitur* factitaret,*pro* facti haberet.*Idem lib.17.cap.25. Plutarchus in Sulla.*

Promiſcuas viris & feminis veſtes] *vide Senecam epiſt.123.& Clementem lib.3.Pædagogi.*

Nemo refert, quod Italia externæ opis indiget] *Virgilius II.Georgic.de Italiæ laudibus.*

Sed neq; Medorum ſiluæ, ditiſsima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, nec Indi,
Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis:
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem,
Inuertere ſatis immanis dentibus hydri:
Nec galeis denſiſq; virum ſeges horruit haſtis,
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſsicus humor
Impleuere, tenent oleæque, armentaque læta.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert.
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro,
Romanos ad templa Deum duxere triumphos

Hic

Hic ver aſſiduum, atque alienis menſibus
æſtas.
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.
At rapidæ tigres abſunt, & ſæua leonum
Semina, neç miſeros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immenſos orbes per humum,
neque tantum
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumque laborem,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros.
An mare quod ſupra memorem, quodq;
alluit infra,
Anne lacus tantos, te, Lari maxime, teque
Fluctibus & fremitu aſſurgẽs Benace marino:
An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra:
Atque indignatum magnis ſtridoribus
æquor,
Iulia qua ponto longe ſonat vnda refuſo,

Tyrrhenuſque fretis immittitur æſtus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, ærisque metalla
Oſtendit venis, atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virum, Marſos, pubemq; Sabellam,
Aſſuetumque malis Ligurem, Volſcoſq; verutos
Extulit, hæc Decios, Marios, magnoſque Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar,
Qui nũc extremis Aſiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virum. tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior ſanctos auſus recludere fontes,
Aſcræumque cano Romana per oppida vatem.

Legendus & Plinius cap. 5. lib. 3. & cap. vlt. lib. 37. Cęſar. Vopiſcus, cum cauſam apud Cęſarem ageret, campos Roſcæ dixit Italiæ ſumen eſſe, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. *Varro lib. 1. de re ruſtica, & Plinius lib. 17. cap. 4. Idem cap. vlt. lib. vlt.* Quicquid eſt, quo carere vita non debeat, nuſquam eſt præſtãtius.

tius. Fruges, vinum, olea, vellera, lina, veſtes, iuuenci. Ne equis quidem in trigariis præferri vllos vernaculis animaduerti. Metallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis ceſsit. *Turpe igitur erat eam externæ opis indigere.*

Per incerta maria] *nam è Sicilia, ex Africa, ex Ægypto, frumentum aduehebatur. Columella lib. 1.* Itaque in hac Latia & Saturnia terra, vbi & cultus agrorũ progeniem ſuam docuerunt; ibi nunc ad haſtam locamus, vt nobis ex tranſmarinis prouinciis aduehatur frumẽtum, ne fame laboremus: Et vindemias condimus ex inſulis Cycladibus, ac regionibus Quadicis, Galliciſque.

Nemora, noſtræque villæ] *Horatius lib. 2. Oda 15.*

Iam pauca aratro iugera regio
Moles relinquent, vndique latius
Extenta viſentur Lucrino
    Stagna, lacu, platanuſque cælebs
Euincat vlmos, tum violaria, &
Myrtus, & omnis copia narium
Spargens oliuetis odorem,
    Fertilibus domini prioris.

Et lib. 3. Carm. Od. 6.

Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Pœnico:

Pyrrhumque & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalemque dirum.
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles,&c. Damnoſa quid non imminuit
dies? &c.

Ser.Galba rerum adeptus eſt] *Galba oblatam à Tarraconenſibus coronam auream librarum X.conflauit,& tres vncias quæ ponderi deerant,exigi iuſſit; Appoſita largiore cena ingemuit. Ordinario diſpenſatori breuiarium rationum adferenti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe. Cano autẽ Choraulæ mire placenti denarios quinque donaſſe, prolatos manu ſua è peculiaribus loculis ſuis. Suetonius in Galba cap. 12. vide quæ ſcripſimus lib.15.Variarum lect. cap.11.*

Aſtricti motis auctor Veſpaſianus] *vide in eius vita Suetonium cap.23.*

Non licere Dialibus egredi Italia] *Flamini Diali noctem vnam extra Vrbem manere nefas eſt. Liuius lib.5.*

Quirinaliumque] *ne iis quidem licebat. vide Valerium Max.lib.1.cap.1.vt & alij annotarunt.*

Quanquam Sertorij atque Mithridatis] *Sertorianum bellum excitatum erat anno IↃ. C. LXXIII. Confectum eſt à Pompeio, anno IↃ. C. LXXXII. Bellum autem aduerſus Mithridatem cœpit anno IↃ. C. LXV. poſt R.C. Confectum anno IↃ. C. XC.*

Aſinius

Aſinius Saloninus] *Gallus Aſinius Saloninus duxit Vipſaniam à Tiberio dimiſſam. Eius hic filius fuit. Multos fratres habuit.*

Cæſariq; progener deſtinatus] *Vt aliquam Germanici filiam duceret.*

Conſulatum ei accelerauerat Auguſtus] *Anno IↃ.ĊCLIX. 10. Kalend. Iulij cum C. Vibio Poſtumo.*

Et Iunia ſexageſimo quarto] *Decimus Iunius Silanus, qui Coſ. cum L. Licinio Murena fuit, vxorem habuit Seruiliam, ſororem Catonis. Ex eis Iunia Tertia, vel Tertulla.*

Ne Spartaco quidem] *Spartacus, Oenomaus, & Eryxus, effracto Capuæ Lentuli ludo, in quo alebantur, cum LXXIV. gladiatoribus, bellum ſeruile in Italia concitarunt, & vocatis ad vexillum ſeruis, occuparunt montem Veſuuium. Vicerunt P. Vatinium Prætorem, & Claudium Pulcrum Legatum, anno IↃ.CLXXX. Anno ſequenti vicerunt Cn. Lentulum Conſulem. Anno IↃ.CLXXXII. confecti ſunt à M. Craſſo Prætore, qui de eis triumphauit.*

IN LIBRVM QVARTVM ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

HOc libro continentur res geſta per ſex annos, quibus conſules fuerunt C. Aſinius C.F. Pollio, C. Antiſtius, C.F. Vetus. Ser. Cornelius Cethegus. L. Viſellius Varro. Cornelius Coſſus, M. Aſinius Agrippa. Cn. Cornelius Lentulus. C. Caluiſius Sabinus. M. Licinius Craſſus. L. Calpurnius Piſo. Ap. Iunius Silanus. P. Silius Nerua.

Nonus] *nam quattuor illi menſes eius anni, quo duo Sexti Pompeius & Appuleius conſules fuerunt, non numerantur in annis Tiberij. Fuit autem hic annus ab vrbe condita DCCLXXV. vt auctor eſt Plinius cap.2. lib.33.*

Compoſitæ reipub.] *nam in vrbe pacata erãt omnia, & externa bella virtute Germanici compoſita erant.*

Florentis domus] *nihil enim ipſi, quod nollet, acciderat. Florere dicuntur, qui vigent. Lucretius.*

Tum

Tum lætas vrbes pueris florere videmus. *Heſiodus.* θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές.

Nam Ger. mor.] *Ne quis miretur cur florentem dicat Tiberij domum, cum Germanici mors felicitatem illius contaminaſſe videretur, ait eam à Tiberio inter proſpera numeratam. Vnde cognoſcamus licet immane & ferinum ingenium Tiberij, qui viri virtute præſtantis, qui ſibi natura fratris filius, adoptione filius foret, morte ſit gauiſus. Sed tamen hoc mirum videri non debet, nam ſemper ſuſpecta & formidoloſa tyrannis eſt aliena virtus. Regibus boni quam mali ſuſpectiores ſunt: ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt. Salluſt. in Catil. Ariſtoteles 5. Politic. Vnum præceptum tyrannidis conſeruandæ, ait eſſe tollere* τοὺς φρονηματίας. *Itaq; multi contemptu vitarunt periculum. Brutus erat Stulti, &c.*

Turbare] *Turbida eſſe. Hic notanda rerum humanarum inſtabilitas & inconſtãtia, quæ cum proſperrime fluere videntur, tum periculi pleniſſimæ ſunt. Cum enim eodem in ſtatu manere non queant: vbi ad ſummum venere, in deterius mutentur neceſſe eſt. Hippocrates ait,* τὴν εὐεξίην ὅταν ἐς ἄκρον ἵκῃ ἐπικινδυνοτάτην εἶ). *Ita eſt & in Fortuna. Ac profiteor me cum Fortunam dico, eam intelligere, de qua Catilinar. 1. copioſe diſſerui. Heſiodus.* Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει. Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν καὶ ἀγήνορα κάρφει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

τα ναίς. Æſopus apud Laërtium interrogatus quid ageret Iuppiter? reſpondit, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. Ac tum maxime metuenda mutatio eſt, cum maxime omnia ex ſententia ſuccedere videntur. Bias apud eundem Laërtium interrogatus, quid graue perpeſſu eſſet, τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἔφη μεταβολὴν εὐγενῶς ἐνεγκεῖν. Menelaus apud Sophoclem.

Ἀλλ' οὑμὸς αἰεὶ πότμος ἐν πυκνῷ θεοῦ
τροχῷ κυκλεῖται, καὶ μεταλλάσσει φύσιν.
ὥσπερ σελήνης δ' ὄψιν εὐφρόναις δύο
Στῆναι δύναιτ' ἂν οὔποτ' ἐν μορφῇ μιᾷ.
Ἀλλ' ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη,
χ' ὥτανπερ αὐτῆς εὐγενεστάτη φανῇ.
Πάλιν διαῤῥεῖ κ' ἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

Plutarch. in Demetrio.

Hiſtoria de Polycrate rege Samiorum & Amaſide rege Ægypti ex Herodoti lib. 3. Philippus rex dicebat, ὦ τύχη μικρὸν τί μοι κακὸν ἀντὶ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν ποίησον. Horat. lib. 2. Od. Sperat anguſtis, metuit ſecundis, &c. Rebus anguſtis animoſus atq; fortis appare, &c. *Sophocles in Aiace μαστιγοφ.* ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν Εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν. *Ad.* Τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν ὑπέρκοπον μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος, μηδ' ὄγκον ἄρῃς μηδέν' εἴ τινος πλέον ἢ χει-

ρὶ κρεί-

ἐν βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάρει. Ὡς ἡμέρα κλίνει τε καὶ ἀνάγει πάλιν Ἅπαντα τ' ἀνθρώπεια.

Sæuire ipſe aut] *vtrumque æque noxium populis.*

Initium & cauſa] *Non ſunt omnino idem, etſi in poſterioribus videatur 1. Ariſt. vtrumq; confudiſſe, ſed in principio quarti,* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *(vt quidem Græci diuidunt) hæc duo diſtinguuntur. Legendus Simplicius principio* φυσικῆς ἀκροάσεως.

Aelium Seianũ] *L. Ælius Seianus, Seij Strabonis filius fuit, ſed adoptatus ab Ælio quodam, Ælius Seianus dictus eſt. de Adoptionibus res nota, ex Iuriſconſultis, Gellio & aliis.*

I. *Omnes prope Principes ſolent è familiaribus ſuis vnum, aut alterum deligere cui quibusue ſe totos penitus tradant, cum quibus arcana omnia communicent, quibus ſe detegant, & aperiant, quorum arbitratu, & rem familiarem, & rempublicam adminiſtrent, vt non tantam poteſtatem ipſi Principipes in ceteros, quam hi in ipſos Principes obtinere videantur.*

II. *Atq; hi ſi tales fuerint, quales oportet, incredibilẽ vtilitatem, & priuatim & publice adferent. Nam & freti gratia illa ſua multa monent, quæ alij non auderent, & reprimunt Principis naturam, ſi ipſe ad aliquod vitium propenderet. Tales habuit Auguſtus Agrippam, & Mecenatem, quorum ille in rebus bellicis, & conſilio, & manu præſtitit: hic ſæuitiam*

Augu-

Auguſti aliquando coërcuit, miſſo libello : ἀνάϛηθι δήμιε. *Dio, vide & Senecam libro 6. de beneficiis cap.32.*

III. Sed plærunque euenit, vt illa tanta potentia detur hominibus improbis, auaris ambitioſis, fraudulentis.

IV. Nam viri fortes, boni, ſimplices, aperti, adulari neſciunt, omnes autem potentes adulatoribus gaudent. Subeunt igitur principum animos, & in illorum intimam amicitiam irrepunt homines callidi, malitioſi, verſipelles : qui eos ſemel occupatos, & inſeſſos, dominatione perpetua premunt, vt nuſquam miſeris oculos flectere liceat, niſi quo iſtorum libido aurigatur. Ac quoniam liberam, ac maſculam vocem veritatis teneræ, ac delicatæ Principum aures non ferunt, ſæpe fit, vt viris bonis, ac prudentibus reiectis, ac repudiatis ſolæ talium peſtium voces audiantur, quæ nimium credulos principes in maximas redigunt calamitates, quibus oppreſſi ſero agnoſcunt errorem ſuum, tum demum cum remedio nullus amplius ſupereſt locus. Coguntur igitur emittere eiuſmodi voces, quales apud Ariſtophanem ὁ Δῆμος.

Τί φῄς; τοιαῦτά μ' ἔδρων, ἐγὼ δ' οὐκ ᾐσθόμην,
οὕτως ἀνόητος ἐγεγενήμην, καὶ γέρων
αἰσχύνομαί τοι ταῖς πρότερον ἁμαρτίαις.

V. Item

V. Item ſi poſſunt, atrociſſima ſupplicia ſumunt de iis, quorum improbitate in eas ſe miſerias redactos vident, comprobantque re, ac factis illud Heſiodi: ἡ δὲ κακὴ βουλὴ, τῷ βουλεύσαντι κακίστη, ſed non ſemper principibus id faciendi poteſtas datur.

VI. In ſacris litteris legimus, Roboamum, Sapientiſſimi Regis Salomonis filium cum rectis conſiliis credere noluiſſet, iuuenibus autem ad ſuperbiam, & ad crudelitatem hortantibus credidiſſet, à maxima parte populi deſertum, anguſtis admodum finibus imperaſſe.

Amanus ab Artaxerxe Rege in ſummo honore habitus, & Regni adiutor ab eo vocatus, dum vniuerſæ Iudæorum genti pernitiem molitur, in ea ipſa cruce, quam quinquaginta cubitos altã, Mardocheo ſtatuerat, ipſe Regis iuſſu ſuffigitur.

Crœſus Lydorum Rex, dum nimia felicitate ebrius, Solonis quidem ſapientiſſimi viri monita negligit, adulatoribus autem potentiam ipſius extollentibus, lentum ſe, ac facilem præbet, dum Cyri Imperium perdere conatur, ſuum perdidit. Itaq; ſublatus in pyram, vt illic viuus cremaretur, inclamato Solonis nomine, & re tota detecta, ſingularem Victoris Regis clementiam expertus eſt. Herodot. lib. 1. Plutarch. in Solone.

Si Artabani fratris Darius, ſi eiuſdem Artabani patrui Xerxes, prudentia conſilia, quam Mardanij adulationes audire maluiſſet, neq; ille à Scythis turpiter

piter fugatus, maxima accepta plaga diſceßiſſet, neq; hic è Græcia, quã innumerabili quadam hominum multitudine fretus laceßiuerat, ſumma cum infamia fugere coactus eſſet. Herodotus lib. 7.

Dionyſius iunior ſi Dionyſij propinqui ſui, ſi Platonis conſiliis obtemperaſſet, acceptum à patre Imperium liberis ſuis firmius ac ſtabilius reliquiſſet. nunc dum ſeueris illorum monitionibus confictas ad gratiã adulantium, voces anteponit, è Tyranno ludimagiſter effectus, inter inſignia commutatæ ſortis exempla numeratur.

Claudio, qui poſt Caligulam imperauit, non tantum naturalis ſtupor infamiæ attulit, quam quod ſe improbißimis, & abiectißimis hominibus Poſidi ſpadoni, Felici, Harpocrati, Narciſſo, Porlybio, Pallanti libertis ſuis, ita regendum permiſerat, vt non tam Princeps, quam libertorum ſuorum miniſter videretur.

Feliciter imperaſſet Nero, ſi Senecæ, & Burrhi conſiliis perpetuo, vt cœperat, paruiſſet. Dum eis primo reiectis, deinde interfectis, adulantiũ voces ſequitur, ſibi & accelerauit exitium, & apud poſteros nomen ſola flagitiorum, ac facinorum turpitudine memorabile comparauit.

Commodus M.F. dum Pompeiani recta ſuadentis ſententiam aſpernatur, Perennio ſe primum, deinde eiuſdemq; generis aliis tractandum, regendumq; permittit, & illis, & ſibi exitioſus fuit.

Neq;

Neq; finis, neq; modus vllus ſit, ſi talia exempla congerere libeat, ſed nullum nobilius, quam Seiani, de quo hoc loco Tacitus.

Genitus Vulſiniis] *Iuuenalis Satyra 10.* Idem populus ſi Nurſcia Tuſco fauiſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus Principis, hac ipſa Seianum diceret hora Auguſtum. *De Nurſcia dea Etruſca meminit Liuius lib. 7. Tertull. in apolog. Vnicuiq; etiam prouinciæ, & Ciuitati ſuus Deus eſt, vt Syriæ Aſtartes, vt Arabiæ Diaſares, vt Norico Tibelenus, vt Africæ Cœleſtus, vt Mauritaniæ Reguli ſui. Romanas, vt opinor, prouincias edidi; nec tamen Romanos Dominos earum, qui Romæ non magis coluntur, quam qui per ipſam quoque Italiam municipali conſecratione cenſentur Cruſtuminienſium, Beluentinus, Narnienſium, Viridianus, Aſculanorum, Ancaria, Vulſinienſium, Nurſcia, Otriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia.*

Apicio] *Seneca 14. epiſtolarum*, Mullum ingentis famæ (quare autem non pondus adiicio, & aliorum gulam irrito?) quattuor pondo, & ad ſelibram fuiſſe aiebant. Tiberius Cęſar miſſum ſibi cum in macellum deferri, & venire iuſsiſſet: Amici, inquit, omnia me fallunt, niſi iſtum mullum aut Apicius emerit, aut P. Octauius. vltra ſpem illi coniectura proceſsit. Licitati ſunt. Vicit O-

cauit. *Idem ſues feminas ficubus caricis* ſaginabat, ac ſatie enecabat, multo repente mulſo dato, vt eorum iecora delicatiora fierent. *Idem lib. 8. cap. 51. Seneca de conſolatione ad Heluiam.* M. Apicius noſtra memoria in ea Vrbe, ex qua aliquando Philoſophi veluti corruptores iuuentutis, abire iuſsi ſunt, ſcientiam popinæ profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit, cuius exitum noſſe operæ pretium eſt. Cum ſeſtertium millies (quadraginta millia aureûm) in culinam congeſsiſſet: cum tot congiaria Principum, & ingens Capitolij vectigal ſingulis comiſſationibus hauſiſſet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primum inſpexit, ſuperfuturum ſibi HS. centies (id eſt, quadraginta millia aureorum) computauit: & velut in vltima fame victurus, ſi in HS. centies vixiſſet, veneno vitam finiuit. *Idem narrat Dio lib. 57. Fuit & alius Apicius eodem ingenio præditus, quem vſque in Parthos Oſtrea miſiſſe ad Traianum Atheneus refert: cum artem quandam eorum recentium conſeruandorum in longitudinem excogitaſſet. Extant & Tertij cuiuſdam Apicij libri aliquot de recoquinaria.*

Diuiti & Prodigo] ἀσώτῳ. κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους λεγομένων, ἐν τῷ Δ. τῶν ἠθικῶν. *His ipſe libro 11.* ob magnitudi-

 nem

nem infamiæ, cuius apud prodigos nouiſſima voluptas eſt.

Non tam ſolertia] *ἀγχινοίᾳ.*

Quippe] *argumentum ab effectu.*

Quam Deûm ira] *recte iudicabant, irato Deo maxima mala & publice, & priuatim euenire.* Memini relinqui me Deo irato meo. *Virgil. 2. Æneid.* Hic mihi neſcio quod trepido male numen amicum confuſam eripuit mentem. *Catull.* Quis Deus tibi non bene aduocatus væcordem parat excitare rixam? *Virgil. 10. Æneid.* Quis Deus in fraudem, quæ dira potentia noſtra egit? *Homer.* Τίς δ᾽ ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; *Non deſunt recentia exempla.*

Antea intendit] *ἐπέτεινε.*

Diſperſas per vrbem cohortes] *Suetonius in Tiberio cap. 37.* Romæ caſtra conſtituit, quibus Prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hoſpitia diſperſæ continerentur.

Vna in caſtra] *Inter portas Viminalem & Tiburtinam.*

Fiducia ipſis] *Xenophon libro 2.* κύρου παιδείας.

Crederetur] *legendum,* creſceret.

Prætendebat laſciuire] *προφασίζετο ἀτακτεῖν.*

Interque

Interque principia legionum ſineret] *inter militaria ſigna. Sueton.cap.48.*

Et quia vi tot ſimul corr.] *& hoc quoq; moram adferebat.*

Orto forte iurgio intenderat] *Tacitus libro 1.* Vt quis prætorianorum militum, amicorumue Cæſaris occurrerat, manus intentare, cauſam diſcordiæ & initium armorum.

Os verberauerat] *contra Dio, & Zonaras. Non credendum, Tribuniciæ poteſtatis, & imperij conſortem, Principis filium à Seiano verberatum. At Druſum vocabant* Caſtorem. *Dio lib.57.*

Ad vxorem eius Liuiam] *alio nomine* LIVILLAM.

Quæ ſoror Germanici] *filia Druſi ex Antonia minore.*

Cui auunculus Auguſtus] *id eſt, maior auunculus. nam Octauia ſoror Auguſti ex Antonio genuit Antoniam. Antoniæ filia Liuilla.*

Sumitur in conſcientiam Eudemus] *Plinius lib.29.cap.1.* Iam vero & adulteria, etiam in Principum domibus, vt Eudemi in Liuia Druſi Cæſaris. *Iuuenalis Sat.*

--accedunt medici, medicæq; recedunt.

Prolationes] *fort.* prolatio.

Quæq; fratri eius Neroni decreuerat Senatus] *biennio ante, lib.3.*

Quanquam arduum ſit eodem loci] *Lucanus lib.1.*

Rara fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit. ----

Quanto ſit anguſtius imperitatum] *laus obliqua Traiani.*

Miſenum apud] *promontorium inter Cumas, & Puteolos.*

Roſtratæ naues] χαλκέμβολοι, æratæ. *Virgilius, Horatius, Cæſar, Hirtius.*

Præſidebant] *ſic ſupra de Velleio:* Is proximum exercitum præſidebat.

In oppidum Foroiulienſe] *in Carnis.* Ciuidal d' Auſtria, *Lazio, & Leandro.*

Hiſpaniæ recens perdomitæ tribus habebantur] *imo vna. Tacitus lib.4. ab exceſſu Neronis.* Legio in Africa, auxiliaque, tutandis imperij finibus ſub D. Auguſto, Tiberioque Principibus Procoſ. parebant. *Et ſupra lib.2.* Furius Camillus legionem, & quod ſub ſignis ſociorum ad hoſtem duxit. *Sed vna abducta erat è Pannonia, & in Africam miſſa erat propter bellum Tacfarinatis. Supra libro tertio. Eo in Pannonia hic collocantur duæ tantum, cum tres eſſent.*

Accolis Ibero Albanoque] *planiciem omnem à Cyro vſque Albanorum gens tenet, mox Iberum.*

rum. Plinius cap.10.lib.6. Pertinent ad Caucaſios montes. Iberiam & Albaniã *Ptolemaus,& Strabo* Caucaſios *appellant. Plinius & Mela*, Geórgos, *Hodie* Georgiani *vocantur.*

Et colonis antiquitus Romani] *coloniis antiquis Romanis.*

Rari per Italiam Cæſaris agri] *non vt poſtea, Emphiteuticarij patrimoniales, tum rei priuatæ, tum diuinæ domus, tum tamiai, qui impediunt agriculturam, diminuunt vectigalia, pauperant populos.*

Modeſta ſeruitia] *id eſt, pauca, intra modum. Lib.3.* Simul modeſtiæ Neronis, & ſuæ magnitudini fidebat. *Et lib.1.* Et ille varia diſſerebat de magnitudine imperij, ſua modeſtia. *Et lib.12.* Magnaque Deum benignitate & modeſtia hiemis, rebus extremis ſubuentum. *Vide varias noſtras.*

Communes illi cum familia Druſorum fore nepotes] *Suetonius in Claudio cap.27. & noſter libro tertio. Porro quod notarunt doctiſſimi viri* μνημονικὸν ἁμάρτημα *in Tacito, aſſentiri non poſſum. Longe enim aliud eſt* deſtinare, *aliud* deſpondere.

Deligit venenũ, quo paulatim inrepente] *Tale venenum ſibi Carthagineñſes dediſſe dixit Regulus, non præſentaneum, ſed eiuſmodi, quod mortem in diem proferret: eo conſilio, vt viueret quidem tanti-*

ſper,quoad fieret permutatio: poſt autem graſſante ſenſim veneno,cor tabeſceret,(lego contabeſceret) *Gellius cap.4.lib.6. Theophraſtus lib.9.* περὶ φυτῶν ἱστορ. *de aconito.* συντίθεσθαι δὲ, ὥστε κατὰ χρόνους τακτοὺς ἀναιρεῖν, οἷον δίμηνον, τρίμηνον, ἑξάμηνον, ἐνιαυτὸν, τοὺς δὲ καὶ δύο ἔτη. *Mihi tamen hoc veroſimile non fit: Cauſæ non ſunt obſcuræ.*

Vt octo poſt annos cognitum eſt] *eo ipſo anno quo interfectus eſt Seianus,cum Apicata eius vxor hæc ſcelera prodidit, Dio lib.58.*

Vix propinquorum alloquia] *vide cap.4. lib.2.variar.lectionum.*

Appius Clauſus] *ita vocabatur,qui poſtea Appius Claudius.*

Ea fraude tum ſenẽ] *alibi legitur*, ea fraude captum ſenem.

Iuueniliter hauriente] νεανικῶς.

Facinorum omnium repertor] *Sic Virgil. 2.Æneid.* --ſcelerumq; inuentor Vlyſſes.

Et immania credebantur] *alij libri*, inania.

Per Apicatam Seiani proditus] *Sic dictum, vt ab eodem Virgilio,* Hectoris Andromache --

Falſas auditiones] ἀκροάσεις.

Quorum in manus cura noſtra venerit] *antiqui libri*, Quorum in manus ſcripta noſtra venerint.

Diuulgata] *lege*, ne diuulgata.

Auide

Auide excepta] *libri veteres*, vnde. *Fortè*, vnde vnde.

Laudante filium pro roſtris Tiberio] *interpoſito velo. Seneca, Conſolatione ad Marciam.*

Vt ſuperbiam fecũditate] *lege*, ſuperbam.

In inſulam Amorgum deportatur] Ἀμοργὸς, ἣ, καὶ ἀμόργιον, μία τῶν κυκλάδων, ἥ, καὶ παγκάλη. *vide Stephanum*, περὶ πόλεων.

Et paternis aduerſis] δυστυχίαις.

Samiis Iunonis] *Virg. 1. Æneid.*

Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Poſthabita coluiſſe Samo ----

Samij decreto Amphictyonum] *publicum Graciæ concilium. Quinctil. & Plinius. Bis quotannis, vere, & auctumno mittebãtur Pythagoræ è duodecim populis Græciæ. Harpocration.*

Cum iuſſu regis Mithridatis] *vno die centum quinquaginta millia ciuium Romanorum Mithridatis iuſſu trucidata ſunt, Cicero pro lege Manilia, Liuius lib. 78. Plutarchus in Sulla, Appianus in Mithridatico.*

Oſcum quendam ludicrum] *Oſci, Strabo lib. 5. Cicero in epiſt. ad Marium.*

Cenſorium funus] *Funus publicum, ſiue indictiuum, Conſulare, Cenſorium, Triumphale. Polybius lib. 6.*

Ne ſe ius] *Leg. puto*, non ſe ei ius.

In C. Silanum vindicatum erat] *qui relegatus erat in inſulam Cytheram.*

Egitque Nero grates] *Nero Germanici filius.*

Forma principe viro digna] *Euripides.* *εἶδος ἄξιον τυραννίδος. vide noſtras Varias.*

Nam Patricios confarreatis parentibus] *Tribus modis nuptiæ fiebant, vſu, farre, coemptione: Boëthius in Topica, Vlpianus tit. 9.* Farre conueniunt in manum, certis verbis, & teſtibus decem præſentibus, & ſollemni ſacrificio facto, in quo panis quoq; farreus adhibetur.

Et quando exiret è iure patrio] *Qui patria poteſtate liberantur, aliquando capite minuuntur, vt qui emancipantur: venduntur enim: aliquando non: vt olim qui fiebant Flamines Diales, hodie qui Epiſcopi. Ne ij quidem capite minuebātur, qui morte patris fiebant iuris ſui. Liberabantur & Flaminicæ, fiebantq; in viri poteſtate dum conuenirent in manum: Quanquam alioqui nuptiæ non liberent à poteſtate patria: nam & filius qui vxorem duxit, manet in poteſtate patris, & filiafamilias quæ nupſit. Vlpianus tit. 10.* In poteſtate parentum eſſe deſinunt, & hi qui Flamines Diales inaugurātur, & quæ virgines Veſtæ capiuntur. *Vide & Gellium lib. 10. cap. 15.*

Sacrorum cauſſa] *quod quædam ſacra obiri opor-*

oporteret à Flaminica, quæ obiri nefas putaretur ab ea, quæ alia poteſtate, quam viri contineretur.

Capiebatur] *De hoc ritu Gellius lib. 1. cap. 12.*

HS vicies] *octo millia ſcutatorum moneta.*

Cum pro incolumitate Principis vota ſuſciperent] *Prima decennalia Tiberij. Lege quæ narrat Dio lib. 53. Sic antiquitus 3. Nonas Ianuar. fiebant vota pro ſalute Imp. Plutarch. in Cicerone. Soluebantur autem quinquennalia, aut decennalia, pro quinquennio, decenniòue præterito. Suſcipiebantur; ſcribebantur in tabulis, & ſignabantur pro futuro.*

C. Silium, & Titium Sabinum] *legendum eſt,* Titurium Sabinum.

Exercitus ſeptem per annos moderator] *apud ripam Rheni, vt dictum eſt lib. 1.*

Maiore mole procederet] *lege,* procideret, *per tertiam vocalem.*

Pro gratia odium redditur] *Sic Tiberius matrem oderat, quòd eius opera ad imperium perueniſſe videretur. Sic & Nero, & c.*

Fuiſſe comperior] *Salluſtij verbum in Iugurthino, cuius ſtudioſus imitator hic noſter.*

Nam plæraque] τὰ πολλὰ, plærumque.

Flexit in melius] *abſolute poſitum. Sic lib. 1.* Tunc à veneratione Auguſti orſus flexit ad victorias, triumphoſq; Tiberij. *Sic in hoc ipſo libro,* In ambitionem flexiſſe. *Ductũ à curribus; aut à nauibus.*

An

An ſit aliquid in noſtris conſiliis] *τὸ ἐφ' ἡμῖν.*

At Meſſalinus Cotta] *Hunc libro ſequenti ſæuiſſimæ cuiuſq; ſententiæ auctorem vocat.*

Sed animo diuerſus] *à Lepido.*

Cauendum S. C.] *Lapſus igitur memoria Vlpianus in L.Obſeruare D. De officio Procoſ. & Legati, qui hoc Senatũ cenſuiſſe dicit,* Meſſalla & Cotta Coſſ. *id eſt, quadriennio ante; niſi apud eum legendum ſit,* Cotta Meſſalino conſulente, *vt Iac. Cuiacius cap.30.lib.6. Obſeruationum.nam,vt quidem ait ipſe, etiam Senatores* conſulere *dicuntur, l.2. D. ad Velleianum; ſed indubitate ibi legendum eſt* cenſuerunt. *Itaq; fortaßis ibi quoq;* cenſente *legendum.*

Is namque, vt retuli] *lib.2.*

Tiberius ciuiliter habuit] *Ouidius.*

Exercet memores,pluſquam ciuiliter iras, *vide quæ ad lib.1.adnotauimus.*

Etiamſi impetus offenſionis languerat] *In eandem ſententiam Homer.Iliad.α.*

Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέων βασιλήων, &c.
Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ.
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε, καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ.
Ἀλλά γε καί μετόπισθεν ἔχει χόλον, ὄφρα τελέσσῃ.
id eſt,

Nam quanquam in præſens violentam
concoquit iram,

Con-

Conceptam tamen illam alta ſub mente
recondit.

Piſonemq; grauius] *legendum eſt*, Piſonem Q. Granius.

Neq; peractas ob mortem oportunam] *Vide L. Defuncto D. De publ. iudic. & L. in Senatuſconſ. D. ad S. C. Turpilianum. Fallit tamen in Maieſtate, ſed hic tantum de ſermone agebatur.*

Relatum & de Caſsio Seuero] *de eius ingenio videndus Seneca in præfat. lib. 3. Controuerſ. Hūc primum affirmāt flexiſſe ab illa vetere, atque directa dicendi via, non infirmitate ingenij, ſed iudicij. Hic noſter, ſeu Fabius in Dialogo de Oratorib. Scripſit & Hiſtorias. Tertullianus in Apologetico, Suetonius in Vitellio.*

Iudicio iurati Senatus] *ita mos erat in rebus grauioribus.* ἱερὰ συμβουλὴ *apud Xenophontem lib. 5.* ἀναβάσεως.

Cretam amoueretur] *quia viros feminaſque illuſtres procacibus ſcriptis diffamauerat. Supra lib. 1. Eius ſcripta S. C. abolita, Caligula requiri, & eſſe in manibus, lectitariq; permiſit. Suetonius in Caligula.*

Saxo Seriphio] *Fabulam de Perſeo lege apud Strabonem ad finem lib. 10. quæ hunc locum mirifice illuſtrat.*

Sub impetrandæ] *lego*, vbi impetrando.

Iamque tres laureatæ ſtatuæ] *Furij Camilli, Lucij Apronij & Iunij Blæſi.*

Ptole-

Ptolemæo Iubæ filio] *qui poſtea, iuſſu Caligulæ, interfectus eſt. Suetonius in Caligula, cap. 26.*

Ipſe conſultor aderat omnibus] *Sic lib. 5.* Sua exempla in cōſultores recidiſſe, *&*, Malum conſilium conſultori peſsimum.

Et culpæ neſcia] conſcia, *legunt alij.*

Ex vetuſto more] *Libri veteres* moſe. *legendum,* mos eſt. *Liuius lib. 30.* Ibi Maſſaniſſam primum regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli eburnea, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmari tunica donat. Addit verbis honorem; Neq; magnificētius quidquam triumpho apud Romanos; neque triumphantibus ampliorem eo ornatum eſſe: quo vnum omnium externorum dignum Maſſaniſſam populus Romanus ducat.

Calles euenerat] *vide Suetonium in Iulio, cap. 19. Turnebum lib. 3. Aduerſarior. cap. 9. & 22.*

Tum maximè coniurationem diſiecit] *legendum* Cum maximè, *vt lib. 3.* Littora, & lacus Campaniæ cum maximè peragrantem.

Nomen viri Q. Vibius Serenus] *legendum,* Nomen vtrique Vibius Serenus.

Sed hi quidem ſtatim exempti] *Ac dixit Tiberius ſe ipſi ſibi vita indignum videri, ſi etiam Lentulo inuiſus eſſet. Dion.*

Robur & ſaxum] *barathrum.* Robur, *in carcere*

tere is locus, quo præcipitatur maleficorũ genus: quod ante arcis robuſteis includebatur. Feſtus. Valerius Max. lib. 6. cap. 3. Quinetiam familiares Gracchorum, ne quis Reip. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt.

Gallus Aſinius Gyaro.] *Legendum fortè* Cũ Gallus Aſinius.

Caſus, vt retuli] *lib. 2.*

Ad interna præuerterent] *accederent, venirent.*

Nobis in arto, & inglorius labor] *Virg. 4. Georgic.*

In tenui labor, at tenuis non gloria---

Sæpe rerum motus oriuntur] *Quidam legunt,* monitus, *ſed non aſſentior.*

Neque alia rerum, quàm ſi vnus imperitet] *Fort.* atque alia rerum quam ſi v.

Obuia rerum ſimilitudine] *vbiq; lectoribus occurrente.*

Vt animus ex propinquo] *Fort.* vt nimis.

Quod editis Annalibus] *Legendus Seneca in Conſolatione ad Marciam.*

C. Caſsium Romanorum vltimum] *imo Brutum, & Caſium dixerat* Romanorum vltimos. *Suetonius in Tiberio cap. 61. Sic Romani Philopœmenem,* vltimum Græcorum *vocarunt. Plutarch. in eius vita, & in Arato.*

Aſinij

Aſinij Pollionis ſcripta] *Decem & ſeptem Hiſtoriarum libros ſcripſerat. Suidas.*

Cæſar, quam reſcripta oratione] *Anticatones Cæſaris. Plutarch.*

Sed ipſe D. Iulius] *vide Suetonium in Iulio, cap. 73.*

Ipſe D. Auguſtus] *Plutarch. in Cicerone, refert Auguſti dictum de Cicerone:* λόγιος ἀνὴρ, ὦ παῖ, λόγιος, καὶ φιλόπατρις.

Namque ſpreta exoleſcunt] *lego*, Nam quæ ſpreta.

Quomodo imaginibus ſuis cognoſcuntur] *Plutarch. in Bruto refert lepidum Auguſti factum de Bruti ſtatua Mediolani, quem omnino vide.*

Vitam abſtinentia finiuit] ἀποκαρτερήσας.

Libros per AEdiles cremandos] *Tacitus ipſe in Agricolæ vita.* Legimus cum Aruleno Ruſtico Pætus Thraſea, Herennio Senecioni Priſcus Heluidius, laudati eſſent, capitale fuiſſe: neque in ipſos modo auctores, ſed in libros quoque eorum ſæuitum, delegato Triumuiris miniſterio: vt monumenta clariſsimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani, & libertatem Senatus, & conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur. *Seneca in præfat. lib. 6. Controuerſiarum in Labienum, qui & Rabienus.* In hunc primum excogita-

cogitata eſt noua pœna. Effectum eſt enim per inimicos, vt omnes eius libri comburerentur. Res noua, & inſueta, ſupplicia de ſtudiis ſumi. Bono, hercle, publico iſta in pœnas ingenioſa crudelitas poſt Ciceronẽ inuenta eſt. Quid enim futurum fuit, ſi Triumuiris tribuiſſet, ingeniũ Ciceronis proſcribere? *Et paulo poſt:* Eius qui hanc in ſcripta Labieni ſententiam dixerat, poſtea viuentis adhuc ſcripta combuſta ſunt: iam nõ malo exemplo, quia ſuo. *Suetonius in Caligula:* Titi Labieni, Cordi Cremutij, Caſsij Seueri ſcripta Senatuſconſultis abolita, requiri, & eſſe in manibus, lectitarique permiſit.

Vt feriarum Latinarum] *vide Varronem lib. 5. de L. lat. Dionyſium lib. 4.*

Præfectũ Vrbis] *vide Gellium cap. vlt. lib. 14.*

Quod à Cæſare palam increpitum] *Tralatitiæ enim aut fictæ cauſſæ tantum proponi ſolebant, non capitales, diri ominis.*

In curia ceremoniarum] *quod non perfeciſſent templum inchoatum.*

Aduerſum ciues Rom.] *quos nonnullos in vinculis habuerant. Dio, & Sueton.*

Et amiſere libertatem] *ademerat & Auguſtus, ſed mox reſtituerat. Dio.*

Cetera Principib. ſtatim adeſſe] *legendum affatim adeſſe.*

At enim Auguſtus filiam ſuam] *Suetonius legendus.*

C. Proculeium] *fratrem Varronis Murenæ, eius qui in Auguſtum coniurarat. Horatius:*

Viuet extento Proculeius æuo.

Non tam de matrimonio] *Emendandum,* non iam.

Ac ne aſsiduus] *Legendum*, ac ne aut aſſiduus.

Montano celebris ingenij viro] *Et oratore, & poëta celebri. Seneca lib. 5. Controuerſia 7.*

Cunctantem iam Tiberium] *Fort.* nutantem.

Lege Iulia damnaſſet] *id eſt, relegaſſet.*

Albo ſenatorio eraſit] *Dio lib. 55.*

De iure templi Dianæ Limnetidis] *Pauſanias in Meſſenicis.* ἔστιν ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Μεσσηνίας ἱερὸν ἀρτέμιδος, καλουμένης λιμνάτιδος. μετεῖχον δὲ αὐτοῦ μόνοι Δωριέων, οἵτε μεσσήνιοι, καὶ οἱ λακεδαιμόνιοι.

Suoque regi dent Heliatem agrum] *Emẽdo*, ſuoque regi Eleatem agrum. *Totus ager inter Dymen & Meſſenam, Elea vocabatur. Strabo.*

Apud Erycum] *corrige*, Erycem.

Suſcepit curam libẽs vt conſanguineus] *Nec heredem inſtitui, nec præcipere poſſe Rempublicam conſtat. Plinius lib. 5. epiſt. Vlpianus tit. 22.*

P. Rutilij exemplum] *P. Rutilius Rufus Conſul anno V.C. IↃ. C. XLVIII. vir innocentiſſimus, repetun-*

petundarum damnatus, anno poſt decimo, ab Equitibus, quo iudicio conuulſa penitus Reſpub.eſt.Cicero in Brutum.1.de Oratore,pro Fonteio,in Piſonem,& 3.de natura Deorum, & alibi. Paterculus lib.2. Valerius Maximus lib.2.cap.5. & lib.6.cap.4.Aſconius in Diuinationem.Liuius lib.70.Reditum ſuum Sullæ negauit,vt Seneca ait epiſt.24.

Domitium decorauit pater] *Suetonius in Nerone cap.3.*

Cui minor Antonia] *legendum eſt*, maior Antonia.*nam Antonia minor, nupſit Druſo,Tiberij fratri,patri Germanici.*

Sororis nepotem]*ex Marcella,Octauiæ filia.*

Nationis Termeſtinæ] Termes, *oppidum Hiſpaniæ.Plinius lib.3.cap.3.*

Contuſis Thracum gentibus]*θρᾶκες ὀρεινοὶ αὐτόνομοι.Thucydides lib.11.*

Quod magna vis armata,aut incondita] *lego*, Quod magna vis, aut incondita tuebatur.

Proxima ſponte inimicorum recepta] *Coniicio leg.* Sponte incolarum, *& ita poſt in Florent.codice editum vidi.*

Accuſante Domitio Afro] *vide Dionem lib.58.*

Correptumque Græco verſu admonuit] *ὅτι μὴ τυραννεῖς τέκνον ὑβρίζεσθαι δοκεῖς; tametſi aliter Canterus noſter.*

Proſperiore eloquentia] *Prope tamen exitio ei fuit Eloquentiæ opinio.*

Eſſe in ciuitate Germanici coniugem] *Malim*, eſſe in ciuitate qui Germanici coniugem.

Agrippinæ filiæ] *Plinius lib. 7.*

Quæ Neronis principis mater] *Suetonius cap. 53. Tiberij.*

Per bella Perſ.] *quem vicit L. Æmilius Paullus. Plutarch. in eius vita.*

Et Ariſtonici, aliorumque regum] *filij Eumenis ex pellice, qui à Perperna domitus, à M. Aquilio, anno I Ↄ. C. X X I V. poſt R. C. captus, & in carcere, iuſſu Senatus, ſtrangulatus eſt. Liuius in Epitoma 59. Iuſtinus lib. 37. Strabo lib. 14. Cicero Philipp. 11.*

Verum Hypæpeni] ὕπαιπα πόλις λυδίας, ὑπὸ τὸ ἄλπος, καλλίστας ἔχει γυναῖκας. δῶρον Ἀφροδίτης. *Stephan.* περὶ πόλεων. *Ouid. de Arachne.*

Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.

Meminit & Strabo lib. 13.

Trallianique] *de Trallibus multa idem Strabo lib. 14.*

Laodicenis ac Magnetibus] *de his idem Strabo lib. 12. Syneſius in Epiſtolis.*

Ἀσπίδα, φρῦνον, ὄφιν, καὶ λαοδικέας περίφευγε,
Καὶ κύνα λυσσητὴν, καὶ πάλι λαοδικέας.

Ac

Ac Magnetib. ſimul] ſimul, *conſtructum à Tacito, vt ἅμα apud Græcos.*

Nullo motu terræ] *cum tamen crebri ibi ſint terræmotus. Strabo.* σχεδὸν δὲ εὔσειστός ἐστι, καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν μαίανδρον χώρα.

Nam Tyrrhenum] *Strabo lib. 5.*

Atye rege genitos] *qui erat è poſteris Herculis.*

Siue vna Amazonum] Smyrna *nomine. Straboni lib. 14.* Zmyrna *eſt, vt notaui pridem in Philippicas M. Tullij.*

M. Porcio Coſ.] *cum L. Valerio Flacco, anno V.C. IↃ.LIX.*

Apud Capuam Ioui] *Ioui Capitolino.*

Corporis habitum pudori fuiſſe] *Suetonius cap. 68.* Corpore fuit amplo atque robuſto. Statura quæ iuſtam excederet. *Et paulo poſt:* Facie honeſta, in qua tamen crebri, & ſubſtilli *(ſic enim lego)* tumores. *Sed mutata erant pleraque, vt ſolet, in ſenectute.*

Curtius Atticus] *de quo dicetur libro ſequēti.*

Liberalibus ſtudiis præditi] *quibus ille valde oblectabatur, vt & Græca poëmata faceret, & ſumme curioſus eſſet hiſtoriæ fabularis:* quæ mater Hecubæ: quod Achilli nomen inter virgines, quid Sirenes cantare ſolitæ. *Suetonius Tiberio cap. 70.*

Ferme Græci] *conuictores Græculi, quibus maxime*

maximè acquieſcebat.Zeno Doricè loquens,Seleucus Grammaticus.Suetonius cap.56.

Veſcebantur in villa] Prætorium *vocat Suetonius cap.30.*

Mare Amuclanum] Amyclæ,*ſunt inter Caietam, & Tarracinam.*

Cum vxor vigilias] *Iulia, Druſi filia, Tiberij neptis.*

Claris maiorib. quam vetuſtis] *Gentem enim illam primus extulerat Auguſtus.*

Sic Haterij canorum illud] *Talis Hortenſio & Calliſtrato:* λέξις γραφικὴ, καὶ λέξις ἀγωνιστικὴ. *& Ariſtoteli lib.3.Rhetoric. Hanc* λεκτικὴν *vocat Demoſthenes in Erotico.*

Apud Fidenam amphitheatro] *Licebat igitur in municipiis, quod Romæ ſine ſpeciali permiſſu non licebat:vt colligitur ex Suetonio in Claudio.*

Quinquaginta hominum millia] *Tranquillus,* X X.hominum millia *habet,cap. 40.ſed hic etiam debilitatos & obtritos numerat.*

Cui minor quadringentorum millium res] *qui cenſus erat equeſter.Nota res vel pueris.*

Deuſto monte Cælio] *vbi hodie eſt baſilica Lateranenſis.*

Tribuendo pecunias ex modo detrimenti] *reſtituto precio dominis inſularum. Tranquillus.*

Vt mons Cælius in poſterum Auguſtus] *hoc fieri ipſe Tiberius iuſſit. Sueton.*

Id

Id olim Claudiæ Quinctæ] *Valerius Max. lib. 1. cap. 8. ſcriptor de viris illuſtr. Rom. & alij.*

A Cæle Vibenna] *in vetere tabula* VIVENNA. *alij* Cælium *vocant.*

Nam ſcriptores in eo diſſentiunt] *Varro,* Romulum: *Dionyſius, & Liuius Tullum; Strabo,* Ancum *nominat.*

Ac foro propinqua habitauiſſe] *aut poſtea cum in locis tam munitis ſuſpectæ forent, in planum deductas eſſe, vt Varro ſcribit.*

Vnde Tuſcum vicum] *Horatius:* ---Tuſci turba impia vici. *Ibi colebatur Vertumnus, Deus Etruriæ.*

Aduerſum caſum ſolatium tulerat] *Puto leg.* aduerſis caſuum.

Cæſari propinquum] *Germanici enim filiam duxerat. Seneca lib. 1. Controuerſiarum.*

Capreas ſe in inſulam abdidit] *imo iam Capreis erat, cum amphitheatrum Fidenis collapſum eſt. Suetonius.*

Antequam Veſuuius mons] Veſuuius, *mons Campaniæ amœniſſimus, multos habet ſubterraneos ignis fontes: itaque ſæpe conflagrauit, ſed maximū incendium ſub Tito Veſp. quod copioſe deſcribitur à Xiphilino, tangitur à Suetonio: diſertiſſime exponitur à Plinio minore, lib. 6. Epiſtolarum, vbi narrat mortem auunculi ſui, qui ea cōflagratione abſorptus eſt. Hodie,* Monte Somma.

Telebois habitatas fama tradit] *vulgo*, Cephaloniam *per quartam vocalem* ; *κεφαλληνίαν*, *Strabo, & Euſtathius appellant cum ſecunda vocali.*

Duodecim villarum] *in eis villa Iouis. Fortaſſe ceteræ, à Diis maiorum gentium cognominatæ.*

Egenes aduerſum proximos] *Amicus noſter* tegens. *veteres libri* etiam. *Lego*, egit etiam.

Calendis Ianuariis Epiſtola precatus] *vt feliciter annare, & perennare liceret. Plinius:* Primum incipientis anni diem lætis precationibus inuicem fauſtum ominamur.

Principis aperirent] *lego*, operiretur.

Iulia mortem obiit] *Agrippinæ ſoror.*

In inſulam Trimerum] *vnam ex quinque Diomedeis.*

Poſtquam non ſubueniebat] *Fort.* Subueniebatur.

Donec, idq; vetitum] *lege*, donec id quoque vetitum.

Neptem Agrippinam] *quæ mater Neronis Imperatoris fuit.*

Nam is auiam Octauiam] *Erat enim filius maioris Antoniæ.*

IN

IN LIBRVM QVINTVM ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

DIVIDENDVS *hic liber in duos, vt recte viri docti monuerunt. Continet hiſtoriam nouem annorum.*

Rubellio, & Fuſio Coſ.] *C. Rubellio Gemino, & C. Fufio Gemino, (ſic enim leg. eſt, non* Fuſio*) Coſ. His Coſſ. obſeruaui baptizatum à Ioanne Chriſtum Dominum.*

Iulia Auguſta mortem obiit] *Liuia, quæ poſtea* Iulia, *mater Druſi, qui fuit pater Germanici. Agrippina autem matrem habuit Iuliam; Auguſti filiam.*

Aetate extrema] *octoginta ſex annorum. Dio. Male apud Plinium eſt 82. lib. 14. cap. 16. vbi & male puto legi* Pictanon, *& legendum* Pycinon. *vt ſit vinum* Picinum; *quod naſcitur in colle ſaxeo, in quo poſitum eſt Tergeſte, hodie* Ribollam *vocant. Hic diſſerendum eſſet, cur mulieres minus diu viuere ſoleant, quam viri. Longæuarum mulierum*

exempla leges apud Plinium libro ſeptimo, capite 48.

Nobilitatis per Claudiam familiam] *mater Tiberij* Claudia *erat, prima origine. Suetonius. Ex hac ſtirpe (Claudia) Tib. Cæſar genus trahit: & quidem vtrumq;. Paternum à Tiberio Nerone: maternum ab Appio Pulcro, qui ambo Appij Cæci filij fuerunt. Inſertus eſt & Liuiorum familiæ, adoptato in eam materno auo. Auus Tiberij maternus vocatur à Velleio,* Liuius Druſus Claudianus. *A Dione lib. 48.* Liuius Druſus. *Maternus igitur auus ipſius in gentem Liuiam adoptatus eſt. vide Valerium Max. ca. 4. lib. 2. & hunc noſtrũ ad finem huius libri.*

Cum Tib. Nerone] *Hic Cæſaris Dictatoris Quæſtor fuerat, Alexandrino bello claſsi præpoſitus, plurimum ad victoriam contulerat. Mortuo tamen Cæſare cenſuit referẽdum de præmiis* τυραννοκτόνων. *L. Antonium Peruſiam ſecutus, deditione facta, ſolus in partibus manſit. Profectus ad Sext. Pompeium, deinde ad M. Antonium tranſiit, cum quo Romam rediit. Suetonius.*

Comis vltra quam antiquis feminis probatum] *Fuit hæc Liuia inſigni prudentia, & animo maximo. vide Senecam lib. 1. de Clementia ca. 9. & Cõſolatione ad Marciã; Macrob. lib. 11. Saturnal.*

A C. Cæſare pronepote] *Suetonius in Caligula.* Comitatus eſt patrem & in Syriacã expeditionem. Vnde reuerſus primum in matris,

tris, deinde ea relegata in Liuię Auguſtę proauiæ ſuæ contubernio manſit: quam defunctam prætextatus etiã pro roſtris laudauit.

Ac Tib. quod ſupremis] *Eam ægrotam ne inuiſerat quidem. Dio lib.58.*

Et addito ne cœleſtis religio decerneretur] *Quam tamen ei poſtea tribuit Claudius. Dio lib.60. & Suetonius in Claudio cap.11.*

Inridere ſolitus] *De morte eius & Publiæ Priſca vxoris, lege Dionem: in quo male* C.Geminus Rufus, *pro quo reponẽdum,* C.Fufius Geminus, *vt dixi.*

Ceterum ex eo prærupta iam] *Aſpera & iminens capitib. ac ceruicib. ciuium dominatio. Porro legendum eſt* vergens, *vt alij quoq; annotarunt.*

Tũc velut frenis exſoluti] *Seianus magis etiã ἥρως. Decretũ, vt natalis ipſius publice celebraretur. Statuæ innumerabiles poſitæ. A ſingulis ordinibus, vt ad Tiberiũ, ſic ſeorſim ad ipſum miſſæ legationes. Pro vtriusq; ſalute ſacra faciebant. Per Genium vtriuſq; iurabant. vide Suetonium, Senecam alioſq;.*

Cottam Meſſallinum] *Qui libro ſuperiore cauendum cenſuerat, vt &c. qui hoc libro dicitur, ſæuiſſimæ cuiusq; ſententiæ auctor.*

Breuibus momentis ſumma verti poſſe] *vt in Gallia, cum Frãciſcus Borbonius, princeps Condenſis, ex ſummo vitæ periculo, morte Franciſci II. Regis, in ſummam potentiam venit.*

Vt principis impediri teſtarentur] *Deſideratur reliqua actorum huius anni, in queîs, quemadmodum Agrippina in inſulam Pandatariam relegata ſit, Nero in Pontiam; vbi vterq; eorum interfectus eſt iuſſu Tiberij. auctor Suetonius in Caligula. Deſiderantur & acta inſequentis anni, quo M. Vinicius, L. Caſſius Coſ. fuerunt: quorum vterq; poſtea Tiberij progener fuit, vt poſtea dicetur. Tum vt Seianus eouſq; creuerit, vt Tiberius vulgo inſulæ Præfectus, Seianus pro Imperatore haberetur: quem iam Tiberius metuens, neq; aperte adoriri auſus; Conſulem ſecum deſignauit; & ad Senatum ſcribens, Seianum ſuum ſuarum curarum participem nominabat. Iniit Conſulatum Tiberius abſens, Cal. Ianuarij, ſine collega. Seianus autem collega ab eo adſcitus, Calen. Febr. in vrbem venit, Conſulatumq; auſpicatus eſt. Conſules vna fuere vſq; ad Idus Maias. Toto illo tempore Seianus non Conſulatus, ſed imperij collega habebatur. Idibus Maij, ſuffecti in eorum locum C. Memmius Regulus, Fulſinius Trio. Hic ex Seiani clientela; ille non tam à Seiano alienus, quam ambiguus fidei, & priuatis vtilitatibus officium metiens. Tiberius interea explorandis Senatus in Seianum animis, per epiſtolas modo eum laudibus tollere; interdum oblique perſtringere; nonnunquam de eo contemptim loqui: &, vt aduertit quibus Seiani potentia minueretur, non auerſis animis accipi, iamq; pleroſq; reperiri, qui nutarent, confidentior factus, nonnullos è cultoribus*

toribus eius afflixit: Quoſdam quibus ille infenſus erat, ornauit: Varie interea Seiani animus inter ſpem, & metum fluctuabat. nam & tam alte ſubuectus, vt paulum deeſſe videretur ad ſummum, non minus ſe Tiberio, quam Tiberium ſibi metuendum eſſe ducebat: & fato nunquam ſecuræ potentiæ, per ſcelera quæſitæ, terrebat ſimul timebatq;. Nec minus ſuſpenſa ciuitas Seiano, neq; tanto, vt prius, ſtudio colere, neq; tamen aperte ab eo deſciſcere audebat: infixa penitus in plerisq; omnibus opinione, nihil ſincerum eſſe Tiberij: nunquam voluntatem ipſius ita perſpici poſſe, vt nō immineret periculum, ſi qui præpropere obtemperaſſent. Multis iam exitioſum fuiſſe quod de voluntate ipſius ac ſententia, ex vultu ac verbis iudicaſſent.

Cum in Blæſum] *Seiani auunculum.*

Grauatus Vitellius] *vide Suetonium in Vitellio.*

Puella adeo neſcia] *ea ipſa, quæ deſtinata erat ſponſa filio Claudij.*

Supplicio affici virginem inauditam] *Virginis nomen interdum pro ea quæ peperit. Terentius:* Virgo nihil habet. *Et paulo poſt :* Illinc huc transferetur virgo. *Et ſermo eſt de ea quæ pepererat. Virgilius,* Ah, virgo infelix. *vbi ſermo eſt de Paſiphaë.*

Druſum Germanici filium] *quem Tiberius in abdita palatij parte fame poſtea enecauit, vt*

poſt

poſt paulo dicetur : Tum autem in cuſtodia habebatur.

Dixiſſe ſe M.Silano genitum] *cuius gener fuit Caligula.*

Cn.Domitius & Camillus Scribonianus] *Hoc eſt libri ſexti principium, de ſententia Lipſij.*

Aditis iuxta Tiberim hortis] *Horti Cæſaris, qui prope naumachiam erant. Suetonius.*

Sellariorum & ſpintriarum] Sellaria, *ait Læuinus Torrentius, ſunt ſellæ ipſæ ad libidinem diſpoſitæ. Sic enim &* Sellaria *domus aureæ Neronis, apud Plinium lib.34.ca.8. &* Sellariolæ popinæ *apud Martialem, vbi non in lectis, ſed in ſellis accumberent. Inde &* opifices ſellularij *Liuio. Ego* cællas *ſcio vocari meretricum caſulas. Martialis:*

Intraſti quoties inſcriptæ limina cællæ. *Et Iuuenalis*: Vltima cællam clauſit. *Et*: dubitas alta Chionem deducere cælla. *Suetonius in Caligula, cap.41.* Lupanar in palatio cōſtituit, diſtinctiſque, & inſtructis pro loci dignitate compluribus cællis, in quibus matronæ, ingenuique ſtarent, miſit circum fora, & baſilicas, nomenclatores, ad inuitandos in libidinem iuuenes, ſeneſque. *Scribo igitur* cællariorum. Spintrias *exponit Suetonius, monſtroſi concubitus repertores. Spintriam vocatum Vitellium idem narrat: & Xiphilinus exponit* πεπορνευκότα.

κὸτα. Lego & hic Sphintriarum. *Sed hæc neſcire præſtat, vt mirer quoſdam, tam diligentes in fœdiſſimo vocabulo inueſtigando fuiſſe.*

Cognitis Liuiæ flagitiis] *Apicata, vxor Seiani, cognita morte filiorum, libellum ſcripſit, quo Liuillæ facinora & flagitia aperuit. Deinde ſe exanimauit. Tiberius, & ceteros conſcios, & ipſam interfecit. Sunt tamen qui dicant ei, propter Antoniam matrem, ignotum eſſe, ſed eam ab Antonia inedia necatam, Dio.*

Spectaculum præbebatur] *legendum* præbebant.

Et noxiam conſcientiæ] *Puto emẽdandum,* noxæ conſcientiam.

Dij me, deæque potius perdant] *Quin & Artabani, Parthorum regis laceratus eſt litteris, parricidia, & cædes, & ignauiam, & luxuriã obiicientiũ, monentiumq́;, vt voluntaria morte maximo, iuſtiſſimoq́; ciuiũ dolori quamprimum ſatisfaceret. Poſtremo ſemetipſe pertæſus tali epiſtolæ principio tantum non ſummam ſuorum malorum profeſſus eſt, &c. Suetonius in Tiberio capite ſexageſimo ſexto.*

Si recludantur tyrannorum mentes] *Plato lib. 9. & 10. de Republ.*

Quam in Aruſeium & Sanquinium] *Quæ ea pœna fuerit obſcurum eſt, ob iacturam factam librorum Taciti.*

San-

Sanctiſsimis Arruntij artibus] *Lib.1.dixit* Arruntium *fuiſſe diuitem, promptum, artibus egregium,& pari fama publice.*

T.Minutius Thermus inducti] *Plautus:* Iniuriam multo induci ſatius eſt. *Appuleius lib.3.* Ego quidem pro hoſpitis ſalute, & homicida ſum, & reus capitis inducor. *εἰσάγομαι.*

Reũ deſtinare properat] *Forſitan leg.* properabat. *aut vt pridem conieceram,* poterat.

Indicibus acceſſere] *& ita ſeruati ſunt, vt paulo ante Paconianus.*

Collegam patris ſui] *Seij Strabonis.*

SER. Claudiæ,& Iuliæ domus partem] *vtrumq; ſpe,non re. Seiani filia deſtinata erat vxor filio Claudij. Ipſe Liuiam ducturus putabatur: ſed tamen non vt Germanicum, ſic Liuiam eius ſororem adoptauerat Tiberius. Fortaſſe igitur conſtituerat dare illi aliquam ex filiabus Germanici.* Generi *autem appellatio etiam è ſponſalibus contrahitur.L. Seruius.D.De gradib.& adfinitat.* Et Gener *vocatur etiam neptis aut proneptis maritus.L.Generi. D. De verb.ſignif.*

Annius Pollio] *qui poſtea in Neronem coniurauit.*

Vinicianus Pollioni patri adiiciebatur] *& hic poſtea coniurauit in Claudium.*

In cohortem ſuam tranſtulerat] *amicorum.*

Alia

Alia cohors erat primæ admiſsionis, alia ſecundæ, alia tertiæ. Sed tertiam non amicorum, ſed gratorum vocabat Tiberius: qui tres illas claſſes fecerat. Suetonius cap. 46. Tale quiddam hodie in aula Imperatoris obſeruatur.

Vitia Fufij Gemini mater] *qui Fufius accuſatus maieſtatis, cùm protuliſſet tabulas ſuas, ſe interfecit: quod exemplum ſecuta eſt Publia Priſca vxor ipſius. Dio.*

Curtium Atticum] *equitem ex illuſtribus, comitem ſeceſſus Caprenſis. Supra lib. 4.*

L. Piſo, Pontifex] *Legendũ eſt,* L. Piſo P. V. *hoc eſt, Præfectus vrbi. Seneca epiſt. 84.* L. Piſo Vrbis cuſtos, ebrius ex quo ſemel factus fuit maiorem partem noctis in conuiuio exigebat: vſque in horam ſextam fere dormiebat. hoc erat eius matutinum: Officium tamen ſuum, quo tutela Vrbis continebatur, diligentiſsime adminiſtrauit. Huic & D. Auguſtus dedit ſecreta mãdata cum illum præponeret Thraciæ quam perdomuit, & Tiberius proficiſcens in Campaniam, cum multa in Vrbe & ſuſpecta relinqueret, & inuiſa, puto quia illi bene ceſſerat Piſonis ebrietas, poſtea Coſſum fecit Vrbis præfectum, virũ grauem, moderatum; ſed merſum vino, & madentem adeo, vt ex Senatu aliquando, in quem ex conuiuio venerat, oppreſſus inex-

citabili ſomno tolleretur. *Plinius lib.14. cap. vlt.* Eâdem commendatione credidere L. Piſonem, Vrbis Romæ curatorem ab eo delectum, quod biduo, duabuſque noctibus perpotationem continuaſſet, apud ipſum iam principem. *Suetonius in Auguſto cap.42.* Poſtea princeps in ipſa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco, & L. Piſone noctem, continuumque biduum epulando, potandoque conſumpſit: quorum alteri Syriam prouinciã, alteri Præfecturam Vrbis confeſtim detulit.

Dentrem Romuleum] *Liber vetus,* Dentrem Remuleum *habet. Forte,* Liuium *leg. ex T.Liuio,lib.10.*

Numam Marcium] *Patrem Ancij Regis.*

Sp.Lucretium] *Hic primus habuit comitia creandis Conſulibus,cum Interrex eſſet. Liuius ad finem lib.1. Dionyſius extremo lib.4.*

Primuſque Meſſalla Coruinus] *Dio Caſſius, Agrippam primum facit: ſecundum Statilium. Coruinum omittit.*

Eam poteſtatem] *quæ ab Auguſto primum facta eſt perpetua. Sueton. Auguſto cap.36.*

Dein Piſo XX. per annos] *Lipſius legit* X. per annos. *Hic erat Tiberij decimuſſeptimus. De libro Sibullæ, vide Gellium cap.19.lib.1.*

Poſt exuſtum ſociali bello Capitolium]

L.Sci-

P. Scipione, C. Norbano Coſ. anno Iↄ. CLXXI. poſt R.C. anno ante Sullæ Dictaturam.

Sanus repertus] *leg. puto,* ſane repertus.

Ser. Galba, L. Sulla Coſ.] *His Conſulibus* CHRISTVS *Dominus in Crucem ſublatus eſt, qui fuit annus ab V.C. Iↄ. CCLXXXVI.*

L. Caſsium] *Longinum cognomento. Suetonius, & Tacitus paulo poſt.*

M. Vinicium] *ad quem Velleius Paterculus hiſtoriam ſuam ſcribit.*

Calibus ortus] *in Campania. Hodie vulgo* Galui.

Aduerſum legem Dictatoris Cæſaris] *de qua Suetonius in Cæſare cap. 42. & Cæſar ipſe lib. 3. de bello Ciuili.*

Nam primo XII. Tabulis ſanctũ, nequis vnciario fenore amplius exerceret] *Ex fenore plurimæ & grauiſsimæ ſeditiones exoriri ſolent: nam qui fenori pecuniam accipiunt, dulcedine præſentis pecuniæ illecti, neq; quid poſtea futurum ſit, cogitantes, indulgent cupiditatibus ſuis: neq; prius de calamitate ſua cogitant, quam exuti patrimonio, & omnibus fortunis euerſi, nouas res, ſi poſſunt, moliri, & de vertenda quoquo modo Repub. conſilia capere cogantur. Propterea diligentiſsime cauendum eſt, ne creſcat æs alienum in ciuitate. Plato lib. 8. de Legibus, non cenſet permittendum, ex puteo vicini aquam ad vſum quotidianum ſumere, niſi qui prius*

in ſolo ſo foderit vſq; eo, dum ad argillam peruenerit. Hoc enim argumento vtuntur aquileges, aquam inueniri non poſſe. Ita non eſſe permittendum, pecuniã ab alio vtendam petere, niſi ei qui prius tentaſſet omnes rationes ſubueniendi neceſsitatibus ſuis, aut ex fructibus prædiorum ſuorũ, aut labore & induſtria, aut parſimonia & frugalitate. Eò magis, quòd nemo feneratur propter ea quæ ſint ad vitam tuendam neceſſaria.

ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον,
Δημητρὸς ἀκτῆς πώματός θ' ὑδρηχόου; *id eſt,*

Quid ad tuendam eſt vitam opus, præ-
ter duo:
Cereale munus, & Acheloi pocula?

Propter hæc autem, nemo ſe, vt Diogenes dicebat, ſeneratori obligat. Vt in argento, aut in auro bibatur: vt gemmis digiti, aures vnionibus onerentur, vt purpura calcetur, vt ebore incruſtentur laquearia, vt auro radient, vt citreæ menſæ petitis trans mare dapibus premantur; vt ſtultæ, infinitæ, inhoneſtæ cupiditates delaſſentur potius, quam expleantur. Ob has, & harum ſimiles cauſas argentariorumq; tabulæ implentur. Itaq; Perſæ, vt eſt apud Herodotum, omniũ peccatorum grauiſsimum eſſe ducebant, quidquam cuiquam debere. Et Plato lib. 11. de Legibus, prohibet, ne quid ematur in diem: ſed omnia præſenti pecunia: aut ne vlla ſit actio ad precium petendum. Itemq; ſanxit, ſi quis pecuniam mutuam dederit, ne eam

eam ab inuito exigere poſſit. Sed & à Charonda idem inſtitutum, & apud quoſdam Indorum populos olim obſeruari ſolitum legimus apud Stobæum, λόγῳ μ' β'. Sed & lege XII. Tabularum, obærati habebantur in neruo & compedibus; vendebantur: Si plures vnius creditores erant, qui ſoluendo non eſſet, licebat eis corpus eius diſſecare, & inter ſe partiri. Quæ tam horrenda, tamq; atrocia lege nominatim permiſſa erant, vt deterrerent homines ab ære alieno contrahendo. Sed tamen in credenda pecunia aliquid humanitatis eſt, & natura ipſa nos monet, vt, cum amicis egentibus, quemadmodum aliarum rerum, ſic pecuniæ quoq; numeratæ vſum communicemus: idq; etiam DEVS *ipſe facere nos iubet. Sed aduerſus naturam eſt poſcere, vt nummus nummum gignat; vereq; affirmat Ariſtoteles 1. Politicōn, fenus naturæ aduerſari. Is enim qui alteri fenerat, ſpecie beneficij, eum cui gratificari videtur, euertit. Itaq; eleganter S. Ambroſius ait, non multum intereſſe inter* Fenus & Funus: *inter* Sortem & Mortem. *Cumq; ſortem feneratores* caput *vocare ſoleant, eos qui illorū retibus inuoluti tenentur, eſſe capitis reos. Hæc igitur de Fenore* καθόλου: *de quo vidēdus eſt liber S. Ambroſij de Tobia. S. Baſilius in Pſalmum 14. Plutarchus in lib.* περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. *Nunc quæ à Tacito dicuntur ſingillatim conſideremus.*

Vetus vrbi fenebre malum] *hoc è T. Liuio, & Halicarnaſſeo cognoſci poteſt.*

Vnciario fenore] *quia numerus duodenarius commodiſsimus eſt ad partitiones. Habet enim 6.4. 3.2.1. Idcirco eo antiqui in rebus diuidēdis ſæpiſsime vtebantur. Sic hereditatem vocabant* Aſſem,*&c. Sic cum ſingulis menſibus ſinguli nummi pro centenis vſuræ nomine pendebantur, id eſt, duodeni quotannis in centenos, eam vſurā* Centeſimam *vocabant: quæ grauiſsima erat omnium lege permiſſarum; & ea ipſa quaſi* As.*vſurarum erat: Proxima erat, cum vndeni, id eſt, deunx: Perſius:*

Quid petis, vt nummi quos hic quicunce modeſto
Nutrieras, pergāt auidos ſudare deunces.

Inde dextantes vſuræ, dodrantes, Beſſales, ſeptunces, ſemiſſes, quincunces, Trientes, quadrantes, ſextātes, Vnciariæ. Erat autem Vnciaria, *cum pro centenis mutuo datis ſinguli quotannis vſuræ nomine pendebātur. Eam permiſſam fuiſſe hîc ait Tacitus, lege XII. Tabularum; ſed cum, vt veriſimile eſt, grauiores vſuræ poſtea exercerentur, lex de Vnciario fenore iterum lata eſt, centum fere annis poſt XII. Tabulas, à M. Duilio, L. Mæuio Tribunis pl. vt auctor eſt Liuius lib. 7. Deinde ad ſemiuncias, decem annis poſt legem eadem de re Duilij Tribuini pl. idq; T. Manlio Torquato, C. Plautio Coſ.*

Poſtremo vetita verſura] *lege Genucia, ſex annis poſt Duiliam. Liuius lib. 7. Itaq; ſæpe poſtea multati ſunt feneratores, qui & puniebantur pœna*

qua-

quadruplici, cum fures tantum duplici condemnarentur M. Cato, initio rei ruſticæ.

Obuiam itum fraudibus] *fraudem quomodo facerent, cum in ſocios nomina tranſcriberent, cognoſces ex Liuio lib. 35.*

Duas quiſq; fenoris partes] *Hac de re Suetonius in Tiberio c. 48.* Per Senatuſconſultum ſanxit vt feneratores duas partes in ſolo collocarent: debitores totidem æris alieni ſtatim ſoluerent. *Sic Plinius lib. 6. epiſt. de Senatu ſuorum temporum,* Patrimonij tertiam partem cōferri iuſsit in ea quæ ſolo continerentur. *Capitolinus de M. Antonio.* Iuſsit vt Senatores peregrini quartam partem in Italia poſsiderēt: *Fortaſſis igitur hic quoq; leg.* patrimonij, *aut* duas quiſque fenoris partes ſolueret: duas patrimonij in agris per Italiam collocaret.

Cæſar diſpoſito per menſes] *ex ærario. Leg. autem eſt,* millies ſeſtertium *ex Suetonio: qui ſint M.CCCC. ſcutata moneta.*

Pater quoque illuſtris eques Rom.] *M. Pompeius, procurator Aſiæ. Strabo lib. 13.*

Theophanem Mitylenæum] *In eius gratiam Pompeius Mitylenæis immunitatem donauerat. Plutarch. qui eum malitioſum fuiſſe ait. Fabrū præfectus fuit in caſtris Pompeij bello ciuili, auctorq; ei victo fuit, ſe in Ægyptum potiſsimum conferendi.*

Sex. Marius Hiſpaniarum ditiſsimus, de-

fertur in ceſtaſſe filiam] *quam ablegauerat ne à Tiberio ſtupraretur. Dionem lege lib. 58.*

Iacuit immenſa ſtrages] *viginti vno die abiecti, tractiq; inter eos pueri ac fœminæ. Suetonius in Tiberio cap. 61. ſed lego,* ducenti, *non* viginti.

C. Cæſar diſcedenti Capreas auo] vndeuiceſimo ætatis anno accitus Capreas à Tiberio, vno atq; eodem die togam ſumpſit, barbamq; poſuit, ſine vllo honore: qualis contigerat tirocinio fratrum eius. Hic omnibus inſidiis tentatis, elicientium, cogentiumq; ſe ad querelas, nullam vnquam occaſionem dedit, perinde oblitterato ſuorũ caſu, ac ſi nihil cuiquã accidiſſet. Quæ vero ipſe pateretur, incredibili diſsimulatione trãſmittens, tantiq; in auũ, & qui iuxta erant obſequij, vt non immerito ſit dictum, Nec ſeruum meliorem vllum, nec deteriorem dominum fuiſſe. *Sueton. in Caligula cap. 10.*

Qualem diem Tiberius induiſſet] *Locus inſigniter deprauatus. Forſitan leg.* Quali Tiberium vidiſſet.

Paſsieni Oratoris motum] *qui peſſime exordiebatur: mediocriter narrabat: inſigniter perorabat. Seneca lib. 3. Declamat.*

Et tu Galba quandoq; deguſtabis imperium] *καὶ σὺ τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρυφήσεις. Sic Turnebus apud Suetonium legit, in Galba, cap. 4.*

ex

ex Dione, Xiphilino & Ioſepho. At Sueton.hoc dictũ tribuit Auguſto: Dio & Ioſeph.Tiberio.

Fatone res mortalium, & neceſsitate] *Chryſippus apud Gellium cap. 2. lib. 6.* Fatum,*eſt ſempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum, & catena, voluens ſemet ipſa ſeſe, & implicans per æternos conſequentiæ ordines; ex quibus apta connexaq; eſt. ſed optime Homerus:*

ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται·
ἐξ ἡμέων γάρ, φασι, κακ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Scripſerunt de fato, Chryſippus, Zeno, Cicero, Plutarchus, Alexander Aphrod. omnium optimè S. Thomas, & libello proprio, & in 1. part. q. 116. vide & Commentarium noſtrum in Catilinarias M. Tullij.

Contra alij] *Stoici, & ante eos Plato lib. 10. de Repub.* αἰτία ἑλομένου θεὸς ἀναίτιος.

Non eximitur] *Puto leg.* non eximias.

Quippe à filio eiuſdem Traſulli] *Eſt & apud Xiphilinum; & prædictum etiam, fore vt matrem interficeret; niſi quod Aſtrologum ipſum non nominat. Sic mors prædicta Vitellio ab Aſtrologis. Sic prædictũ imperium Veſpaſiano ab Ioſepho. Sic mors Domitiano prædicta ab Aſcletarione, & à Proculo Longino. Innumerabiles eius generis prædictiones in veterum libris leguntur: ſed valeat dictum Diagoræ.*

Quem egeſtate cibi peremptum] *anno vno ante Liuij mortem. Euſebius. Græcus poëta ait:* λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν.

Mandendo è cubili tomento] *idem Suetonius narrat.*

Cocceius Nerua] *Cauſam mortis cognoſces ex Dione.*

Adſidere] *Horatius:*

Quod ſi quis caſus lecto te affixit, habes qui
Adſideat, fomenta paret, &c.

Quod Iulia Druſi filia] *Druſi, qui filius fuerat Tiberij.*

Neronis vxor] *Germanici filij.*

Denupſit] *extra cognationem ſuam nupſit.*

Mors AElij Lamiæ] *Dio libro quinquageſimo octauo.* τόν τε πείσωνα τὸν πολίαρχον τελευτήσαντα δημοσίᾳ ταφῇ ἐτίμησε, καὶ λύκιον ἀντ' αὐτοῦ ταμίαν ἀνθείλετο, ὃν πρόπαλαι στρατιᾷ (*legendum* συρίᾳ) προστάξας κατεῖχεν ἐν τῇ ῥώμῃ.

Exin Flacco Pomponio] *cum quo biduum potando conſumpſerat, eiq; pro præmio Syriam adminiſtrandam dederat. Suetonius.*

In prioribus libris ſatis conlocaui] *Verbum* conlocaui *de mendo ſuſpectum.*

Poſt longum ſæculorum auis Phœnix in AEgyptum venit] *Multa & præclara de hac aue extant apud veteres. Herod. in Euterpe. Martial. li. 5.*

Qualiter Aſſyrios reuocant incendia nidos,
Vna decem quoties ſæcula vixit auis.

Lactan-

Lactantius.

Quæ poſtquam vitæ iam mille peregerit annos.

vide Plin.lib.10.cap.2.Melam lib.3.Solinum cap.46. Ouid.lib.15. Metamorph.Philoſtrat. lib.3.de vita Apollonij.Ambroſ.lib.5.hexamer.cap.23.

Paulo Fabio, L.Vitellio Conſ.] *Dio lib.58. biennio ſerius Sex.Papinio,Q.Plautio Coſ.Idem Solinus,& Plinius. Ego Tacitum in re fabuloſa non ita curioſum fuiſſe arbitror. Falſum autẽ eſt, quod quidam ex Dione notat, hos Conſules ſupplicio affectos eſſe. non tacuiſſet hoc Tacitus, Dio fuſius explicaſſet: conſtatq; hũc Vitellium, Auli, qui imperauit patrem, Caligulæ & Claudij temporibus ſuperſtitem fuiſſe: vide Suetonium in Vitellio: & hic ipſe Vitellius, poſtea præfuit Syriæ, vt infra dicetur.*

Sunt qui adſeuerent mille quadringentos 61.] *ex Plinio,DCLX.*

Interici] *Fort.*in terris.*alij* interiici.

Soſide primum] *legendum arbitror,* prioreſque alites Seſoſtride primum,&c. *quod alij etiam notarunt.*

Dein Ptolemæo] *Hic fuit Ptolemæus Euergetes.*

Tentatoque per longum iter] *id eſt,cum prius tentauerit: ſic ſæpe hiſtorici loquuntur, Salluſtius,Liuius & Tacitus noſter.*

Quem præfuiſſe Mœſiæ] *& Macedoniæ.Dio* Myſiæ. *Octo autem annos ibi fuerat.*

Ma-

Mamercus dein Scaurus] *Dio hunc vocat* M. AEmilium Scaurum, *ſed male.*

Tragœdiæ à Scauro ſcriptæ] *Inſcribebatur illa Tragœdia* Atreus. *At Tiberius,* Ego, *inquit,* illum Aiacem efficiam. *Vide Dionem.*

Actamen accuſatores, ſi facultas incideret] *Dio:* τούς τε ἐπιβουλεύσαντας, τῶν τὰς κατηγορίας ποιουμένων ἀποθανεῖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐκέλευσε.

Is metu Germanici fidus Romanis] *qui Germanicus Artaxiæ regium diadema impoſuerat.*

Defuncto rege Artaxia] *qui antea* Zeno *vocabatur, regis Pontici Polemonis filius. ſupra lib. 2.*

Qui gazam à Vonone] *filio Phraatis, de quo ibidem dictum eſt.*

Non deſpectum id apud barbaros] *Xenophon lib. 7.* παιδείας, *Claudianus in Eutropium.*

Recuperandæque Armeniæ] *Regio eſt Aſiæ ad Caucaſum. Strabo lib. 2.*

L. Vitellium præfecit] *eum ipſum qui proximè Conſul fuerat.*

Multo auro ad ſcelus cogunt] *ad interficiendum veneno Arſacen.*

Adiungere Albanos] *Hi vicini ſunt Iberis.*

Accipere Sarmatas] *Aſiaticos Tartaros. Europæi ſunt Ruſſi. In heptarchias diuiſam fuiſſe regionem illam, teſtatur etiam Strabo.*

Qua tempeſtate Iaſon poſt auectam Medeam] *De Argonautarum expeditione, totaque hac*

fabula,

fabula, Apollonius, Val. Flaccus, & Ouidius, Seneca & Euripides legendi. & Apollodorus in Bibliotheca.

Siue id animal, ſeu nauis inſigne fuit] *Sic de Minotauro, ſic de tauro qui Europam auexit, ſic de equo Troiano fabulantur. vide Strabonem lib. 11. & de durateo equo Seruium in 2. Æneid.*

Equeſtris prælij more] *Salluſtius:* More equeſtris prælij, ſumptis tergis atque redditis. *Et in Iugurtha:* Quibus illi freti, non vti equeſtri prælio ſolet ſequi, dein cedere, ſed aduerſis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem.

Frontis & tergi vices] *id eſt, viciſſitudines. Exaudiendum autem verbum,* erant.

Fama tamen occiſi falſo didita] *Ioſephus lib. 18. vere occiſum tradit.*

Cum hic more Romano Suouetaurilia daret] *Plutarchus de Lucullo,* ἔθυσε δὲ ϗ τῷ Εὐφράτῃ ταῦρον διαβατήρια. *Vox vſitata Xenophonti, & Thucydidi. Liuius lib. 1.* Cenſu perfecto, quem maturauerat, metu legis de incenſis latæ, cũ vinculorum minis, mortiſque edixit, vt omnes ciues Romani, equites, peditesque, in ſuis quiſq; centuriis, in campo Martio prima luce adeſſent. Ibi inſtructum exercitum omnem, Suouetaurilibus luſtrauit. *Dionyſius lib. 4. eadem de re.* καθαρμὸν αὐτὸν ἐποιήσατο, ταύρῳ, καὶ κριῷ, καὶ τράγῳ. *lego* κάπρῳ. *Et addit, durare ad*

ſuam

ſuam vſq; ætatē. Aſconius in Diuinat. Iidem completo quinquennio Vrbem luſtrabant, & Solitaurilia ſacrificia: (*lego* Suouetaurilia) de ſue, oue, tauro faciebant. *Tacitus lib.4. Annalium ab exceſſu Neronis:* Tum Heluidius Priſcus Prætor, præëunte Plauto AEliano Pontifice, luſtrata boue (*lego*, ſue, oue) tauriſque area, & ſuper ceſpitem redditis extis.

Poppæus Sabæus conceſſit vita] *Dio ἤδισα φαρμακοποσία πρὶν τινὰ αἰτίαν λαβεῖν. Lipſius, ſponte non fato. Non ſequor.*

Maximiſque prouinciis per quattuor & XX. annos] *at Tiberius XXIII. tantum annos imperauit. Præterea his ipſis prouinciis Pomponius Labeo ſub Tiberio octo annos præfuerat, vt paullo ante in hoc libro vidimus. Quare de hoc loco amplius cogitãdum cenſeo. Dio ait toto prope Tiberij principatu.*

In ipſa curia depromptum] *Dio, ἐν δακτυλίῳ φορήσας.*

Galba triſtibus Cæſaris litteris] *frater Seruij, qui poſtea imperauit.*

Quam iuueni Druſo nuptam retuli] *in iis libris, qui perierunt.*

Inteſtabilis] *ἄτιμος.*

Scytharum natio] *Legendum*, Clitarum, *quæ gens in Cilicia.*

Archelao ſubiecta] *filio eius Archelai qui rex Cappadocum euocatus Romam litteris Tiberij, ibi mor-*

mortuus erat, C. Cœlio, L. Pomponio Coſ. vt vidimus lib. 2. Eius regnum in formam prouinciæ redactum erat. Tiberio Cæſare I I. Germanico I I. Coſ.

Nicephorium] *alio nomine* Conſtantina, *prope Edeſſam vrbs. Stephanus.*

Anthemuſida] *ſic & Apollonius appellat. Eſt vrbs Syriæ.*

Conditoris Seleuci retinens] *Seleuci Nicanoris. prius vocabatur* Olbia, & Hyria.

Spernuntur] *Puto legendum* ſpernitur. *& ita habet Gryphij editio.*

Nam populi imperium iuxta libertatē] *Thucyd. lib. 3. in orat. Theb.* ἡμῖν μὲν γὰρ ἡ πόλις τότε ἐτύγχανεν, οὔτε κατ᾽ ὀλιγαρχίαν ἰσόνομον πολιτεύουσα, οὔτε κατὰ δημοκρατίαν. ὅπερ δέ ἐστι νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου, δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν εἶχε τὰ πράγματα. *Sic & Demoſthenes ait: natura inimica eſſe democratiam, & tyrannida.*

Atq; interim Cteſiphon] *apud Aſſyrios duæ ciuitates maximæ erant,* Seleucia, & Cteſiphon, *vt Procopius lib. 2. de bello Perſico teſtatur. At Cteſiphonte reges hibernare conſueuerant. Strabo.*

Inluuie obſitus, & alimenta arcu expediens] *vt Philoctetes apud poëtam configens tardis celeres ſtans volantes.*

Quantum Scytharum auxilio] quā dum, *puto legi oportere.*

Idem annus graui igne vrbem.] *prope eõdem tempore Tiberis ita obundauit, vt per plana vrbis nauigatum ſit. Dio. Frequens olim Vrbi vtrumque malum, inundatio, & incendium.*

Exſolutis domuum, & inſularũ preciis] *Suetonius hoc factum eſſe ait cum mons Cœlius conflagrauit, de quo dictum lib. 4.*

Eaque perfecta] *Suetonius imperfecta relicta eſſe ſcribit.*

Cn. Domitius] *pater Neronis, qui poſtea imperauit, ex Agrippina, Germanici filia. Sueton.*

Poſt mortem Claudiæ] *Iuniæ Claudillæ, M. Silani, viri nobiliſſimi filiæ. Suetonius, & hic ſupra, hoc ipſo libro.*

Dum dominationis apiſceretur] *Liber vetus* papiſceretur. *Lego,* dominationis Sp. apiſceretur, *hoc eſt, ſpem apiſceretur.*

Sanguine & caritate propior] *Oberat etiam matris impudicitia.*

In patientia] *legendum,* impatientia.

Qua pridem repudiata aſſentationibus] *vide quæ in variis ſcribimus lib. 1. cap. 12. & Gul. Canterum lib. 6. cap. 2.*

Sic Tiberius finiuit, octauo & LXX. æt. anno] *Plinius vixiſſe illum ait annos ſeptuaginta octo, menſes quattuor. Dio ſeptuaginta ſeptem annos, quattuor menſes, & nouem dies.*

FINIS.

M. ANTONII MVRETI IN SALLVSTIVM NOTAE,

ET IN PROOEMIVM CONIVRATIONIS Catilinariæ Scholia.

M. ANTONII MVRETI IN SALLVSTIVM NOTAE, ET IN PROOEMIVM CONIVRATIONIS CATILINARIÆ Scholia.

De hiſtoria prolegomena.

LIBRVM de coniuratione Catilinæ explicare ingreſſus, quinq; mihi capita initio tractanda ſuſcepi.

Vnum, quid Hiſtoria:

Alterum, quæ hiſtoriæ leges.

III. *De ſuauitate & fructu hiſtoriarum.*

IV. *Quæ præcipue obſeruanda in Hiſtoriis legendis: & quomodo in eo à pleriſq; peccetur.*

Poſtremò de SALLVSTIO *pauca dicam, niſi temporis anguſtiis excluſus, vela colligere cogar.*

Primum itaque dicam de hiſtoriæ legibus: tum de ipſius pulchritudine, ſuauitate, & fructu: deinde quæ potiſſimum obſeruare debeant, qui hiſtorias legunt. Addam de Saluſtio quædam: quibus expoſitis, librum de coniuratione Catilinæ explicare ingrediar.

Hiſto-

Hiſtoriæ leges Cicero lib.2. de oratore ſub perſona Antonij hiſce verbis complexus eſt. Nam quis neſcit primam eſſe hiſtoriæ legem, ne quid falſi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Hæc ſcilicet fundamenta nota ſunt omnibus. Ipſa autem exædificatio poſita eſt in rebus, & verbis. Rerũ ratio ordinem temporum requirit, regionum deſcriptionem: vult etiam, quoniam in rebus magnis, memoriaque dignis conſilia primum, deinde acta, poſtea euentus ſpectantur, & de conſiliis ſignificari quod ſcriptor probet, & in rebus geſtis declarari, non ſolum quod actum aut dictum ſit, ſed etiam quomodo; & cum de euentu dicitur, vt cauſæ explicentur omnes, vel caſus, vel ſapientiæ, vel temeritatis: hominumq; ipſorum non ſolum res geſtæ, ſed etiam qui fama, ac nomine excellant de cuiuſque vita atque natura. Verborum autem ratio, & genus orationis fuſum, atque tractum, & cum lenitate quadam æquabile profluens ſine hac iudiciali aſperitate, & ſine ſentẽtiarum forenſium aculeis perſequendum eſt. *Hæc Cicero. Prima igitur lex, ne mentiatur, ea bimembris eſt. Secunda, vt ſeruetur ordo temporum. Tertia, vt adhibeantur, cum opus eſt, regionum deſcriptiones.*

Quarta, vt conſilia, acta, euenta. Quinta, vt de conſiliis, &c. Sexta, vt nō tantū res geſtæ, ſed etiam, &c. Septima, de genere dicendi. Nunc de ſingulis breuiter explicabo.

De Prima. Plato lib. 2. de Rep. duo genera narrationum facit, hiſtoriam, & poëſim ſiue fabulam. *Cic. 1. de legibus in Poëmate ad voluptatem pleraq; referri, ait, in Hiſtoria ad veritatem omnia. & alibi, Veritatē, Hiſtoriæ animum eſſe. Polybius quoque: ſi quis, inquit, veritatem ex Hiſtoria tollat, pulcherrimi eum corporis oculos effodere atq; eruere, neruos ſuccidere, oſſa confringere, ipſam animam eripere, & ſolem quodam modo de mundo tollere.*

Hac in parte plerique Græcorum paulo liberiores fuere. Neq; ſine cauſa dictum eſt à Iuuen. & quidquid Græcia mendax Audet in hiſtoria. *Cic. quidem ait apud Herodotum lib. 1. & apud Theopompum eſſe innumerabiles fabulas. ſed & Cteſiæ, & aliorum varietas eodem modo culpatur. Plutarchus quidem de Herodoto ita ſcribit.* τὰ ψεύσματα καὶ τὰ πλάσματα αὐτοῦ βουλομένοις διεξιέναι πολλῶν ἂν βιβλίων δεήσειεν. *Thucydides quoq; eum & ſi non nominet, acerbe tamen perſtringit. Vt* λογογράφον, *qui ſectetur magis* τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει; ἢ τὸ ἀληθέστερον. *& ſcripta ſua nonnullis* ἀτερπέστερα *viſum iri* διὰ τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν, *ſed ſibi ſatis eſſe, ſi à grauibus, & cordatis viris vtilia iudicentur. ſe enim inſtituere* κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα εἰς τὸ πα-

ραχρῆμα

ἐγχείρημα ἀκούειν. *At de ipſo Thucyd. Ioſephus lib. 1. aduerſus Apionem.* πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων κατηγορεῖται· καί τοι δοκῶν ἀκριβεστάτην τῶν καθ' αὑτὸν ἱστορίαν συγγράφειν. *Seneca lib. 7. natur. quæſt. cum quiddam de cometa ex Ephoro retuliſſet, idque refutare inſtitueret, ita ſcribit.* Nec magna molitione detrahenda eſt auctoritas Ephoro. Hiſtoricus eſt. Quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem, aliud acturum, ſi per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes ſunt, quibuſdam mendacium obrepit, quibuſdam placet. Illi non euitant, hi appetunt. & hoc in commune de tota natione, quæ approbare opus ſuum, & fieri populare non putat poſſe, niſi illud mendacio aſperſerit. Ephorus vero non relligioſiſsimæ fidei, ſæpe decipitur, ſæpe decipit. *Hæc Seneca non tantum aduerſus Ephorum, ſed aduerſus omnes Hiſtoricos Græcos, ac quodammodo in omne hiſtoricorum genus. Sed vt idem vrbaniſsime in* ἀποκολοκυνθώσει *ſcribit:* Hæc ita vera ſi quis quæſierit vnde ſciam: primũ ſi noluero, non reſpondebo. ſi libuerit reſpondere, dicam quod mihi in buccam venerit: quis vnquam ab hiſtorico iurato res exegit? *Sunt qui Herodotum defendant, quod vtatur verbis* φασὶ, λέγουσι *& ſimilibus, & fidem penes*

auctores eſſe velit. ſed hoc quoq; defenſionis genus eleganter illudit idem ille non grauis tantum, & ſeuerus, ſed etiam, quoties collibuit, ſalſus, & aculeatus ſcriptor Seneca lib.4.natur.quæſt.his verbis: Quod Hiſtorici faciunt, & ipſe faciam. Illi cũ multa mentiti ſunt ad arbitrium ſuum, vnam aliquam rem nolunt ſpondere: ſed adiiciunt, penes auctores fides erit.

Latini maiore quadam fide ac religione vſi putantur, vt Saluſtius, Liuius, Tacitus. Flauius tamen Vopiſcus non dubitanter affirmat, neminem ſcriptorem, quantum ad Hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitum; ac gloriatur, ſe multa prodidiſſe, in quibus Liuius, Saluſtius, Cornelius Tacitus, Trogus manifeſtis teſtibus conuincerẽtur. Tertullianus quoque Cornelium Tacitum mendaciorum loquaciſsimum *vocat. Cauſam, quæ etiam communis eſt Tacito cum Plutarcho in ſympoſiacis, nos in oratione in Tacitum habita expoſuimus.*

Sed tamen ſummo ſtudio vitandum eſt mendacium hiſtoriam ſcribenti: Vt enim medici aiunt arteriam aſperam nihil deglutire poſſe, ſed omnia reiicere quæ in ipſam inciderunt, ita hiſtoria omne mendacium à ſe reſpuit ac repellit. Quare præclare Lucianus ait bonum hiſtoriæ ſcriptorem nihil à quoquam metuere, nihil ſperare debere, ſed plane liberum eſſe non tantum ab omni ſpe metuque, ſed etiam à gratia atque odio, alioqui enim faciet quod improbi iudices

ſolent,

ſolent, qui ſe gratia, aut muneribus corrumpi ſinunt; & tum ſpe præmij falſa confinget, tum vera metu periculi ſubticebit. Difficile tamen id eſſe autor eſt Plutarchus in Pericle οὕτως ἔοικε πάντῃ χαλεπὸν εἶναι καὶ δυσθήρατον ἱστορίᾳ τ' ἀληθές. ὅταν οἱ μὲν ὕστερον γεγονότες τὸν χρόνον ἔχωσιν ἐπίπροσθεν ὄντα τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων. ἡ δὲ τῶν πράξεων καὶ τῶν βίων ἡλικιῶτις ἱστορία τὰ μὲν φθόνοις καὶ δυσμενείαις, τὰ δὲ χαριζομένη καὶ κολακεύουσα, λυμαίνεται καὶ διαστρέφει τὴν ἀλήθειαν. *& Thucydides.* ἐπιπόνως δὲ εὑρίσκετο. διότι οἱ παρόντες τοῖς ἔργοις ἑκάστοις, οὐ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον. ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι.

Ergo vetera ſcribentibus ſequendi optimi auctores. recentia, diligenter audiendi ij, qui & interfuerunt, & fide digniſſimi ſunt. & Adhibendum iudicium. Non tamen ſi quid falſi exciderit, tota hiſtoria reiicienda eſt. non enim cyathus vnus aquæ marinæ totum Tybrim reddere amarum poteſt.

Sæpe autem audiui multos quærentes de concionibus directis, num quid eæ corrumperent hiſtoriam. quidam eas in totum damnant: Pompeius Trogus, vt eſt apud Iuſtinum lib. 38. eas in Liuio & Saluſtio reprehendebat. ſed eas ſi damnamus, eadem ſententia omnes propemodum hiſtoriæ ſcriptores damnandi erunt. Herodotus. Thucydides. Xenophon. Halicarnaſſ. Liuius. Saluſtius. Cæſar. Denique haud facile quemquam nobiliorem ſcriptorem Hiſtoriæ, qui ab illis perpetuo abſtinuerit, nominarim. Immo vero illa

præcipue in parte ſe eorum nobiliſſimus quiſq; iactat, & ingenium, iudicium, eloquentiam oſtentat. & eis ſublatis non erit cur hiſtoria Ciceroni opus maxime oratorium eſſe videatur. Immo vero delebitur omnis ex hiſtoria pulchritudo. Mihi præclare munere ſuo fungi videtur hiſtoriæ ſcriptor, qui hac in re præſtat id quod Thucydides ſe præſtitiſſe dicit. Cuius hæc verba ſunt: ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον, ἕκαστοι ἢ μέλλοντες πολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν, ἐμοί τε ὧν αὐτοῖς ἤκουσα, καὶ τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν. ὡς δ' ἂν ἐδόκουν μοι ἕκαστον περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων, τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων οὕτως εἴρηται.

Atq; hæc dicta ſint de veritate, cuius prima cura hiſtoriam ſcribenti eſſe debet.

II. Lex eſt vt ſeruetur ordo temporum. non enim hiſtoricis, & Poëtis idem permittitur.

III. Vt adhibeantur cum opus eſt, regionum deſcriptiones. quales multæ apud Cæſarem, Liuium, Polybium, ceteros. Africæ apud Saluſtium in bello Iugurt. ſine illis cæca quodammodo hiſtoria eſt.

IV. Vt conſilia, acta, euenta exponantur.

V. Vt de cõſiliis interponat ſcriptor iudicium ſuum. quod ſæpiſſime Thucydides, Xenophon, & Polybius faciunt. & propterea Lucianus ait in hiſtoriarum ſcriptore requiri non tantum δύναμιν ἑρμηνευτικὴν,

ſed

ſed etiam σύνεσιν πολιτικήν. *Qui hoc adimit hiſtorico, actuarium quendam aut ſcribam eſſe hiſtoricum volunt.*

VI. Vt notet hiſtoricus in euentis quid caſu, quid ſapiẽtia, quid temeritate euenerit. Multa enim ſtulte cognita caſus in melius vertit. vnde dictum eſt ταὐτόματον ἡμῶν καλλίω βουλεύεται, *id eſt,* fortuna quam nos, ſæpe melius conſulit. *Cic. lib. 1. Att. ep. 9. & Victor. l. 35. Variar. c. 24. & quando breuitati conſulendũ eſt, quid hoc valeat, optime intelligetis è tribus libellis Plutarchi, vno* περὶ τῆς ῥωμαίων τύχης. *duobus autem* περὶ τῆς ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς.

VII. Vt non tantum res geſtæ, ſed etiam fama, atque natura. Sic Thucyd. Periclis. ſic Xenophon Clearchi & aliorum. ſic Saluſtius Catilinæ, Catonis, Cæſaris.

VIII. Vt genere dicendi vtatur tracto & fluenti, id eſt, vt Ariſtoteles loquitur εἰρομένῳ *non* κατεστραμμένῳ. *Hac de re vix quidquam crediderim certo ſtatui poſſe. ita ſunt inter ſe diſſimiles, ac diuerſi, qui hiſtoriis ſcribendis excelluerunt. Quid enim tam diſſimile, quam Salluſtius, aut Tacitus Liuio? aut apud Græcos Herodotus, ac Xenophon Thucydidi, aut Polybio? ſed hac de re paucis diſputari non poteſt. & erit aliud tempus de ea copioſius differendi.*

Tria ſuperſunt, de quibus me dicturum eſſe promiſi. Vnum de laudibus hiſtoriæ. Alterũ de iis quæ præcipue obſeruanda putarem in hiſtoriæ lectione verſantibus. Tertium de Salluſtio ipſo. nunc, vt quod

 promi-

promiſeram præſtem, tria reliqua breuiter, ac perſpicue tractare conabor.

I. Quanta igitur ſit in hiſtoriarum lectione ſuauitas, vel ex eo cognoſci poteſt, quod nihil ſuauius eſt quam citiſſime, & ſine labore diſcere: vt ait Ariſtoteles 3. Rhetor. Id autem ex omni genere ſcriptorum maxime præſtat Hiſtoria. [Oſtendi hoc breuiter poteſt aliorum comparatione ſcriptorum] *Atq; hoc naturale eſſe vel è puerulis cognoſcitur, qui nulla re magis quam fabellarum auditione capiuntur. Neq; vero hæc cupiditas, vt pleræq; aliæ eorum, quibus pueriles animi cõmouentur, ætate minuitur, ſed ætatis progreſſu magis magisq; cõfirmari ſolet: Cũque aliis rebus adoleſcẽtia, aliis ſenectus oblectari ſoleat: alia viros, alia mulieres ſtudia teneant: cum, quæ vulgo placent, eruditis fere diſpliceant: quæ grauibus, & ſeueris probãtur, ea hilares, ac remiſſi fere auerſentur, ac fugiant: neminem reperias, niſi plane ſtupidum & ſenſus communis expertem, quin ſe legendis, audiendis, cognoſcendis hiſtoriis eximiam quandam voluptatẽ percipere fateatur. Ita quod ſummus poëtarum latinorum dixit:* trahit ſua quemq; voluptas, *cum aliis in rebus veriſſimum ſit, in hac nutare quodammodo videtur: cum & ſexus, & ætas, & ingeniorum varietas omnis in hiſtoriæ ſuauitate, ac iucunditate cõſentiat. Vidit hoc Homerus, qui cum Sirenas quaſdam feciſſet in freto Siculo, quæ ad ſe vel inuitos traherent omnes eos, qui præternauigarent:*

non

non tam blando vocis ſono, & modulatis numeroſisq; cantiunculis id fieri ſolitum oſtẽdit, quam quod illæ omnem ſe hiſtoriam tenere, eamque iis, qui curſum ad ſe conuertiſſent, tradituras eſſe profiterentur. Verſus certe quibus Vlixem ad ſe allicere conantur, hoc indicant: quos ita Cicero expreſſit (lib.5. de finibus.)

O decus Argolicum, quin puppim flectis Vlixes,
Auribus vt noſtros poſsis agnoſcere cantus?
Nam nemo hæc vnquam eſt tranſuectus cærula curſu,
Quin prius adſtiterit vocũ dulcedine captus.

Quod igitur philtrum habere poterant, in quo ineſſet tanta vis ac poteſtas ad homines ineſcandos, nemo vt effugeret? Nam ſi nihil aliud fuiſſet, niſi mollis, & ſonora vox: certe multos graues viros reperiemus, qui omnem eius generis voluptatem facile cõtemnant ac reſpuant. Aliud quippiam fuiſſe oportet, quo omnes ſine vllo diſcrimine caperentur. Quid igitur eſt?

Nos graue certamen belli cladem que tenemus
Græcia quã Troiæ diuino numine fixit.
Omniaq; elatis rerum veſtigia terris.

Videtis vt ſapientiſſimus poëta nullam eſſe ad homines retinendos maiorem aut efficaciorem hiſtoria illecebram ſenſerit? Quanta cum voluptate audire ſolemus eos qui multas regiones luſtrarunt, multorum popu-

populorum mores & inſtituta cognouerunt, multiſ magniſq; negotiis interfuerunt, de rebus à ſe viſis, auditis, cognitis, verba facientes? Vt interdum nos ab eorum ore pendentes cibi potioniſq; capiat obliuio. Quomodo apud Homerum Vlixes, apud Virgil. Æneas in Didonis conuiuio audiuntur? At eiuſmodi voluptates omnis hiſtoriæ pars copioſiſſime abũdantiſſimeq; ſuppeditat. Cumq; reliqui ſcriptores, niſi aliquo orationis lenocinio oblandiãtur, aut ne attingi quidem, aut cito de manibus deponi ſoleãt, certe quidem ſatietatem, & languorem ac laſſitudinem afferant: hiſtoria præcipue illa quidem, ſi ornate ac luculenter ſcripta ſit: ſed tamen, vt veriſſime ait Plinius Iunior, quoquo modo ſcripta delectat. *Tenentur manibus ſtudioſorum hominum, & leguntur auidiſſime ex Græcis quidem non illi modo principes Herodotus, Thucydides, Xenophon, quos præter rerum grauitatem, ſumma ſapientia, & ſumma eloquentia commendat: aut illi primis proximi, Dionyſius Halicarnaſſeus, Diodorus Siculus, Plutarchus, Arrianus, (quem alterum Xenophontem eſſe dixerunt) Ioſephus, qui græce orationis cultu & elegantia, homo Iudæus, Græcorum præſtantiſſimos prouocat: ſed & alij multo deterioris notæ, Appianus, Dio Cocceius, & horum ſuppares: etiamq; alij, qui nihil ornatus ad rerum explicationem adhibuerunt Ioannes Zonaras, Nicephorus Calliſtus, Nicephorus Gregoras, Laonicus Chalcondylas, Georgius Cedrenus, a-*

liiq;

liiq; his ipſis, quos modo nominaui, minus etiam eruditi, & minus ornati. Ex Latinis autem florent quidem maxime Salluſtius, Liuius, Cæſar, & is, quem ego latinum Thucydidem vocare ſoleo, Tacitus: legimus tamen & Suetonium, & Curtiũ, & Iuſtinum, & ferreum ſcriptorem Ammianum Marcellinum, & inquinatos plane, ac ſordidos narratores Capitolinum, Lampridium, Vopiſcum, Trebellium Pollionẽ: & alios, quos, ſi quid aliud, quam hiſtoriam ſcripſiſſent, nemo prorſus attingeret. Nunc tantum poteſt hiſtoriæ ſuauitas, vt eorum quoq; ineptias deuoremus ac concoquamus. Vt enim aliorum quorundam vitiorum ſemina in omnibus hominibus innata & ingenerata ſunt, ita & curioſitatis. Neq; fere quenquam videas, qui non ita cupidus ſit cognoſcẽdi aliena conſilia, ac negotia, vt interdum etiam ſuorum obliuiſcatur. Vitioſa res, fateor, & moleſta, & odioſa. ſed tamen quando euelli radicitus ex animo vix poteſt: ineamus aliquam rationem, qua, & huic cupiditati indulgeamus, & id ſine cuiuſquam querela, aut reprehenſione faciamus. Inquiramus anxie ac ſollicite in omnia, & dicta, & facta veterum: demus operam vt omnia eorum conſilia penitus pernoſcamus: ita & explebimus, atq; exſatiabimus illud πολυπραγμοσύνης ὀξύπεινον, & id non modo ſine iniuria, verum etiam maxima noſtra cũ voluptate, & aliorum laude ac commendatione faciemus.

De voluptate, quæ ex hiſtoria capitur, ſatis multa dicta

dicta ſunt, nunc de vtilitate dicẽdum eſt. In quo illud primum cõſiderandum eſt: eos qui hiſtoriæ cognitione deſtituti ſunt, puerorum ſimiles videri. Præclare enim Cicero. Neſcire quid geſtum ſit, antequã tu naſcereris, hoc eſt, ſemper puerum eſſe. *Narrat Plato in Timæo Solonem, cum multa audiuiſſet de ſacerdotum Ægyptiorum ſapiẽtia, ad eos diſcendi cauſa profectum eſſe. cum autem de rebus antiquis cum vno eorũ colloqui exorſus eſſet; & animaduertiſſet ſenex Ægyptius, ea pro vetuſtiſſimis à Solone haberi, quibus alia longe antiquiora ipſi tenerẽt, ita eum alloquutus dicitur,* Ὦ σόλων σόλων. Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. *& paulo poſt:* Νέοι ἐστὲ τὰς ψυχὰς πάντες. οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι᾽ ἀρχαίαν ἀκοὴν, παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. *Vt ergo ſi quis triginta aut quadraginta annos natus, puerili eſſet aſpectu, ac figura corporis, deformis ac ridiculus haberetur: ita nihil turpius, aut ad res gerendas inutilius, quam cum ætate proceſſeris, animo tamen atq; ingenio ſemper eſſe puerili. Contra vero in ſenibus commendatur prudentia. Illa vero hiſtoriis legendis æque bene comparatur. melius etiam quam libris, ac præceptis philoſophorum. nam prudentia exemplis magis, quam præceptis continetur. Itaq; Panætius Scipionem hortabatur, & ipſe Scipio nunquam fere Cyripædiam de manibus deponebat.*

Indeli-

In deliberationibus nihil vtilius eſt cognitione hiſtoriæ. ſimilia enim è ſimilibus eueniunt. Quare ſi μάντις ἄριστος ὅς τις εἰκάζει καλῶς. *talis erit qui ſe in hiſtoria diligenter exercuerit. Extant in hiſtoriis præclara exempla omnium virtutum: quibus animus ad imitandi ſtudium accenditur. Neque vlla pars eſt hiſtoriæ, quæ non proſit ad vitam. Vides bonis bene ſuccedere: malis male? Diſce qualia conſilia ſunt, tales plerumq; eſſe & euentus. Vides bonis multa aſpera, atq; incommoda obiici? paupertatem, ignominiam, exilium, cruciatus corporis, &c. Diſce ea mala non eſſe: neq; tantum acerbitatis eſſe in eis excipiendis, quantum gloriæ in fortiter perferendis. Vides homines improbos abundare diuitiis, gloria, honoribus, potentia, & ſimilibus? Diſce ea vera bona non eſſe. Nihil enim vere bonum eſt, niſi quod meliores eos, in quibus eſt, & laudabiliores facit. ſed facile eſt ad intelligendum, fructuoſiſſimam eſſe hiſtoriæ tractationem. ſed quidam eas ita tractant, vt ſummo ſtudio nihil profutura conquirant. Quærunt vtro oculo luſcus fuerit Annibal, vtro Philippus, vtro Horatius Cocles. Ac ne ludere me putetis, adfirmo vobis, vidiſſe me longam & accuratam diſputationẽ hominis eruditiſſimi, Vtro oculo male vſus eſſet Vatinius. In quem etiam iocans dixi, de Vatinio quidem neſcire me, eos certe, qui talia anxie quærerent, male ipſos vtroq; oculo vti. Recitabo nunc verba Senecæ, quibus hos exagitat.*

Seneca de breuitate vitæ, ad Paulinum. De illis nemo dubitabit quin operoſe nihil agant, qui in litterarum inutilium ſtudiis detinẽtur. quæ iam apud Romanos quoq; magna manus eſt. Grȩcorum iſte morbus fuit, quærerȩ quem numerum remigum Vliſſes habuiſſet; prior ſcripta eſſet Ilias, an Odyſſea. Præterea an eiuſdem eſſet auctoris. Ecce Romanos quoq; inuaſit inane ſtudium ſuperuacua diſcendi. His diebus audiui quẽdam ſapientem referentem, quæ primus quiſque ex Romanis ducibus feciſſet. Primus nauali prælio Duillius vicit, primus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantos. Primus Claudius Romanis perſuaſit nauẽ conſcendere, Caudex ob hoc ipſum appellatus. Primus ex familia Valeriorum Coruinus, cum Meſſanam viciſſet, Vrbis captæ in ſe tranſlato nomine, Meſſana appellatus eſt, paulatimq; vulgo permutante litteras, Meſſala dictus. Primus Sylla in circo leones ſolutos dedit, cum alioquin alligati darentur: ad conficiendos eos miſsis à Boccho Rege iaculatoribus. Primus Pompeius in circo duodeuiginti elephantorum pugnam edidit commiſsis more prælij hominibus noxiis. Primus Metellus victis in Sicilia Pœnis triumphans ante currum cẽtum viginti duxit ele-

elephãtos. Sulla vltimus Romanor. protulit pomerium. *Hac Seneca irridet, quãto iuſtius irriſurus multos, quorũ hoc tempore omnis in eiuſmodi nugis occupatur induſtria? Similia leges in Suetonij Tiberio, cap. 70. & in Iuuenalis Satyra 7. extrema Quintiliano lib. 1. & Gellio lib. vltimo.*

II. Quænam igitur obſeruanda ſunt? Liuius. Ad illa mihi pro ſe quiſq; intẽdat animum: quæ vita, qui mores fuerint: per quos viros, quibuſq; artibus domi, militiæq; & partum, & auctum imperium ſit: labente deinde paulatim diſciplina, velut deſidẽtes primo mores ſequatur animo: deinde, vt, magis magiſque lapſi ſint: tum ire cœperint præcipites: donec ad hæc tẽpora, quibus, nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, peruẽtum eſt. *Locus Suetonij in Auguſto cap. 89.* Componi aliquid de ſe, niſi & ſerio, & à præſtantiſsimis, offendebatur: admonebatq; Pretores, ne paterentur nomen ſuum commiſsionibus obſoleſieri: *Tale quid & Alexandrum Magnum imperaſſe Horatius refert, & Appuleius.*

III. De Criſpo vero SALLVSTIO *quid attinet dicere? Nimirum quod de Carthagine, in Iugurthino bello, idem vſurpauit,* Silere melius eſſe, quam pauca dicere: *Colligam tamen tãquam per Satyram, veterũ iudicia, atq; eclogia: vt quo in precio eſſe debeat veterum commendatione diſcat iuuentus, etc. Reſtat, vt ad eius explanationem veniamus.*

b IN

IN CATILINARIÆ CONIVRATIONIS PROŒMIVM.

OMNIS HOMINES] *Fabius lib.3.* Criſpus, *(inquit)* Salluſtius in bello Iugurthino, & Catilinario nihil ad hiſtoriam pertinentibus principiis vſus eſt. *quod tamen ipſemet eum Iſocratis & Gorgiæ Leontini exemplo feciſſe dicit: & multa in philoſophicis Ciceronis libris principia reperientur, quæ cum ea re, de qua in quoq; libro diſputatur, nihil omnino commune habeant. ex quo conſtare poteſt neq; ſemper vitioſum eſſe tale principiorum genus: & in Salluſtio notandum potius, & obſeruandum, quam temere culpandum videri. Ipſam potius huius principij œconomiam vniuerſe primum, deinde per partes conſideremus.*

Omnis Hom.] *Propoſitum Salluſtio eſt oſtẽdere, quæ ſe cauſa potiſſimum impulerit vt ad ſcribendam hiſtoriam accederet. Cauſa autem hæc eſt, quia & induſtriam ſuam exercere in re aliqua honeſta, ac laudabili volebat: & incorrupta, ac deprauata Rep. quid potius ageret, non reperiebat. Sed huius inſtituti ac conſilij ſui rationem alte admodum repetit: & ornatam multis, ac grauibus ſententiis prope philoſophice tractat.*

Omnis Hom.] *exorditur à communi ſententia.*

Omnes

Omnes homines, qui natura ſua dignitatem ac præſtantiam tueri volunt, debent operam dare vt magnum aliquid ac memorabile gerant, quo ſe vindicet ab obliuione, quo propagent memoriam ſui, quo nomen, & decus aliquod apud poſteros conſequantur.

Omnis Hom.] *Omnes veteres libri legunt* Omnis *pro* Omnes, *& ita citat Chariſius. qui etiam notat in hoc ipſo libro ſcripſiſſe Salluſtium*, Omnis homines qui de rebus dubiis conſultant. *Vt oſtendat vtrumq; rectum eſſe. Hoc autem veteres, & ſi puſillum videri poteſt, diligentiſſime tamen obſeruabant, & aliud alio loco melius dici indicabãt. Gellius lib. 13. ca. 19. Virgil. 1. Georg.* Vrbis ne inuiſere Cæſar, Terrarumq; velis curam. *at in Æneid.* Centum Vrbes habitant magnas. *Idem.* Turrim in præcipiti ſtantem. *Idem.* & incertam excuſsit ceruice ſecurim. *Idẽ lib. 10.* Tres quoque Threicios Boreæ de gente ſuprema, &, tres quos Idas pater, & patria Iſmara mittit. *Talia ſunt.* Hæc finis Priami fatorum: *& alio loco.* Quem das finem Rex magne laborũ? *Ennius.* Capitibus nutantes pinos, rectoſq; cupreſſos. *Idem,* aëre fulua. *Pindarus* ἐρήμας δὲ αἰθέρος. *Sed &* ἀέρα *&* αἰθέρα *Homerus innumerabilibus locũ feminino genere extulit. Quæ exempla ego quoq; imitatus olim auſus ſum* vaſtã æthera *dicere in ode quadam ad Fr. Turnonium Cardinalem.*

An tanta me vate in tenebras eat

 Indi-

Indicta Virtus? non ita me pater
Argenteo præſignis arcu
Edocuit Patareus Apollo.
Ventura non te ſæcula neſcient:
Ne fama circum limitibus tua
Scribetur anguſtis: ſed vdam
Linquet humum fugiente penna:
Vaſtamq; findens æthera, præpeti
Seſe volatu conſpicuam feret,
Quacunq; terras ambit ingens
Oceanus genitor Deorum.

Sic Catullus aridam pumicem, *aduerſus auctoritatem Plauti*: *Propertius* aridam puluerem. *Sic Lucretius* auream funem. (perne

Haud (vt opinor) enim mortalia ſecla ſu-
Aurea de cœlo demiſit funus in arua.

Cum in promptu eſſet: Aureus è cœlo. Sic in Verrē Cic. Ita in manifeſto peccatum tenebatur, vt cū impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur, ſi negaret. *Sic idem*, Perāguſto fretu diuiſa. *Illi enim teretes, & delicatas aures habebāt, omnia non vocum modo, ſed & litterarum momēta, ac pondera ſubtiliter examinantes. nos ad has delicias obtuſiore, & hebetiore palato ſumus.*

Qui ſeſe ſtud.] *Nam cum ὁ λόγος à ceteris hominibus diſtinguat hominem, qui nihil gerunt ἄξιον λόγου. videntur abiicere ac deprimere id quo excellūt: & ſe cum iis, quæ eo bono carent exæquare. Plutarch.*

in

in libello de fortuna. εἰ μὴν νῦν μηδὲ λόγον ὁ ἄνθρωπος ἔχεν, οὐδὲν ἂν διέφερε τῷ βίῳ τῶν θηρίων. de ſtudij & ſtudendi *varia ſignificatione conſulendi Grammatici apud Macrobium.*

Summa ope niti] *Ennius.* Summa nituntur opum vi.

Silentio] *id eſt, vt peræque de ipſorum, & vita, & morte ſileatur. quemadmodũ ipſe infra loquetur. Neq; enim probanda eſt vox Epicuri,* λάθε βιώσας. *Neq; illud Ouidij.* Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit. *aut illud Horatij.* Nec vixit male qui viuens morienſq; fefellit. *Immo vero optimus quiſq;, vt ait Cicero,* honoris, & gloriæ ſtudio maxime ducitur, *& maxime laborat, qui de ſe apud poſteros ſermo, quæ opinio futura ſit. Itaq; recte Homerica Pallas ita Telemachũ cohortatur.* καὶ σὺ φίλος, μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε, Αλκιμος ἔσσ' ἵνα, *&c.*

Veluti pecora] *Ipſa corporis humani cõformatio nos admonet hominem non terreſtria & caduca, ſed cœleſtia & immortalia ſpectare debere.* Natura enim, *ait Cic. 1. de legibus,* cum ceteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœliq; quaſi cognationis domiciliiq; priſtini conſpectum excitauit. *Nota ſunt & illa Ouidij.* Pronaq; cum ſpectent animalia cetera terras, &c.

Sed noſtra omnis vis] *Hominis vis duplex (animi, & corporis) Animus cum diis cõmunis, &c. ergo*

animi potius quam corporis viribus gloriam quærere debemus.

Animi imperio,&c.] *legendus Plato in Clitophonte. Ariſtot. 1. πολιτ.*

Et quia vita ipſa qua fruimur breuis eſt] *Virgil.* Breue,& irreparabile tempus,&c. *Ouid.* Cum volet illa dies, quę nil niſi corporis huius,&c. *Et Horatius.* Non totus moriar magnaq; pars mei Vitabit libitinam. *& ante eos Ennius apud Ciceronem.* Nemo me lacrymis decoret,&c. τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

Nam diuitiarum] *Solon.* Ἀλλ' ἡμεῖς τούτοις οὐ διαμειψόμεθα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον. ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεὶ, χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει. Virtus nec dari nec eripi poteſt. *Seneca.*

Sed diu] *Dixerat rectius ſibi videri,* ingenij, quã virium opibus gloriam quærere. *At obiicere poterat aliquis, maximam gloriam, & maximã nominis celebritatem rebus bellicis comparari. Bella autem magis corporis, quam ingenij viribus geri. ex quo effici, vt non minor corporis quam animi viribus, aut maior etiam gloria quæreretur. Ac rerũ quidem bellicarum maximam gloriam eſſe, teſtatur Cicero, cuius hæc ſunt in oratione pro Murena.* Ac nimium,(dicam enim quod ſentio) rei militaris virtus præſtat ceteris omnibus. Hæc nomen populo R. hæc huic Vrbi æternam gloriam peperit: hæc orbem terrarum parere huic imperio coëgit. Omnes Vrbanæ res, omnia

mnia hæc noſtra præclara ſtudia, & hæc forenſis laus,& induſtria,latẽt in tutela & præſidio virtutis. ſimul atq; increpuit ſuſpicio tumultus,artes illico noſtrę conticeſcunt.*& certe Marathona, Thermopylas, Salamina, Plataas nõ eruditi homines,& in Bibliothecis ſuis abditi: ſed fortes,& ad bellica munera diuturnis ſubdio laboribus exercitati nobiles reddiderunt. Quod ſi & bellicæ virtutis maxima gloria eſt: & bella corporis magis viribus, quam conſilio, & prudentia adminiſtrãtur: periculum eſt,ne non ſatis vere dixerit Salluſtius,*rectius eſſe, ingenij quam virium opibus gloriam quærere,*&c. Sed Salluſtius huic rei obuiam iens,ait*, diu quidem dubitatum fuiſſe vtrum res militaris,*&c. Sed tandem conſtitiſſe in bello plurimum ingenium poſſe.Certe enim exercitus quãlibet magnus, ſi ei cõſilium deſit, ſimilis eſt Polyphemo excæcato. & vere Horatius.*Vis conſilij expers mole ruit ſua.*Neq; Aiacem aut Diomedem, qui robore valebãt, ſed Vlyxem vocauit Homerus,* πτολίπορθον, *& vere Xenophon.* Αἱ μάχαι κρίνονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις. *& Euripides,* ἓν σοφὸν βούλευμα πολλὰς χέρας νικᾷ. *Agamẽnon 2. Iliad. optat ſibi decẽ ſimiles Neſtoris,&c. Itaq; Pallas eadẽ praeeſt conſiliis & Bello.* Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν. *quod apud Ciceronẽ ſic redditur.*Cõſilio cuius laus eſt attonſa Laconum. *Fabius Maximus,conſilio vim Annibalis vicit. Romanus ſedendo vincit.*

 In-

Inter mortales] *Gellius cap. 27. lib. 13.*

Nam & priuſquam incipias] *Iſocrates* βουλεύου μὲν βραδέως. ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. *Demoſt.* Δεῖ μὲν βουλεύεσθαι ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς. Semper nocuit differre paratis. ὁ καιρὸς ὀξύς, *Hipp. Pericles apud Thucyd.* τοῦ γὰρ πολέμου οἱ καιροὶ οὐ μενετοί. *Heſiodus,* Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ, ἄταισι παλαίει. *Alexander ex Homero* μηδὲν ἀναβαλλόμενος.

Ita vtrunque] *Horatius. alterius ſic Altera poſcit opem res & coniurat amice. Sic apud Homerum.* σὺν δὲ δύ' ἐρχομένω. *& propterea Iuppiter.* ταῦτα δ' Ἀτρυτώνῃ θοῷ καὶ Ἀθηνῇ πάντα μελήσει.

Nam in terris] *Idem teſtatur Herodotus lib. 1. Iuſtinus. Cicero 2. de off. 3. de legibus. Ariſtot. 1.* πολιτ.

Cyrus] *Cyrum ſuperiorem dicit, Aſtyagis nepotem, Cambyſis filium, qui à Medis ad Perſas imperium transtulit. de quo vide Herodotum lib. 1. Xenoph. in Pædia Cyri. Lacedæmonij terra, Athenienſes mari, totius Græciæ* ἡγεμόνες *erant. Vide Thucydidem.*

Sed nunquid ante hæc omnia, multa alia bella fuerunt? multa enim narrantur de Nino, de Seſoſtride rege Ægypti, de Tanai rege Scythiæ. Sed Antiquiores hiſtoriæ, vt rectè ait Ariſtoteles, pro fabulis haberi ſolent. ſupra Cyri maioris tempora, Salluſtij temporibus, propè omnia fabulis inuoluta erant.

Quod

Quod ſi Regum, &c. Ac miſceri omnia cerneres] *Reges atq; imperatores belli tempore ſolent eſſe vigilantes, induſtrij, patientes laboris: neque exquiſitos cibos, aut pretioſa ſtragula, aut talia inſtrumenta luxuriæ requirunt. ſed frugalitatem, ac parſimoniam colunt: pernoctant interdum ſub dio, humi, ſi opus eſt cubant, vigilias obeunt: omnibus ſibi voluptatibus corporis interdicunt. Milites quoq; ſuos in officio continent: præmiis, pœniſq; propoſitis fortes excitant, ignauos perterrefaciunt. Eaſdem artes ſi in pace retinerẽt, melius, & facilius imperia ſua conſeruarent. ſed plerunque victoria inſolentes facit: & qui bellicis laboribus frangi nõ potuerant, pacis commodis molliuntur: ſubit pro comitate ſuperbia, pro ſeueritate crudelitas, pro continẽtia libido: qui prius cibario pane, & aqua facile ſe tolerare conſueuerant, eſurire ſibi videntur, niſi quidquid deliciarum terra mariq; conquiri poteſt, quotidie ipſis in mẽſam congeratur. Ita, quæ per virtutem pepererant, ſæpe per ignauiam amittunt. Aut enim rebellant populi, &, contempta talium dominorum ignauia, iugum ſeruitutis à ceruicibus ſuis excutiunt: aut veniunt alij fortiores, qui hos molles & effeminatos è regali ſolio deiiciant; ipſi nihilo poſtea meliores futuri: & inde aliquãdo in præceps ituri, vnde alios detruſerunt. ſic in orbem aguntur humana. ſic ab aliis ad alios imperia transferuntur.*

Nam imperium, &c. Quæ Homines Arãt,

Nauigant, AEdificant, Virtuti omnia parent.] *Id eſt, quicquid agunt terra, & mari.*

Dediti ventri.] *Ægyptiorum mos. anima in piſtrino incluſa.*

Somno, Indocti, Incultique vitam.] *ἀνὴρ καθεύδων οὐδενὸς ἄξιος. & illud Homeri: οὐχὶ παννύχιον, non de imperatore tantum, ſed de quolibet magno viro dici poteſt.*

Sicuti peregrin.] *non tantum vt peregrinantes: ſed vt nauigantes, qui, qua tranſierunt, nullum ſui veſtigium relinquunt.*

Anima oneri fuit.] *Horatius:* nam corpus onuſtum Heſternis vitiis animum quoque prægrauat vna. Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Haud abſurdum eſt.] *Sua laude non caret.*

Ac mihi quidem tametſi haud quaquam par Gloria] *Legendus Plutarchus πότερον οἱ Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι. Bellone, an pace clariores fuerint Athenienſes.*

In primis arduum.] *χαλεπὸν Thucyd.*

Res geſtas ſcribere] *Gelli. cap. 15. lib. 4.*

Agrum colendo] *At M. Curius cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphaſſet, in hac vita conſumpſit extremum tempus ætatis. In agris tunc erant ſenatores: ſiquidem L. Quintio Cincinnato in agro aranti nunciatum eſt, eum dictatorem eſſe factum. Cic. de Senect. Xenophon in OEconomico. &*

Cato.

Cato. Virum,*inquit*,bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum Agricolam,bonumque colonum. Ampliſsime laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. *& Varro lib. 2. Viri magni, noſtri maiores, non ſine cauſa præponebant ruſticos Romanos Vrbanis. ſed videlicet tempora illa erant, cum* Iura dabat populis poſito modo Prætor aratro, Paſcebatque ſuas ipſe ſenator oues. *&*, Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat. *Mutata facie rerum, ſi Q. Maximus aut M. Marcellus, aut Appius Claudius, aut Q. Metellus, aut Gne. Pompeius, aut C. Cæſar in agro excolendo ætatem conſumpſiſſet, &c. Vt πάρεργα non vt ἔργα, iſta laudantur à Saluſtio. Idem dicendum* de venatione, *quæ mirifice laudatur à Xenophon. & proprio libello ei rei dicato, & 1. παιδίας. ſed laudatur vt meditatio, & exercitatio belli. Sic eam & Salluſt. laudat in Iugurtha.* Plæraque tempora in venando agere: *leonem atque alias feras primus aut inprimis ferire, &c.*

Carptim] *talia ſunt aduerbia curſim, properatim, celatim, vellicatim, ſaltuatim. quæ notat Gellius in Siſenna cap. vlt. lib. 12.*

A ſpe metuque Animus liber.] *Lucianus, legendus, Commentario de hiſtoria, & Corn. Tacitus. De perturbationibus vero M. Tullius III. Tuſcul.*

Nobili genere] *P. Cornelius Dolabella & nobilis, vt Cic. 2. Philippica. Vbi vide quæ olim annotauimus.*

uimus. In Miloniana: Homo enim nobilis in ſuis monumentis equitem Rom.occiderat. *& Pro Cælio:* Vis ô nobilis mulier illũ filium f. patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum? non potes. *& in eadem:* Res eſt omnis in hac cauſa nobis iudices cũ Clodia muliere non ſolum nobili ſed etiam nota. *& in epiſt.ad App.Claudium:* liberalitas tua, vt hominis nobiliſsimi, latius in prouincia patuit. *& ad Lentulum:* In te enim homine omnium nobiliſsimo ſimilia inuidorum vitia perſpexi. *& Salluſt. in Iugurtha:* Sylla Patriciæ gentis nobilis fuit. *& in l. 2. de orig.iuris, extat dictũ Q. Mucij ad Ser. Sulpitium:* Turpe eſſe Patricio & ei nobili, & cauſas orãti ius, in quo verſaretur, ignorare.

Vaſtus] *πολύτεχνος.*

Satis loquentiæ] *alij* Eloquentiæ *legunt. vide Gellium cap.15.lib.1.*

FINIS.

FACVLA

FACVLA GEORGIO CODINO CVROPALATAE ACCENSA.

DISPELLENDIS

TAM INSITIS, QVAM A IVNIO SVPERINSITIS TENEBRIS.

FACVLA GEORGIO CODINO CVROPALATAE ACCENSA

DISPELLENDIS TVM NATIVIS, TVM IVNIANIS TENEBRIS.

BIENNIVM eſt cum typograph' noſter Mureti Poſtuma in Ariſtotelem, Platonem & Xenophontem typis deſcripta vulgauit. Adiecimus nos Notas & varias lectiones in libellum Codini de officiis Eccleſiæ & aulæ Conſtantinopolitanæ. Nunc quia prodeunt eiuſdem Mureti in Tacitum & Saluſtium ſeu obſeruationes ſeu annotationes ſeu commentationes, voluimus & nos, quos iam pridem Codini amor cepit; rurſus amato libello lucis aliquid adferre; accenſa hac, quam vides, facula, quæ tamen radios ſuos vltra Catalogũ Officiorũ & Officialium magnæ Eccleſiæ non profert; aut certe modice. Ita viſum in præſenti, iuſtas ob cauſſas. Illuſtret cetera, qui volet.

Faciet

Faciet id nobis non modo libentibus, ſed & fructuoſum tam fructuoſo labori etiam atque etiam gratulantibus. Adeſt tanta materiæ copia, vt potius faber labori, quam labor fabro defuturus ſit. Sequor autem editionem Iunianam anni 1596.

CAPVT I.

Dubitationes quædam circa primum Catalogi Quinarium; & de Magno OEconomo.

DIVIDIT *Codinus Officia magna Eccleſiæ in nouem* Pentadas, *ſeu* Quinarios: *quorum primo continetur, 1. Magnus OEconomus. 2. Magnus Sacellarius. 3. Magnus Sceuophylax, ſeu cuſtos ſacrorum vaſorum. 4. Chartophylax. 5.* ὁ σακελλίου, *curator ſeu præfectus Sacelli. 6. Protecdicus, ſeu defenſor primus. Vbi mirum vocari pentadem, quæ ſex complectatur. Sed hanc admirationem eximet nobis Ioannes Epiſcopus Citri in Reſponſis ad Conſtantinum Cabaſilam Dyrrhachij Archiepiſcopum; ita ſcribens lib. 5. Iuris Græcoromani tom. 1. fol. 327.* τὸ τοῦ πρωτεκδίκου δὲ ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσι ὂν ἔκπαλαι, ὕστερον τοῖς ὑπερέχουσι συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως γεωργίου τοῦ ξιφιλίνου. τῇ πράξει δὲ ταύτῃ ἐπηκολούθησε καὶ γνώμη γενναία τοῦ ἐν ἁγίοις μητροπολίτου θεσσαλονίκης εὐσταθίου,

ἐπαινοῦσα

ἐπαινοῦσα καὶ ἐξαίρουσα τὸ γεγονὸς, ὡς εὐλόγως, καὶ ἀμέμπτως πραχθέν. Officium Protecdici olim minoribus annumerabatur. Poſtea maioribus adſcriptum eſt à beatæ memoriæ Georgio Xiphilino Patriarcha Cõſtantinopolitano. Quod factum ſuffragio ſuo approbauit itidem Euſtathius Metropolitanus Theſſalonicenſis, ſummis laudibus tanquam rectum rectæq; rationi conſentaneum id euehens.

Cum ergo olim quinq; duntaxat hoc quinario cõprehenderentur, iure Codinus πεντάδα nominauit; reſpiciens nimirum ad antiquiorem non ad illum à Xiphilino introductum numerũ. nam & Balſamõ in Melete ſeu diſceptatione ſua de officio Chartophylacis & Protecdici tom. 1. Iuris GræcoRom. fol. 456. quinque tantum in hac prima claſſe ponit, omiſſo Protecdico, eoſq; dicit eſſe quaſi quinque ſenſus Patriarchæ, quibus tanquam inſtrumentis, negotia omnia exequatur: Vocat etiam horum quinq; Eccleſiaſticorũ procerum miniſteria πέντε σεκρέτων εὐαγῆ λογοθέσια; hoc eſt, vt interpres vertit; quinque ſecretorum religioſa ratiocinia. *Rectius forte:* quinque ſacra conſiſtoria, rebus expediendis præfecta. *Et quiuis horum habebat ſua in functione plures adiutores, quos Balſamõ vocat* Chartularios *τοῦ κόπου συμμεριστὰς, καὶ σεκρετικοὺς διακονητάς*. Laboris conſortes, ſenatuſque illius ſeu Conſiſtorij ſeu Conſilij adminiſtros.

Appel-

Appellabantur iidem ἐξωκατάκοιλοι ἄρχοντες; *Vt Balſamon docet; & Ioannes Citrius, etſi in huius Reſponſis ſcribatur hoc nomen in penultima non per* οι, *ſed per* η. ἐξωκατάκηλοι, *& latinè,* Exocatacœli, *vt & in editione Bonefidij. Vtra autem ſcriptura rectior ſit, necdum conſtitui. Hoc ſcio, errare Iunium cum p. 5. & 6. verbum hoc in duo diuidit:* ἔξω κατακοίλων, *itaque interpretatur,* Catacœlorum, qui foris ſunt: *nugæ. Vnicum vocabulum eſt; non duo. Quare legendum.* ὁ πρωτονοτάριος δεύτερος τῶν ἐξωκατακοίλων. *Hinc etiam reformanda lectio pag. 131. & 133. vbi Iunius;* ἓξ κατάκοιλοι, *redditque:* Sex Catacœli. *Quam lectionem vitioſam eſſe; (licet in Bauaricis quoque Codicibus appareat) vel ex deſcriptione Protonotarij diſcere poterat: vbi ſcriptum in ſuis etiam exemplaribus reperit* ἐξωκατακοίλων: *quamuis male disiunxit, quæ coniungenda erant. Eo item nomine ferri non poteſt illa lectio: quia* ἄρχοντες *iſti vocabantur tunc etiam* ἐξωκατάκοιλοι, *quando erant tantum quinque, vt ex Balſamone planum: non ergo à numero dicti ſunt* ἓξ κατάκοιλοι. *Sed quæ notio huius nominis* ἐξωκατάκοιλοι, *ſeu* ἐξωκατάκηλοι? *Ego amplius inquirendum cenſeo; nam vt Iunio ſuauiter* de vallibus, & de Eccleſiis in editiore loco Conſtantinopoli ſemper exſtructis, *philoſophanti aſſentiar, committere non poſſum. Omnino in Etymologia huius nominis grauiter eum errare cenſeo, licet fatear, me nondum ad hallucinationis huius*

cubilia penetraſſe;ſed eam,qui ex Exocatacelis *ſeu* Exocatacœlis *nobis* Catacœlos *procudit;falſam itidem* originationem *fabricare, nec inſolens nec nouum videri debet;cuius falſitas cuiuis abſque mora ſubolebit, qui hæc Iunij verba cum ſenſu perpenderit:* Maximæ Eccleſiæ præerat Patriarcha: reliquis Paſtores ſui, qui dicebantur Catacœli, κατὰ τὰς κοιλάδας ſinguli commorantes. *Scilicet Conſtantinopoli omnes Parochi habitabant in vallibus: nullus in excelſiore vrbis loco, alioquin* Iuniani Catacœli *nomen tueri non potuiſſet. Nec plures in tanta ciuitate Parochi erant, quam quinque, vel ſummum ſex. Nomen enim* Catacœli, *ſeu, vt nos ſcribimus* Exocatacœli, *quinq; vel ſex duntaxat obtinebant.*

Erant autem omnes iſti Exocatacœli, *ſacerdotes, at Diaconorum officio ſolennioribus feſtis, Patriarcha ſacris operante, fungebantur. Phelonenq; ferebant, non tamen Epitrachelium ſeu* ſuperhumerale, *ſed* Orarium: *Et ex hoc numero τῶν ἐξωκατακοίλων ἀρχόντων creabat ſibi Imperator Archidiaconum Palatinum, ſeu Eccleſiæ in Aula. Quæ omnia ex ipſo Codino liquent. fol. 131. & ſeq. Occurrit quidem de Etymologia huius nominis coniectura nō improbabilis, vnica duntaxat litterula mutata: quam tamen in præſenti non promo. nam vt nimium frigidas, ita & nimium calidas coniecturas non probo. Matureſcat igitur, & tum demum prodeat in publicum.*

Magna

Magna fuerunt auctoritatis Exocatacœli, *quã vel ex his pauculis Codini verbis colligas.* ὗτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τοῦ ἀρχιερέως. Iſti (*Exocatacœli*) ſedent in ſacra ſynodo cum ipſo Patriarcha. *Chartophylaci, vni ex iſtis mouerunt aliquando litem Epiſcopi*, διὰ τὸ προκαθῆσθαι αὐτὸν τῶν ἀρχιερέων, ὁπηνίκα δέοι τούτους συνέρχεσθαι κατά τινα χρείαν καὶ συνεδριάζειν κατὰ ταυτὸν πρὸ τῆς εἰς τὴν ἁγιωσύνην σου εἰσελεύσεως, quod ſederet ante Epiſcopos, quoties illos conuenire ob aliquam neceſsitatem oportebat, antequam ad Patriarcham ingrederẽtur. *Verum pro Cartophylace reſcripſit Alexius Comnenus; Exſtat Nouella eius inter illas, quas cum Ecloga ſeu ſynopſi Iuris Romani edidit Leunclaius.*

Quod attinet ad OE*conomum, qui primus inter* Exocatacœlos, *eius officium his verbis deſcribit Codinus.* ὁ μέγας οἰκονόμος κρατῶν πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ πᾶν τὸ ἐσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν, καὶ οἰκονομεῖ τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. *Quæ ſic interpretatur Iunius.* Magnus OEconomus, qui in omnes poſſeſsiones Eccleſiæ auctoritatem habet, omnemque reditum, qui ex eis percipitur. Miniſtrat autem Sacerdoti ſummo & Eccleſiæ hac OEconomica procuratione. *Quanto breuius & diſtinctius dixiſſet: Magnum OEconomum eſſe illum, qui in omnes facultates prouentuſq; Eccleſiæ ius habet; procuratorq; eſt Epiſcopi ſi-*

mul ac Eccleſiæ. Breuiter eundem deſcripſit Balſamon. καὶ ἔχει τῶν ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων τὴν πρόνοιαν ὁ μέγας οἰκονόμος. Curam gerit Eccleſiaſticarum facultatum magnus OEconomus. *Natum eſt autem illud,* ὁ μέγας, *ex Græcorum ambitione, qui officiis & dignitatibus titulum* μεγάλου *admodum liberaliter præponebant; & ſæpe duo officia, cæteroquin paria, aliter non diſtinguebant, quam vocis* τοῦ μεγάλου *appoſitione. Qua in re longe parciores & reſtrictiores & ſunt ſemperq; fuerunt Latini. qui & ad homines, etſi virtute & eruditione præſtãtes, rarò hoc Elogium quaſi prænomen aut cognomen tranſtulerunt, cum tamen apud Græcos nihil ſit frequentius quam illud* ὁ μέγας, ὁ μέγας, *&c. ſæpe ex muſca* μέγαν *elephantum facere ſolent. Etiam quoq; ex ingenito faſtu* μεγάλου *titulo mirifice ſeſe circumſpiciunt.* ὁ μέγας ῥήτωρ, ὁ μέγας σακελλάριος, ὁ μέγας οἰκονόμος, *cum ſint omnium prope mortalium longè miſerrimi propter iugum Turcicum.*

CAPVT II.

Quis Magnus Sacellarius; & quis ὁ σακελλίου.

PRIVS *de nominum diuerſitate dicemus. Poſtea de notione & officiis vtriuſque. Igitur* ὁ μέγας σακελλάριος *appellatur etiam à Ioanne Citrio* ὁ ἐπὶ

τῆς

τῆς μεγάλης σακέλλης. *qui* magnæ ſacellæ præeſt. *At* ὁ τοῦ σακελλίου, *vocatur quoque* ὁ ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης, ἤγουν ὁ σακελλάριος; qui præeſt paruæ ſacellæ. *In Turcogræcia fol. 218. non male dicitur* ſacellius. *Quid vero* σακέλλη, *ſeu* ſacellæ, *ſeu* σάκελλον, ſacellum? *Hi enim nominibus vtuntur, à quibus* ſacellarij *magni & minoris nomina deducunt.* σακέλλιον, *inquit Suidas,* βαλάντιον, μαρσίπιον, ἐξ οὗ καὶ σακελλάριος. Sacellium eſt crumena, marſupium: à quo & Sacellarius: *quod & politici officij nomen eſt,* ταμίαν *enim ſeu* Quæſtorem *ſignificat, ſicut &* σακέλλιον ταμεῖον, ærarium, *vt ex Mauricio & Leone docet Giraltius in Gloſſario ſuo Mixobarbaro. Nec dubium, nomen hoc ad Græcos veniſſe ex latino, ſeu potius multis linguis cõmuni vocabulo;* ſaccus; *ſeu* ſacculus; Saccellus; *hinc Germanicum* Säckle/*&* Seckel *pro* loculis; *vnde iſti fecerunt,* Sacellam, *ſeu* Sacellium; *pro* cuſtodia, *ſeu* φυλακῇ, *vt quiſquis aliquid cuſtodiendum accepit; is curam* Sacellæ *ſeu* Sacellij *habere dici poßit: Hinc & Germani* Quæſtorem *ſeu Præfectum ærarij nominant* Seckelmeiſter/ *quaſi Præfectum* Sacellæ *ſeu* Sacelli: *& Græci recentiores aliter non nominarent, quam* σακελλάριον, *vel* τὸν τοῦ σακελλίου.

Nec refert quod Latini & Græci veteres litteram c *vel* k *duplicant; nam recentiores Græci hoc ſibi more iam recepto ſumunt, vt litteras arbitratu ſuo du-*

plicent aut non duplicent. Quare paſſim apud illos legas παλλάτιον *&* παλάτιον, σακελλάριον *&* σακελάριον, σέλλα *&* σέλα, κρέμμασθαι *&* κρέμασθαι, φλάμμουλον *&* φλάμουλον. *Et huius generis alia non pauca. Porro quod* ſacella *ſeu* ſacellion *nihil aliud ſit, quam* φυλακὴ *ſiue* cuſtodia, *& quod* Sacellarius, *ſeu* ſacellij Præfectus *nihil ſit aliud quam* φύλαξ *ſeu cuſtos, diſerte docet Balſamõ; qui vt Chartophylacem defendat, eumq; non tantum præciſe rerum arcanarum* cuſtodem *& quaſi* Ianitorem *eſſe demonſtret; hanc ſibi obiectionem obiicit.* Quod ſi quærant, πῶς τῶν ἄλλων σεκρέτων προϊστάμενοι, quomodo aliorum conſiliorum præſides non dicantur φύλακες, cuſtodes, cum ſint negotiorum adminiſtratores, ſed alius quidẽ appelletur magnus OEconomus: alius magnus Sacellarius: alius Sacellio Præfectus? *Reſpondet Balſamon:* nouerint iſti, idem eſſe, OEconomum, φύλακα ſeu cuſtodem, Sacellarium, & Præfectum Sacellij. Nam apud Romanos παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν ἐστὶν: ab adminiſtrando & cuſtodiendo deriuatur. καὶ ἡ τοὺς κακούργους δὲ φυλάττουσα πατριαρχικὴ σακέλλη ἐντοῦθεν, καὶ οὐκ ἄλλοθεν μετωνόμασται, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ σακούλιον. Et Patriarchalis Sacella *(carcer)* qua rei cuſtodiuntur, hinc, *(nimirum à cuſtodia)* & non aliunde nõmen habet: quemadmodum & Saculion.

Dicitur

Dicitur igitur Sacellarius ὁ τῶν μοναστηρείων διοικητὴς, curator & adminiſtrator Monaſteriorum. καὶ ὁ σακελλίου ὑποκοειστικῶς; & Præfectus Sacellij *diminutiue*, ὁ τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν φροντιστής. Qui Catholicas Eccleſias curat & adminiſtrat. Cæterum ne quinque iſti Antiſtites vnũ duntaxat nomen haberent, factum eſt, vt diuerſorum officiorum nominibus honeſtarentur. Quo fit, vt cum actionum finibus conueniant, officiorum vocabulis diſtinguantur. *Hæc Balſamon, qui vult non modo Chartophylacis, ſed & aliorum* Exocatacœlorum *nomina à cuſtodia ſeu adminiſtratione deducta eſſe.*

Et certè quod attinet ad Romanum ſeu Latinum vocabulum ſacculus; *nihil aliud eſt, quam vel* cuſtos *vel* cuſtodia, *vt & Germanicum* Säckle/ *&* Seckel/ *& habere in* ſacculo, *nihil eſt niſi* cuſtodire, *ſeu* habere in cuſtodia: *Et eſſe, vt Græci deriuant*, Sacellarium; *idem eſt*, quod præeſſe cuſtodiæ; *ſeu eſſe* cuſtodem; *vt & eſſe* τὸν τοῦ σακελλίου. *Notatu autem dignum eſt, quod ait*; Patriarchalem carcerem, *in quem nocentes clerici coniiciebantur, appellatum fuiſſe* Sacellam, *à* ſaccello, *ſeu* ſacculo: *nam & apud Germanos nonnullis in locis publici carceres à* ſacco *nominantur* Sack. *Et tritum eſt illud in Philoſophicis certaminibus*, er iſt im Sack: captus eſt.

Quocirca errat Iunius cum ſacelſarij, *&* ſacellij *nomina à latino* ſacellum *deducit;non à* ſacello, *à quo Eccleſiaſticum vocabulum*, ſacellanus, *ſed à* ſaccello, *ſeu* ſacculo *naſcitur, vt Balſamon docet;cui longe libentius fidem adhibeo, quam Iunio. Nec refert quod ipſi ſcribant ſimplici k, nos duplici c. Antea enim dictum eſt; Græcos vitio quodam, vel, ſi mauis, conſuetudine, etiam nonnullis aliis nationibus vſitata, litteras ſæpe geminas ſcribere; vbi ſimplex ſcribenda erat: & ſæpe viciſsim, vnam ponere, vbi gemina ponenda erat. Teſtis* σέλα *pro* σέλλα, σάκος *pro* σάκκος· σακελάειος; *pro* σακελλάειος, *& innumera talia. Nec obſtat noſtræ originationi illa ſacellarij deſcriptio, quæ adfertur in Turcogræcia fol. 203. ex Auguſtano M.S. Pachymeris codice.* ὅτος ἐπιτηρεῖ τὰς ἱερὰς σακέλλας, δηλονότι τὰ γυναικεῖα μοναστήρια. Iſte adminiſtrat & curat ſacras ſacellas, nempe Monaſteriorum femineorum: *nam per ſacras* ſacellas *intelligit* ſacras φυλακὰς *ſeu* cuſtodias, *&* ſacra clauſtra, *cuiuſmodi cuſtodiæ & clauſtra ſunt Monaſteria.* ſacellam *ergo aliunde non deducit, quam Balſamo, nimirū à Romano ſeu latino* ſaccello. *vt & in deſcriptione* ſacellij. *fol. 218. Turcogr. ex eodem Auguſt. Cod.* ὁ σακελλίου, ὁ τὴν σακέλλαν κατέχων. *Et quid hæc* ſacella *ſit, mox adiungit.* τὴν φυλακὴν τῶν προσφύγων τῆς ἐκκλησίας. Cuſtodiam eorum, qui ad Eccleſias confugiunt; *quam cuſtodiam eadem notione vocat Codinus*

nius τὸ σακέλλιν, *cum* Sacellij *officium deſcribens ſic ſcribit pag.3.* ὁ σακελλίου κρατῶν τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας, καὶ τὸ σακέλλιν. Sacellius *ſeu* Sacellij præfectus ille eſt, qui Catholicas Eccleſias ſua in poteſtate habet; & Sacelin, ſeu Sacellium, *hoc eſt* φυλακὴν, *cuſtodiam eorũ, qui ad Eccleſiam confugiunt.*

Eodem fere modo Balſamon in ſua diſceptatione de Chartophylace Tom.1. Iuris GræcoRom.lib.7.fol. 457. Ait enim ὁ σακελλίου, præfectus Sacellij *curã gerit* τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν, Catholicarũ Eccleſiarum (*inepte Interpres,* Eccleſiarum in genere, *quem errorem non ſemel errat*) πρὸς δὲ καὶ ἐμφυτεύσεων τὴν διοίκησιν, inſuper etiam Emphyteuſium curam & adminiſtrationem gerit. *Nec audire poſſum, quamuis vellem, Anaſtaſium Sinaitam, qui in ſuo Hodego capite de Etymologia dicit;* Sacellarium *eſſe Syriacum.* σάκελλα γὰρ τὸ δέχεσθαι εἴρηται, *Niſi & Syri Sacellarij nomen in ſuam linguam à* Saccello *tranſtulerint, Quod vt credam facit* Sacella, *Sinaitæ receptaculum.*

Officium magni Sacellarij depingit Codinus in hunc modum. ὁ μέγας σακελλάριος κρατῶν τὰ ἀνδρῷα καὶ γυναικεῖα μοναστήρια, ἔχων ὑπουργὸν εἰς τοῦτο τὸν ἄρχοντα τῶν μοναστηρίων. Magnus Sacellarius poteſtatem habet in virorum & mulierum Monaſteria. Quo in munere adminiſtro vtitur illo, qui Antiſtes Monaſteriorum appel-

 latur,

latur, *de quo Codinus in Quinta Pentade. ſicut & ὁ τοῦ σακελλίου adiutorem habet ἄρχοντα τῶν ἐκκλησιῶν dictum; de quo in Quinto Quinario. Non abſimilia Balſamon.* Magnus Sacellarius curam gerit Monaſteriorum, tam eorum quæ ſunt intra vrbem, *quam τῶν περατικῶν,* finitimorum. *Ita malo; quam cum Interprete;* eorum, quæ vlterius ſita ſunt. *Hæreticus in Turcogr. fol. 203. σακελλάριος ὁ παιδεύων τοὺς ἀτακτοῦντας τῶν μοναχῶν καὶ ἱερέων.* Sacellarius eſt, qui compeſcit petulantes Monachos & Sacerdotes. *Vbiq; iſti petulantes Monachos & Sacerdotes ſomniant, obliti ſuæ petulantiæ. Græci, vt vidimus, aliter Sacellarium deſtribunt. Quare nihil opus nobis hac definitione hæretica.*

Ex his, quæ hactenus dicta, facile erit iudicium facere; quam vera ſint, quæ de Sacellario *& de* præfecto Sacellij *Iunius commentatur. pagina 245. & 246.* Nomen eſt ambiguum *σακελλάριος, inquit Iunius. Sit ita; quandoquidem Ioannes Citrius τὸν ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης etiam* Sacellarium *nominat, cuius plura forte exempla non reperies; aptius* Sacellius *vocabitur, ſi vno nomine vocare velis:* nam modo perſonarum reſpectu dicitur, qui ſacris hominibus & Deo dicatis præfectus eſt, modo rerum locorumque, puta is qui templis, domibuſque

queſacris. *Atqui ὁ τοῦ σακελλίου non modo parietibus templorum praeerat; ſed & clero ad illa templa pertinenti; & confugientibus quoque ad illa templa: hoc enim eſt κρατεῖν τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας. Ergo & ὁ τοῦ σακελλίου non modo in res & loca; ſed & in perſonas ius habuit, aeque ac magnus Sacellarius: cadit ergo hac Iuniana diſtinctio.* Hominum procuratio & præfectura dicitur Sacellaria; locorum vero Sacellium. *Ex quo vero auctore Graeco probas hoc diſcrimen? Quis ille, qui priore illo vocabulo tua notione vtitur? Certe* Sacellarium *deducit Balſamon à* Sacella; *& hanc, à* Sacello; *vt &* τὸν τοῦ σακελλίου, *quod ait eſſe* ὑποκοριστικὸν, *ſeu diminutiuum à* Sacello, *ſeu* Saccello: *nam diminutiuum à diminutiuo formari, vt à* Sacello, Sacellium; (*ſicut latine à* Saccello, Saccellulum) *nemo neſcit. Nec verum illud:* σακελλίου, id eſt, rerum ad ſacras ædes & Sacella pertinentium. *Nihil minus: quia nihil hic de Sacellis, quae Latinis* Sacella *ſeu* Capellæ. (*vnde Capellanus*) *vt ſupra probatum. Nec* ὁ τοῦ σακελλίου *à ſacris* Sacellis *noſter nomen habet: nec ad curam eius ſpectabant ſacrae veſtes, vaſa, reditus, & id genus alia ad templa ſeu Sacella ſacra (quas Graeci vocant* παρεκκλησίας *ſeu* παρεκκλήσια) *pertinẽtia, quia haec alios curatores habebant, vt ex ipſo Codino liquet. Quid ergo curabat ὁ τοῦ σακελλίου? Id quod ſupra explicauimus; Catholi-*

tholicas Eccleſias & Clerum illarum Eccleſiarum; & eos, qui ad templa confugiebant; & præterea, vt Balſamon addit, Emphyteuſes Eccleſiarum. *Ergo cui horum cura incumbit, is eſt ὁ τοῦ σακελλίου; cuius vocis σακελλίου notio iſta non eſt:* rerum ad ſacras ædes & Sacella pertinentium: *vt Iunius tradit: & vt cetera, quæ attulimus, firmamenta nobis deeſſent, ſufficeret refellendo Iunio Heſychius: qui hæc.* σακέλλα, ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται. σακέλλιον. ὁμοίως. Sacella, vbi aurum ponitur, Sacelliũ, ſimiliter. *Ergo vnum idemq; vtrumq; ſignificat, & vtrumq; à latino* Saccellus *deriuatũ eſt, vt recte docet Balſamon.*

Illud etiam non prætereundum, Sacellarij *nomen eadem formatione ne Latinis quidem ignotum fuiſſe; licet ſignificatu paululum diuerſo, propius tamen ad originem vocis accedente; Adſcribam verba Onuphrij ex libello de interpret. obſcurarum vocum Eccleſiaſticarũ.* Sacellarius, aliâs Saccularius, à Sacello pecuniarum, quas erogabat, dictus, &c. Hunc hodie Theſaurarius repræſentat. Cuius muneris Bibliothecarius (*Anaſtaſius*) ſæpe mentionem facit. Dictus autem eſt à Sacco Saccularius, vel à Sacello, id eſt, paruo Sacco, Saccellarius: quæ vox apud Auguſtinum exſtat in commentariis Pſalmorum. *Hæc Onuphrius*

pror-

prorſus conuenienter iis, quæ de origine harum vocum Balſamon ſcribit.

Concludamus ergo hoc caput, maneatq́; Græcorum σακέλλαν *&* σακέλλιον, *à quibus* Sacellarius, *&* ὁ τοῦ σακελλίου, *nihil aliud eſſe, quam quod Latinis eſt* Sacculus *ſeu* Saccellus, *ſeu* Saccellulus; *quodq́; Germanis* ein Säckle oder Seckel: *& vtrumq́; tam* Sacellarium *ſcilicet, quam* τὸν τοῦ σακελλίου, *hinc & non aliunde nomen accepiſſe. Vide etiam Cuiacium lib. 10. Obſeruat. cap. 27. vbi de* Sacculario, *à* Sacculo, *&* Saccellario *à* Saccello *multa ſcribit. Etſi alio ſignificatu horum nominum.*

CAPVT III.

De Chartophylace.

CHARTOPHYLACEM *male vocant Leunclaius & alij* Chartularium; *nam* Chartularius *alterius officij, & inferioris nomen eſt; continetúrq́; in nona Pentade officiorum Eccleſiaſticorum: at Chartophylax Principem locum tenet, quippe quartus inter* Exocatacælos. *Iunius latine* præfectum chartis *nominat. Neſcio quam idonee. Ego libenter Græcam vocem retineo. Vnde componatur & deriuetur, liquet abſq; meo admonitu. Plus tamen ſignificat, quam ipſa vocabula fronte prima præ ſe ferant. Quocirca Balſamon in ſua diſceptatione*

tione de Chartophylace, refutat illos, qui volunt Chartophylacem παρωνυμίζεσθαι ἐκ τοῦ φυλάττειν μεμβράνας, καὶ κωδίκια, inde, quod membranas & codices cuſtodiat; *quamuis ſi nomen præciſe conſiderare velimus, hæc notatio à veritate non recedat; ſed in impoſitione nominum monent ſapientes non tam videndum eſſe*, à quo *quam* ad quid *nomen imponatur. Ea de cauſſa licet à cuſtodia* chartæ *nomen traxerit; longe tamen plura ad eius curam & adminiſtrationem pertinebant: ipſe enim ſua in poteſtate habebat ἐκκλησιαστικὰ χαρτῷα δικαιώματα*, litteras, in quibus iura & priuilegia Eccleſiæ continebantur; *vno verbo*, Archiuum *dicere poſſis, κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις*, iudex omnium Eccleſiaſticarum cauſſarum, & matrimonialium controuerſiarum, *ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν κληρικῶν ὑποθέσεσιν ἔκδικος, ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χείρ*, quin & in cæteris Clericorum cauſsis cognitor & iudex, tanquam dextra Patriarchæ manus; *quo nomine afficitur etiam à Balſamone, qui Chartophylacem etiam* os *&* labra *Patriarchæ vocat, aitque eſſe Patriarchæ id, quod Moyſi fuit Aaron; & Baruch Hieremiæ; cuius Chirotoniam & ordinationem copioſe deſcribit; fieri namque conſueuerat cum impoſitione manuum, & appenſione βυλλωτηρίου*, Bulloterij, *de pectore inſtar* Rationalis

nalis *Aaronici dependentis; clauiumque traditione; quorum omnium myſteria fuſius enarrat Balſamon, ipſe etiam hoc munere aliquando functus, vt teſtatur in diſceptatione quadam matrimoniali lib. 7. Iuris GræcoRom. Tom. 1. fol. 469. qui & his verbis officium eius exaggerat.* τὰς πατριαρχικὰς διαγνώσεις καλλιγραφεῖ, καὶ ὑπογραφαῖς οἰκείαις καὶ σφραγῖσι κατεμπεδοῖ, καὶ μεγάλου δικαστηρίου προκάθηται, καὶ δικαιοδοτεῖ κατὰ μὲν παντὸς ἀνθρώπου, καὶ οἵας ἂν εἴη τύχης καὶ φύσεως, περὶ ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων καὶ σφαλμάτων ψυχικῶν διορθώσεως, κατὰ δὲ ἱερωμένων καὶ μοναχῶν περὶ πάσης ἐγκληματικῆς, καὶ χρηματικῆς αἰτιάσεως. Patriarchales ſententias & deciſiones in litteras refert, propriis ſubſcriptionibus ſigilloque confirmat, Conſilio magno præſidet, & ius dicit cuiuis homini cuiuſcunque fortunæ & ſexus, de Eccleſiaſticis quæſtionibus & delictorum ad animam pertinentium correctione: etiam Sacerdotibus & Monachis in quibuſcunq; controuerſiis & accuſationibus.

Etiam ante Epiſcopos ſedebat; quæ prærogatiua cum multorum telis olim appeteretur, defenſa eſt proprio edicto ab Alexio Comneno; quod Leunclaius edidit. totumq; recitat Balſamon in ſua Melete, *ſeu* diſceptatione *præ Chartophylace contra Protecdicum; qui & ipſe Cartophylaci litem de loco & ſtatio-*

ſtatione mouerat: ſed Balſamonem patronum & aduocatum non indiſertum, & in hoc munere ſatis exercitatum reperit; quem ſolum ait ex toto τῶν προκαθημένων numero honeſtatum eſſe geminis Eccleſiaſticis ordinibus, nimirum, Epiſcopalibus, & Secreticis, *quia non modo cauſſas temporales cognoſcebat tanquam iudex; ſed & ſpirituales, animæq; ſalutem concernentes diiudicabat; eamq; fere his in rebus poteſtatem habebat; qua nunc præditi ſunt Epiſcoporum noſtrorum Vicarij. Olim quoque aurea tiara inſignitus foras prodibat; licet hunc morem iam ſua ætate deſiiſſe Balſamon ſcribat. Suos habebat in hoc munere adminiſtros; & inter ceteros, duodecim Notarios; Locus, in quo ius dicebat, & quæ ſuæ functionis erant, tam aſſeruabat, quam peragebat, χαρτοφυλακεῖον dicebatur: quod nomen reperies Tom.1.Iuris GræcoRom. fol.258. & de Notariis Chartophylaci ſubſeruientibus mentio quoq; fit fol. 249. Scribitur & χαρτοφυλάκιον à Suida, de quo hanc præſcribit regulam, neſcio quam veram. τὰ παρὰ φυλάσσω ἅπαντα, διὰ τοῦ ι. γράφεται, καὶ προπαροξύνεται, οἷον χαρτοφυλάκιον, θησαυροφυλάκιον, σκευοφυλάκιον, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, πλὴν τοῦ σιτοφυλακεῖον.* Omnia à verbo φυλάσσω per iota ſcribuntur, & acuuntur in antepenultima, vt Chartophylacium, &c.

Porro cum Balſamon & alij, Chartophylacem omnibus omnino præponere videantur ſiue negotiorum

rum, ſiue priuilegiorum magnitudinem & multitudinem ſpectes, merito mirari poſſis, cur Codinus tantæ dignitatis virũ quarto loco in prima Pentade collocet. An ordinem dignitatis non ſeruauit? An & ceteri Exocatacœli *Epiſcopis anteponebantur, tametſi Diaconorum quaſi munere fungerentur, ſicut & iam in Eccleſia Romana Diaconi Cardinales antecedunt omnes Epiſcopos? Et certe iſti* Exocatacœli *videtur in Conſtantinopolitana Eccleſia quaſi* Cardinales *fuiſſe.*

Coronidis loco addamus definitionem Chartophylacis, quam Turcogræcia adfert fol. 203. ex Pachymere Auguſtano, χαρτοφύλαξ ὁ πᾶσαν ὑπόθεσιν διεξάγων. *Quæ tamẽ definitio reſtringenda eſt, ne ceteris* Exocatacœlis *nihil prorſus, quod agant, remaneat. Apud Ioannem Citrium proponitur hæc quæſtio.* An liceat Antiſtiti, præſente Chartophylace, alteri cuiuis committere poteſtatem ſignandi ſeu ſigillandi (τοῦ σημειοῦσθαι) *idq;* vel ſemper, vel tantum ſemel aut aliquoties. *Reſpõdet Citrius, id non licere.* Nam τὸ σημειοῦσθαι τὰ παρεμπίπτοντα; ſignare, quæ indies incidunt, inuiolabiliter Chartophylacis officio annexũ eſſe; niſi forte huiuſmodi quid faciendum ſit longe diſſito in loco, tũ enim præſulem mittere poſſe, quem velit. Abſentis autem vel ægrotantis vicem obire commentarienſem.

CAPVT IV.

De Sceuophylace & Protecdico.

SCEVOPHYLAX *eſt is, quem multis in locis* Cuſtodem *appellant; cui in ſupellectilem ſacram arbitrium & auctoritas.* τῶν ἱερῶν κειμηλίων τὴν ἐπιμέλειαν ἔχει ὁ μέγας σκευοφύλαξ. Sacrorum Cimeliorum curam habet magnus Sceuophylax,*inquit Balſamon.* Nec *aliter* Codinus. *Sceuophylax,* κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας, habens in ſua poteſtate ſacrum inſtrumentum,ſeu Eccleſiæ ſupellectilem. *Quidam vertunt* Sacriſtã: *non incommode, niſi forſan refragetur iudicium illius, qui res veteres nouis vocibus ſignificanter exprimi, patienter ferre non poteſt. Hinc* σκευοφυλάκιον, *vbi ſacrum inſtrumentum adſeruatur. neq; enim agnoſcit Suidas* σκευοφυλακεῖον *conuenienter regulæ ſuæ, de qua ante greſſo capite.*

Protecdicus vertitur à Boneſidio Primarius actor. *Rectius,* primus Defenſor. *Eius officium erat, teſte Codino,* εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τοὺς αἰχμαλώτους, curam gerere captiuorum, *vocatur ab eodem* κριτὴς τῶν ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων. Iudex controuerſiarum, quæ in accuſatione verſantur. *Quocirca non probo deſcriptionem, quã Turcogræcia adducit fol. 218.* ὁ πρωτέκδικος ὁ τοὺς

σεύσφυ-

προσφύγας ἀναδεχόμενος. qui confugientes ad Eccleſiam recipit; *vt interpretatur Auctor Turcogr. ſed male. Nam confugientium ad Eccleſiam cura pertinebat* πρὸς τὸν τοῦ σακελλίου, ad Sacellij præfectum, *vt ſupra dictum. Itaq; ſi definitio hæc probanda ſit, aliter explicari debebit, vt per* προσφύγας *intelligamus illos, qui ex captiuitate ad Chriſtianos ſpe libertatis confugiunt; nõ autem illos, qui confugiunt ad Eccleſiam tanquam ad aſylum impunitatis gratia. Dicitur* πρωτέκδικος *reſpectu aliorum* ἐκδίκων *ſeu* Defenſorum. *plures enim erant; ad quorum manus pertinebat quoque pauperum & infirmiorũ cura, ne opprimerentur à potentioribus, vt docet Balſamon in ſua de Chartophylace & Protecdico diſceptatione: & olim quidẽ Laici hoc officio fungebantur, poſtea tamen Clericis cõmiſſum eſt. Protecdicum retulit inter Exocatacœlos Xiphilinus Patriarcha, vt cap. 1. diximus. Antea enim minoris ſubſellij magiſtratus erat.* ἐκδικεῖον *apud Balſamonẽ locus eſt, vbi* οἱ ἔκδικοι, *quæ muneris ſui ſunt, aſſeruant, conſultant, & peragunt:* ἐκδίκησις *eſt ipſa* defenſio, *ſeu* τῶν ἐκδίκων *actio.*

Obſeruandum eſt autem etiam in Romana Eccleſia fuiſſe antiquitus Defenſores; *vnumq; ex illorum numero præcipuum, qui* primus Defenſor *audiret. quorum officium breuiter deſcribitur, (verba Onuphrij refero) à Pelagio in* Reſcripto *ad Antoninam Patritiam, quæ poſtulabat Monachum fieri*

Defenſorem, *in quo oſtendit officium Monachi, & Defenſoris conuenire non poſſe. Illis enim, inquit, quies, oratio, labor manuum (competit) at iis cauſſarum cognitio, conuentiones, actus, publia litigia, & quæcunq; vel Eccleſiaſtica inſtituta, vel ſupplicantium neceſſitas poſcit. Ex decreto Vrbani patet, Procuratoris nomine intelligi quemlibet Eccleſiaſticarũ rerum adminiſtratorem, vt, verbi gratia, Præpoſitum, Oeconomum, Vicedominum. Defenſoris nomine aduocatũ, ſiue Caſtaldum & iudicem, &c. quorum quidam Defenſores ſine adiectione; quidam* Defenſores Regionarij *dicti ſunt, quod ſcilicet in ſingulis regionibus diſtributi eſſent. Quorum primus vel princeps* primicerius Defenſorum *diceba-tur, magnæ in Eccleſia Romana exiſtimationis. Hæc Onuphrius in explicat. vocum Eccleſiaſt. Docet Baronius* Regionarios Defenſores *inſtitutos fuiſſe à S. Gregorio Anno Domini D X C V I I I.. vt ſicut erant ſeptem* Regionarij Notarij, *& totidem* Regionarij Diaconi, *ita etiam eſſent ſeptem* Defenſores Regionarij, *ceteris dignitate præſtantiores; de quibus, qui plura cupit, is Illuſtriſ. Baronium conſulat Anno Chriſti D X C V I I I. Et hæc de prima Pentade Officiorum & Officialium Eccleſiaſticorum; ſic enim hæc nomina à nobis explicantur, non autem, niſi obiter, prout Palatina, vel militaria officia ſignificãt. Nam & in Aula, & in militia Græci habebant ſuos ἐκδίκους, imo δεφένσωρας, vt te docebit*

bit libellus Conſtantini Porphyrogeniti de Thematibus, & Lexicon Mixobarbarum Giraltij, & Sceuophylacas, & Chartophylacas, & Sacellarios.

CAPVT V.

De ſecunda Pentade Officiorum & Officialium.

IN *hac continentur 1. Protonotarius. 2. Logotheta. 3.* ὁ χανσείσιος. *4. Referendarius. 5.* ὁ ἐπὶ τῶν ὑπομνηματογράφων. Poſt Exocatacœlos primus eſt Protonotarius, *inquit Ioannes Citrius. Ex quo liquet, quare vocetur* θύρα τῶν ἐξωκατακοίλων Ianua Exocatacœlorum; *nimirum, quia proximus à primis eſt;* & *quaſi* ianua *ſeu* primus ingreſſus *ad Exocatacœlos. Hinc euaneſcunt commenta Iunij, qui de* Ianua *ſeu* Thyra *multa nugatur* ex vſu non Orientalium, *ſed ſuo. Ait,* θύραν *ſeu* Ianuam *dici*, quiſquis aditum ad ſuperiorem præbet: quem latine, *inquit,* cum Feſto Admiſsiuum, aut cum recentioribus Admiſsionalem commode nuncupaueris. *Quo fit, vt ex* Protonotario *faciat* Oſtiarium, *ſeu Ianitorem* Excatacœlorum. *Quis autem vnquam audiuit Protonotarium eſſe* θυρωρὸν, *ſeu* Oſtiarium? θύρα *igitur, hoc eſt*, Ianua *nomi-*

d 3 *natur*

natur, non quod ſit Ianitor; *ſeu* Admiſsionalis; *ſed quia eſt proximus ab Exocatacœlis. Nec eſt quod Iunius à* Ianizaris *ſubſidium petat. Alij enim nomen hoc non à* Ianua, *ſed ab alio longe diuerſo vocabulo deducunt, vt in Pandecte Turc. videre licet.*

Illud inſuper feſtiuum eſt cum ait, Protonotarij fuiſſe, vt quæ foris à Catacœlis vel per Catacœlos ad Patriarcham afferebantur, ea exciperet. *Quo auctore hoc affirmas? Nam dicenti duntaxat, ſi crederemus; omnia crederemus, etiam aperte falſa. Protonotarij fuit curare* Pittacia, *vt inquit Codinus.* Pittacia, *ait Cuiacius ad Tit.37. lib.12. Cod. Iuſtinianei,* ſunt rationes & commentarij annonarum militarium. Eodem nomine ſignificantur etiam epiſtolæ, album, notoria. *Ita in Iure ciuili. Hic* militares Annonæ *locum non habent. Eſt ergo* πιττάκιον *proprie, quod nos vocamus, Eccleſiaſtica conſuetudine & appellatione,* Breue, (*Hinc* Breue *Apoſtolicum & Germanicum* Brieff, *pro epiſtola*) *ſeu* Breuiculum; *ſeu* Breuiarium; (*vnde Germani ſuum* Breuier *formarunt, pro libro ſacerdotali, ex quo horæ Canonicæ perſoluuntur*) *Occurrit hæc vox* Breue *aliquoties in legibus Franciciis, & in Synodo Meldenſi Can.4. Gloſſarium.* πιττάκιον, Pittacium, breuis. *Anna in Ale-*

xiade

xiade ſua. καὶ τὰ βιβλία εἰς μέσον τηνικαῦτα προυτίθετο, βρεβία ταῦτα ἡ συνήθεια οἶδε καλεῖν, ἐν οἷς ἀναγράφεται τὰ ἐν ἑκάστῳ τεμένει ὄντα κειμήλια. In medium tunc allati ſunt libri, quos conſuetudo Breuia vocare ſolet, in quibus deſcribuntur, quæ in vnoquoque templo ſint Cimelia. *Hæc notauit Pithæus ad leges Francicas. Huiuſmodi ergo* Breuibus *conficiẽdis præerat Protonotarius, & poſſet forte* ὁ εἰς τὰ πιτλάκια, *vnico, & etiamnum in Eccleſiaſticis functionibus vſitato vocabulo* Abbreuiator, *dici. De origine vocis* πιτλάκιον *hæc Moſchopulus.* πετλύκια δωρικῶς τὰ λεκτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων, ἀφ' οὗ ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν. Pettycia Dorice appellantur minuta illa ex pellibus ſegmenta. Vnde nos Pittacia nominamus. *Etiã Latinæ Eccleſiæ Protonotarius vſitatus fuit; qui & Primicerius Notariorum. De quo vide Onuphrium in Explicatione vocum obſcurarum Eccleſiaſt.*

Sequitur Logotheta, quem Nicetas lib. 7. rerum à Manuale geſtarum, Latinis ait eſſe Cancellarium, *qui à* cancellis *nomen habet, vt ipſum nomen ſatis indicat.* Erat moris, *inquit Caſaubonus in Flauium Vopiſcum*, vt Principum & magiſtratuum ſecreta (ita vocarunt loca, vbi de negotiis pro ratione muneris quiſque ſui tractaturi conueniebant) in aditu pri-

mo vela, & deinde cancellos haberent: Græci hos vocant κιγκλίδας, δρυφάκτυς, vt & Caſſiodorus, feneſtratas ianuas; qui vela ſeruabant, velarij dicti: qui cancellos, cancellarij. vox non admodum antiqua, nec multo ante Vopiſci tempora cœpta vſurpari, *Cancellariorum præcipuum munus erat*, vt ad cancellos hærerent, admiſsiones curarent, & ne quid tumultus, vt fieri amat in turba, audiretur, proſpicerent. Simillimum munus hodie in curia eorum, qui Oſtiarij dicuntur, quare vt re, ſic & nomine cõueniunt, quod acceperunt hi ab oſtio, illi à cancellis, quæ pro oſtio erant. *Hæc origo nominis, quod ſucceſſu temporis ampliſsimæ dignitatis tam in Eccleſia, quam in Regum & Principum aulis indicium eſſe cœpit. Vide Onuphrium libr. iam ſæpius citato, & Cuiacium in Paratitlis ad lib. 1. Codicis Iuſtinianei tit. 51.*

Redeamus ad Logothetam; qui à ponendis ſeu diſcutiendis rationibus hoc nomẽ traxit. Hinc diſcuſſor rationum *à quibuſdam appellatur; Et forte non male* Rationalem *vocaueris. Etſi* Rationalis *generali notione quiuis Procurator, vt docet ad Lampridium & Capitolinum Caſaubonus. Sed nil vetat, generalem notionem reſtringere. Præſertim cum Codinus dicat Logothetam eſſe εἰς τὸ λογογρα-*

φεῖν,

φεῖν, ad conficiendas & ſcribendas & diſcutiendas rationes; *Talis profecto nec male, nec abſurde* Rationalis *appellabitur. Hinc etiam non inepte appellabitur λογογράφος, ſi enim eius eſt λογογραφεῖν, cur non παρὰ τὸ λογογραφεῖν appellaretur λογογράφος? Non ignarus ſum quid in Codice Iuſtinianeo lib. 10. tit. 70. L. 1. de Logographis decernatur, & quid ad illam quoque legem tradat Cuiacius; ſed nos Eccleſiaſticarum duntaxat appellationum vim & originem hoc loco indagamus, & pro viribus explicamus. Addit Codinus: Eiuſdem Logothetæ fuiſſe τὰς δημοσιακὰς καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. Iunius vertit.* Logotheta rationibus, & quidem rationibus ad populum principemque ſacerdotum pertinentibus perſcribēdis præeſt. *Male. Vertendum enim. Logotheta præeſt diſcutiendis & conſcribendis rationibus tam quas reddūt qui ex plebe; quam qui ex ordine Eccleſiaſtico Principali. Exſtat apud Ioannem Citrium quæſtio; ἐν τοῖς ἀρχοντικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀξιώμασι, τίς πρῶτος, καὶ τίς δεύτερος, &c.* In dignitatibus Eccleſiaſticis principalibus, quis primus, quis ſecundus, &c. *Reſponſio eſt:* primus eſt magnus OEconomus, ſecundus magnus Sacellarius, &c. *Iſti enim & alij, quos Citrius commemorat, habebant ἀρχοντικὰ ἀξιώματα, horumq; negotia ſunt & appellantur ἀρχοντικαὶ ὑποθέσεις, nō autem illa tantum, quæ ad ipſum Patriarcham ſeu Epiſcopum pertinent.*

tinent. Cæterum infra pag. 59. ita deſcribit Codinus magnum Logothetam, vt prorſus in Cancellarios noſtros deſcriptio illa competat. Ait enim magni Logothetæ eſſe curare Imperatoris mandata & litteras, ad Reges, Sultanos & Toparchas.

Poſt Logothetam adeſt Canſtriſius; *quem Bonefidius in Iure ſuo Orientali vocat* Caſtrenſem *male. Nil enim loci* Caſtrenſi *in Eccleſia, & Eccleſiaſticis officiis. Dicitur ergo* Canſtriſius, *quaſi* Caniſtrius, *à* Caniſtro. *Ius ei erat* εἰς τὸ κανστρεῖον, *inquit Codinus*, in Caniſtrum; καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὸν ἀρχιερέα. *Eius etiam munus erat Patriarcham ſeu Epiſcopum, quãdo veſtes mutandæ erant, adiuuare, & induere, vna cum Hieromnemone. ſic enim Ioannes Citrius.* Hieromnemonis officium διακόνῳ ἐξ ἀνάγκης προσήκει, ἐπειδὴ συνυπουργὸς οὗτός ἐστι τῷ κανστρεισίῳ εἰς τὸ περιτιθέναι τὴν ἱερὰν στολὴν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱεροπρακτεῖν. Diacono conuenit neceſſario, quia adiutor eſt Canſtriſio, in veſtiendo Patriarcha ſacris operaturo. *Itaque* canſtrion *nihil aliud videtur hic eſſe, quam veſtiarium; ſeu locus veſtium ſacrarum; & ipſe* Canſtriſius *nihil aliud, quam is, qui inter Palatinas dignitates appellatur* Veſtiarius.

Fuit & in Romana Eccleſia peculiaris veſtiarij *dignitas & officium, vt ex Anaſtaſio Bibliothecario docet Onuphrius. In Turcogræcia fol. 285. dicitur* κανστρείσιος, qui in liturgia tenet τὸ κάνστρειον τῶν

θυμια-

θυμιαμάτων, quod ego thuribulum interpretor, *inquit Auctor. At inſcite. Quis enim vnquam audiuit* κάνστειον *eſſe* thuribulum? *niſi forte etiam Caniſtrum ſit thuribulum. nam à* Caniſtro *ſeu diminutiuè* Caniſtrio, *fit* Caniſtrion *per ſyncopen, idemq; eſt quod* κάνεον, *contracte,* κανοῦν; *ita vt* κανστείσιος *integre ſit* κανιστείσιος, præfectus caniſtrio, *ſeu* caniſtro, *cuius præfecturam extendit quoq; Iunius ad* penariam. *At nobis, & ipſi etiam veritati, niſi fallor, ſatius videtur* Canſtriſij *Officium veſtiario circumſcribere; Et* Canſtrij *nomine nihil aliud accipere, quam locum vbi veſtes Pontificales aſſeruabantur; vno verbo,* veſtiarium.

Referendarius à referendo *nomen trahens, hodie etiam in Eccleſiæ vſu manet: Mittebatur ex officio ad Imperatorem,* καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα, *male Iunius:* ad ſacerdotem maximum: *nam* ὁ μέγας ἄρχων *dignitas erat Palatina, vt clarum ex ipſo Codino.*

O ὑπομνηματογράφων εἰς τὸ γράφειν τὰ ὑπομνήματα, *Latine* à Commentariis, *ſeu* Commentarienſis ſcribēdis commentariis Præfectus. *qui Græcis etiam* ὑπομνηματογράφος, *&* κομενταρήσιος. *Nomen officij non tantum Eccleſiaſtici, ſed & Politici, ſaltem apud Latinos, de quo multa Illuſtriſ. Baronius ad Martyrolog. Rom. 27. die Martij. Bonefidius vertit* Actuarium. *Porro Ioannes Citrius in ſuis Reſponſis alio ordine collocat & enumerat has*

Eccleſia-

Eccleſiaſticas dignitates. Nam poſt Exocatacœlos primo loco ponit, Protonotarium. Secundo, ὑπομνηματογράφον. Tertio Logothetam. Quarto Canſtriſium. Quinto Hieromnemona, qui apud Codinum primus eſt in Pentade tertia. Sexto, Referendarium; qui in Pentade ſecunda quartum locum tenet.

CAPVT VI.

De tertia Pentade officiorum & officialium Eccleſiaſticorum.

PRIMAS *tenet ὁ ἱερομνήμων; qui Bonefidio* ſacrorum memorialis, *& vno verbo*, Sacrimemor. *Iunius deterius*: ſacrorum præſul, *Ego Græcum retinendum cenſeo, quando nulla vox latina ſatis apta ſuppetit. De eius officio hæc Citrius.* Hieromnemonis officium ad Diaconũ neceſſariò pertinet. Nam hic ſimul cum Canſtriſio ſubſeruit induendo ſacris veſtibus ſacrificaturo Pontifici. Si vero Hieromnenon ſit ſacerdos, ſolo nomine ἱερομνημεῖ. Neque enim ei licet ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις τῶν ἀρχιερατικῶν στολισμάτων διακόνου τάξιν τηρεῖν, in miniſteriis Pontificalium ornamẽtorum, Diaconi ſtationem ſeruare. *Videtur dicere; Hieromnemona, Pontifice ſacris operante, non poſſe Diaconi officio fungi, ſi ſit Sacerdos, & ſic ſolo nomine Hieromnemona eſſe.*

na eſſe. Addit Citrius iniuſte facere illos Pontifices, qui Hieromnemoni teſtimonia de vita & moribus eorum, qui ad ſacros Ordines adſpirant, diſcutienda & examinanda tradunt; hoc enim pertinere ad officium Chartophylacis.

Codinus hæc tria Hieromnemoni tribuit; βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν τοῦ ἀρχιερέως. Videre vota, *hoc eſt,* ſuffragia, in electionibus, pone ſacerdotem ſummum, *vel à tergo ſummi ſacerdotis, hoc eſt, Patriarchæ, deinde κρατεῖν τῶν ἐνθρονιασμὸν,* habere ius collocandi electum in throno, *ſeu, vt vulgo loquimur,* inthronizandi. *Tertio, κρατεῖν καὶ τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας, habere etiam ius* auſpicandi ſeu canendi Contacium, in Ordinatione cantari conſuetum. *Ita quidem Iunius, cui quod κοντάκιον,* Canticum *interpretatur, & hic & fol. 10. & fol. 114. aſſentiri prorſus non poſſum:* Canticum *enim generale eſt, Quidquid enim cani poteſt; id vtique recte dici poteſt* canticum. *At κοντάκιον eſt peculiare quoddam genus, vt patet ex Græcorum libris Ritualibus; ſicut & apud eoſdem: εἱρμοὶ,* troparia, *Canones, Odæ, Theotocia, στιχηρὰ, καθίσματα, προσόμοια, &c. peculiaria quædam ſunt Eccleſiaſtici ritus modulamina; quemadmodum etiã apud Latinos, Verſus, Verſiculi; Antiphonæ, Graduale, Tractus, Sequentia; & ſimilia tam in diuino Miſſæ ſacrificio, quam extra in precibus Eccleſiaſticis vſitata,*

vſitata. Quare per generalia vocabula idonee non exprimuntur.

Secundo vehementer dubito, num βλέπειν εὐχὰς *ſit illud, quod vult Iunius: nam* εὐχὰς *pro* ſuffragiis *accipi apud Græcos, etiam recentiores, neſcio num exemplo aliquo demonſtrari queat.* Latine quidem *vulgo accipimus vota pro ſuffragiis. Sed neſcio num Græcis hæc notio recepta ſit; certe vix credo. tametſi video ita etiam ſenſiſſe cum Iunio Iacobum Gretſerum in Notis ad ſecundum Tomum de S.Cruce. Sed non faciet fidem, niſi exemplum proferat. Et quid tandem illud eſt,* pone ſacerdotē vota ſeu ſuffragia inſpicere? *niſi iſtud* ὀπισθεν *vſurpetur pro* poſt; *vt ſenſus ſit; poſt Pontificem inſpici ſuffragia, (quæ Græcis & ipſi Codino paſſim* ψῆφοι*) ab Hieromnemone. Nec per* εὐχὰς *intelligi arbitror* τὰς ἐγγραφὰς τῶν μαρτύρων, *ſcriptas teſtium depoſitiones de vita & moribus Ordinandorum, quarum examen ait Citrius commiſſum ex imperitia aliquorum Hieromnemoni. In eam igitur ſententiam inclino,* εὐχὰς *ſignificare apud Codinum preces ſeu precationes, eumq́; nihil aliud velle, quam Hieromnemonem tanquam Diaconum, Pontifici, in Liturgia ſacras preces recitanti pone adſiſtere, eo modo quo etiam apud nos Diaconi adſiſtere ſacrificantibus: & preces, quas recitant, aſpicere, & folia itidem vertere ſolent.*

Enthro-

Enthroniſmus ſeu Enthroniaſmus & ius Contacij *in Chirotonia, hoc eſt, ordinatione ſeu inauguratione diſtincta ſunt à priore munia. Ex his quæ de Contaciis & ἐυχαῖς diximus; quiuis eruditus nullo negotio iudicium feret de illis, quæ commentatur in Scholiis ſuis Iunius fol. 248. 249. Vbicunque enim* Contacium cantionem *ſeu* cantationem *vertit, toties hallucinatur, nec vllo ex loco Codini verum & ſolidum errori ſuo patrocinium inuenire poteſt.*

Secundum locum in hac tertia Pentade obtinet ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων miniſter à genibus, κρεμῶν τὸ ἐπιγονάτιον τοῦ ἀρχιερέως. Appendens genuale Patriarchæ ſeu ſummi ſacerdotis. *Ita Iunius: qui etiam τὸ ἐπιγονάτιον vocat,* inſtratum genuum, quia, *vt inquit,* cum Patriarcha circumferebatur, vt perpetuum ipſius ad fundendas preces officium ſignificaretur. *Myſtica explicatio, eaque propter pulchra & feſtiua. forſan idem myſterium ſignificatur per puluinum, qui principum genubus ſubiici, & in eum vſum circumferri conſueuit. Addit Iunius:* hoc autem ἐπιγονάτιον appendebatur non Patriarchæ, ſed pluteo ſiue pegmati, in quod procumbere ſolebat oraturus, vt magnatibus fieri ſolet. *Mirum, ſi ita eſt, appellari ἐπιγονάτιον, non potius ὑπογονάτιον. Logimeri, ἐπιγονάτιον (quod in Ritualibus Græcorũ libris etiam ὑπογονάτιον appellatur) vna eſt ex veſtibus.*

quibus

quibus ſacerdotes ſacrificium peracturi induuntur, dependens à lumbis ſub genua vel ſupra genua; vnde & nomen inuenit. Qui igitur Pontificem hoc ἐπιγονατίῳ *ex officio amiciebat, is erat* ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων. *Adſcribam verba Balſamonis, quibus imperitia Iunij proſcribetur. Exſtant Reſponſa quædam Balſamonis tom. 1. Iuris GræcoRoman. ad nonnullas quæſtiones, inter quas & hæc fol. 381. An licitè Sacerdotes, qui Hegumeni ſeu Antiſtites ſunt; item Protopapas, & Epiſcopus, Epimaniciis & Epigonatiis condecorentur. Reſpondetur.* τῶν ἐπιμανικίων καὶ ἐπιγονατίων ἱερωτάτη ἐνδυμενία μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσι περιλοτίμηται, ſacratiſsimus Epimaniciorum & Epigonatiorũ amictus ſolis Epiſcopis conceſſus eſt, tanquam figuram Domini & Seruatoris noſtri Dei IESV Chriſti gerentibus, & hinc etiam peccata remittentibus, & alia ad imitationem Chriſti facientibus, quæ Sacerdotibus non ſunt conceſſa. Quare neque Epimaniciorum, neq; Epigonatiorum amictu inſigniuntur. Nam Epimanicia typus ſunt vinculorũ quibus Chriſti manus colligatæ fuerunt, quando ad paſsionem tendebat. Epigonatium autem (ſupergenuale vocat interpres) figura eſt lintei, quod induit Dominus, cum diſcipulorum pedes lauit. Quemadmodum igitur Epiſcopis nõ conceduntur ea induméta, quæ Patriarchis

con-

conceſſa ſunt, vt Saccus & Polyſtaurion, veſtis crucibus vndequaq; conſpicua; ita nec ea priuilegia, quæ Epiſcopis conceſſa ſunt; ad Sacerdotes transferri poſſunt. *Hæc Balſamon. Ex cuius verbis liquidum, Epigonatium Epiſcopale veſtimentum ſeu indumentum eſſe; non autem id quod Iunius lectoribus venditat.*

Tertius in tertia Pentade eſt ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, magiſter libellorum ſupplicum, *inquit Iunius, ſeu* Præfectus ſupplicationibus, cuius erat pro iniuria affectis accedere Imperatorem. *Nō meminit huius functionis Citrius, niſi forte apud Citrium legendum ſit* ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, *pro* ὁ ἐπὶ τῶν κρίσεων, *quem ipſe vndecimo loco ponit. nominat tamen ipſe etiam Codinus* τὸν ἐπὶ τῶν κρίσεων, *licet eum poſtea in nulla Pentade collocet.*

Quartus eſt ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων. *quem* Secretarium *dicere liceret; niſi* Secretarij *vox vſu recepto iam* actuarium *ſeu* ſcribam, *ſeu* Notarium *ſignificaret. At noſter iſte* ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων *aliud munus habebat; erat enim inſtitutus* εἰς τὸ παύειν τὸν λαὸν ἐπὶ τὸ κρίνειν, compeſcendo populo vt iudicia habeantur, *inquit Iunius, perperam: Verte.* Eius qui Secreto præeſt, munus eſt, vt dum iudicia habentur, populum in officio contineat, *nimirum, vt ſilentium ſeruaret, nullaſq; turbas cieret: quod munus olim erat* Velariorum *&* Cancellariorum, *vt ſupra notauimus ex Caſau-*

*bono ad Auguſtam hiſtoriam. vbi etiam dictum; ſe*creta *vocari loca, vbi de negotiis pro ratione muneris quiſque ſui tractaturi conueniebant: inde in Iure GræcoRomano aliquoties σεκρετικὸν ἀξίωμα,* dignitas curialis ſiue Senatoria. *Hinc & Palatina dignitas apud Codinum.pag. 67. πρωτασηκρήτις, vox ex Græco & Latino compacta,* (protoſecretarium *aliqui nomināt) longe diuerſus ab iſto noſtro; qui dicitur ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων.* *Nam ille Iudex erat: hic iudicum & ſenatus adminiſter. Quare vt nomine cum Latinis Græci conueniant, neutro tamē modo conueniunt re ſignificata: Latinis enim Secretarius iam vulgo eſt* Actuarius *ſeu* Scriba, &c. *Etſi hac notione vox hæc apud Græcos quoq; occurrat: qui & hanc* à Secretis *ſuam fecerunt, & in vnam conflarunt, ἀσηκρῆτις, vel ἀσηκρήτης. Apud Citrium tenet ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων locum decimum.*

Sequitur quintus ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως Præfectus ſacro Conſiſtorio, *ait Iunius. Rectius in Iure GræcoRom.* præfectus ſacræ ſtationi; *cuius eſt ἐντὸς τοῦ βήματος, intra tabernaculum, intra altare ipſum ἐνταξίαν rectum debitumq; ordinem conſeruare inter Miniſtros, & alios. Errat enim Iunius, qui præfecti huius munus alio trahit.* A locis illis ſecretioribus, *inquit Iunius,* iudices ad tribunal, conſilio capto, veniebant, vbi ordinem is, qui proxime ſequitur procurabat, *ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως. Scilicet.*

CAPVT VII.

De quarta Pentade Officiorum & Officialium Eccleſiaſticorum.

PRIMAS *in hac Pentade obtinet* ὁ ὑπομιμνήσκων, Monitor,*inquit Iunius, εἰς τὸ ἐνθυμίζειν τὸν ἀρχιερέα μυστικῶς. Ego ſi vſus ferat, malim* ſuggeſtorem, *nam* ὑπομιμνήσκειν, *eſt* ſuggerere; menti ſubiicere, *&, vt Codinus loquitur*, ἐνθυμίζειν, *quaſi aliquid* in mente ponere: *Et eſt quiddam reſtrictius minuſq; fuſum, quam* monere, *nam & memorem monere poſſumus. Videtur ergo officium* τοῦ ὑπομιμνήσκοντος *hoc fuiſſe, vt Patriarchæ ſacrificanti, vel verba ad populum facienti adſiſteret, eique, ſi alicubi memoria laberetur*, Myſtice, *hoc eſt, clam, occulte ſuggerendo ſubueniret. Quod ſi quis hoc officium etiam extra templi adyta proferre & efferre velit, putetq;* τὸν ὑπομιμνήσκοντα *fuiſſe ſimilem illi, qui inter officia Palatina à Codino fol. 15. appellatur* ὁ ἐπὶ ἀναμνήσεων, *quemq; Latini*, à memoria, *ſeu* Magiſtrum memoriæ *nominant, cũ eo non contendam. neq; enim à vero alienum eſt huiuſmodi officium fuiſſe in Eccleſia Conſtantinopolitana non modo intra, ſed & extra templum.*

De reliquis huius Pentadis nulla eſt difficultas, nã vnde interpres Euangelij; interpres Apoſtoli;

interpres Pſalterij, *nomina hæc ſumpſerint, per ſe notum eſt. Videntur autem vniuſcuiuſq; generis fuiſſe gradus diuerſi. Nam pag. 89. nominat Codinus protapoſtolarium : id eſt*, primum interpretem Apoſtoli. *Rhetoris officium eſt generatim ſcripturas ſacras interpretari ; & videtur ille, quem nos* concionatorem *nominamus.*

CAPVT VIII.

De quinta Pentade Officiorum & Officialium Eccleſiaſticorum.

IN *hac continētur I.* ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων, Præfectus Monaſteriorum, *Socius & adiutor magni Sacellarij, de quo iam ſuo loco. II.* ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν, *ſocius & adiutor curatoris Sacellij. de quo itidem ſuprà. III.* ὁ ἄρχων τοῦ εὐαγγελίου, Præfectus Euangelij, εἰς τὸ κρατεῖν τοῦτο εἰς τὸν λιτὰς, *cuius officium eſt* geſtare Euangelium ſeu Codicem Euangeliorum in ſupplicationibus & proceſsionibus. *Hoc tamen non videtur conſentire cum Ioanne Citrio, qui diſerte ſcribit ;* τὸ ἐν ταῖς λιταῖς βαστάζειν τὸ εὐαγγέλιον, portare in Litaniis ſeu proceſsionibus Euangelium, eſſe, τοῦ δευτερεύοντος τῶν διακόνων, *quem Codinus in ſexta Pentade collocat. Et fieri poteſt, vt hæc res aliter ſe*

habue-

habuerit tempore Citrij;& aliter ætate Codini;nam, vt ipſe Citrius conqueritur, hæc ſæpius Patriarchæ, arbitratu ſuo, mutabant, τὰ ἄνω κάτω ποιοῦντες,*ita, vt in illos quadraret parœmia* ἄνω ποταμῶν χωρεῖν λέγουσα τὰς πηγὰς, καὶ τὰ παρὰ ἰουδαίοις δευτερόπρωτα σάββατα καὶ παρὰ τοῖς δεινοῖς σοφισταῖς τὰ πρωθύστερα.

Sequitur ὁ ἄρχων τῶν φώτων, *quem Bonefidius vocat* Luminarium. *Iunius*, præfectum luminibus. *Eius erat curã gerere* τῶν νεοφωτίστων,recens illuminatorum *ſeu* baptizatorum.*Veteri enim Eccleſiæ phraſi Baptiſmus appellatur* φωτισμὸς, *&* baptizati φωτιστοί. *Forſan non ſine reſpectu ad cæremoniam quandam, quæ baptiſmum ſubſequebatur. Dabantur enim baptizato cerei accenſi in ſignum fidei & gratiæ acceptæ, & quod à poteſtate tenebrarum tranſlatus ſit ad lumen & ſortem Sanctorum. Meminit huius cæremoniæ* Nazianzen.*Orat.in ſanctum Lauacrum,& S.Auguſtinus in illud Pſalm.65.* Tranſiuimus per ignem & aquam,&c.*Iunius ritum hunc inuoluit, ne emineat.* Accendebantur,*inquit,*Luminaria. *at non hoc tantum, ſed & accenſa tradebantur baptizatis.*Atqui hic,*inquit, ritus* ordinarie ad baptiſmũ obſeruabatur. *Cur igitur vos mutaſtis & abrogaſtis?* Præterea vero anniuerſarie in ſingularibus quibuſdã diebus feſtis per Lampadarium,vt in hoc libro appellatur, pag.86. *At* Lampadarius *iſte*

prorſus nihil huc facit. Erat enim Officium eius Palatinum, non Eccleſiaſticum: præferebatque Lampadem accenſam, non ſingularibus duntaxat feſtis & anniuerſarie; ſed quoties Imperator in publicũ procedebat; vt ex Balſamone infra oſtendam. Longe ergo alius ὁ ἄρχων τῶν φώτων, & alius ὁ λαμπαδάριος. Neq; tantum ſemel vel aliquoties in anno vſus luminum erat in templis, ſed perpetuo & toto anno: Etiam tunc, quando nulli νεοφώτιστοι aderant: neque enim moris erat Græcis Liturgiam ſine luminibus celebrare.

Vltimus in hac Pentade eſt ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμινσίων, ſeu ἀντιμινσίου, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν. Præfectus Antimenſiorum, inducens eos, qui ſacram communionem accipere volunt. *Iunius:* Præfectus Anteceſſui menſæ, adducens eos, qui erant venturi ad communionem ſacram. *Inepte prorſus, & adhuc ineptius in Scholiis, vt ſatis mirari nequeam hominis huius his in rebus ſeu ὀλιγωρίαν ſeu ἀπαιδευσίαν. Examinemus ſingulas eius ineptias. τῶν ἀντιμινσίων,* ad verbũ, antimenſalium, *inquit, &c.* A menſa, denominati ſunt *οἱ ἀντιμίνσιοι,* quaſi dicat antemenſales, qui ad ſacram menſam primum recipiebantur & communionem Euchariſtiæ, &c. Hi enim prius quã admitterentur ad communionem ſacram, ſolebant Eccleſiæ ante menſam ſiſti *διὰ τὸν τῶν ἀν-*

τιμινσίων ἄρχοντα, poſteàque eodem præeunte adduci ad communionem, vt palam teſtatum faceret illos ſuos comites in vnum corpus coaluiſſe cum Chriſto & Eccleſia eius. Hic autem ritus τὸ ἀντιμίνσιον dictus eſt. *Fabulæ pluſquam Æſopicæ, niſi quod Caluinianis ſunt reſperſæ. Quibus refellendis diu immorari nil erit neceſſe, vbi ipſam veritatem explicauerimus, nec aliunde niſi ex Græcorum monumentis.*

Quid igitur ſunt Antimenſia? Antimenſia, *inquit ille, in Iure Græcoromano fol. 239.* ſcimus fieri ſolita, quando Epiſcopus conſecrato dedicatoq; templo, pannum menſæ ſubſtratum, menſamq; ſeu altare tegentem, in fruſta diſſectum, pictumque ſacerdotibus diſtribuit: vt eo præditi ſacrificium offerre queant. *Sunt igitur* Antimenſia *ea, quæ apud Latinos* lapides conſecrati, *ſeu* aræ portatiles, *ſine quibus ſacrificium fieri non poteſt, ſi non offeratur in altari per ſe alioquin conſecrato & dedicato. Dicuntur* Antimenſia, *quia ſunt loco menſæ ſeu aræ conſecratæ, eiuſq; vicem ſubeunt; fiuntq; ex panno diuiſo & in fruſta diſſecto, ex illo inquam panno, qui altare ab Epiſcopo de nouo conſecratum veſtiebat & ornabat: Hoc enim operimentum in partes minutas diſſectum diſtribuebat Epiſcopus ſacerdotibus, vt poſtea partium iſtarum beneficio ſacrificium in altaribus, etiam non conſecratis, offerre poſſent.*

Quocirca quærit ille in Iure GræcoRomano: quid faciendum ſi deſint Antimenſia, cum ſine his celebrare non liceat. *Reſponſum his verbis datur.* Antimenſia in omnibus ſanctis menſis (*hoc eſt, altaribus*) poni neceſſe non eſt, ſed in iis, de quibus incertum, num conſecratæ ſint, nec ne. Nam Antimenſia locum obtinent conſecratarum menſarum, nec iis opus eſt, vbi menſas conſecratas eſſe conſtat. *Ex quibus liquido patet, quæ ſint* Antimenſia, *quis eorum vſus; nempe idem prorſus, qui apud nos* altarium portatilium; *ſeu* lapidum, *vt vocamus*, conſecratorum, *quorum beneficio poteſt quis etiam in non conſecrato altari celebrare. Quod ergo nos poſſumus hoc medio, id Græci quibant per* Antimenſia, *hoc eſt, per partes tegumenti illius, quod nouum altare, quando templum conſecrabatur, operuerat.*

Inter cæteras quæſtiones Ioanni Citrio propoſitas hæc etiam vna erat; An Antimenſia etiam valeant in aliis Prouinciis & Diœceſibus, an ſolum in Diœceſi Epiſcopi, Antimenſia illa conſecrantis & conficientis. *Reſponſio eſt;* Valere vbique, ſicut & ipſum ſacrum vnguentum & alia ſacra, quamuis vno in loco ſanctificata, ſemel tamen ſanctificationem adepta; vbique eam retinent & exerunt, *inquit*

Citrius,

Citrius. qui & docet, Antimenſia non primo ſtatim dedicationis die diſtributa; ſed tum demum, vbi tegumentum altaris per ſacrificia ſeptem continuis diebus oblata, ſanctificationem accepiſſet, in partes diuiſum, *&* pro Antimenſiis diſtributum eſſe.

In eandem ſententiam Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus Tom.1. Iuris GræcoRom. fol. 29. Antimenſia, *inquit*, vbicunque fuerit iis opus, mittuntur; nec vel hac, vel illa regione circumſcribuntur, ſed in aliam quoque prouinciam transferuntur, ſicut & ſacrum vnguentum. *Addit Nicephorus notationem nominis.* Sic autem appellantur, *ὡς ἀντιπρόσωπα καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν μίνσων τῶν καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν καὶ δεσποτικὴν τράπεζαν, ſunt enim ipſius conſecratæ menſæ, ſeu aræ* vicaria; *nam vt idem Nicephorus dicit*, proprie menſas (*ſeu aras*) ſignificant, quas conſecratio non ſanctificauit. *Monet etiam hoc Nicephorus.* Si per ignorantiam lotum fuerit Antimenſium, non propterea amittere ſanctificationem, nec profanum effici. *Pro quo alij, vitioſe prorſus, nulloq; ſenſu*; ſi impletum fuerit Antimēſium, *&c. Nimirum pro πλυθῇ, legerunt πληθυνθῇ, Quæ vitioſa lectio à Beneſidio profecta, exſtat etiam Tom.6. Bibliotheca SS.Patrum.*

In Euchologio Græcorum præſcribitur τάξις, hoc

eſt, modus & ordo conſecrădi Antimenſia: Quando, *inquit*, ſacerdotes Antimenſia menſæ imponunt, illis ex Oenanthe ſeu flore vini ſuperinfundit Epiſcopus ter, quantum ſatis, recitato interim Pſalmo. Adſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Hoc ter dicto, reliqua eiuſdem Pſalmi adiungit. Deumque benedicens ait. Benedictus Deus noſter, nũc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Poſtea accepto ſacri vnguenti vaſe; & Diacono clamante. Attendamus: facit per Antimenſium cruces tres, vnam per medium, vtrinque duas, recitaturque Pſalmus: Ecce quam bonum & quam iucundum, &c. vſq; ad finem; deumque collaudans dicit Epiſcopus: Gloria tibi ſancta Trinitas Deus noſter in ſæcula. Deinde accepto thuribulo incenſum facit. Et Diacono dicente: Oremus Dominum: ſic precatur Pontifex. *Subduntur deinde preces, quas ſuper* Antimenſia *Pontifex fundit; quarum deſiderio qui tenetur, is Euchologium conſulat.*

Animi cauſſa iuuat addere quæſtionem Ioanni Citrio propoſitam, quid Græce ſignificet Antimenſium, *& quomodo ſcribendum ſit, num per ἦτα, an per ἰῶτα. Ad hanc quæſtionem ita reſpondet Citrius.* Appellatio deducitur à menſa,

quod ſecundum Græcos quidem ſignificat *κανοῦν* caniſtrũ, & ſecundum Italicam linguã *τὸ πεπραγματευμένον τοῖς ὀψοποιοῖς ἐδεσόν. Interpres.* venale propinatorum edulium; (*Quam bene Græcus, tam bene Græci interpres*) *Audiamus cætera.* Hac ratione & in menſis explicatæ mappæ nominantur menſalia, tanquam ad ornatum menſæ poſita. Vulgari autem vſu Antimenſia dicũtur vt in veſtibus Antipana (*Antipanni*) Hæc autem in ſanctis illis ponuntur menſis, quas conſecratio non ſanctificauit. *Subiungit Citrius.* Si templum non eſt dedicatum, quod ei deeſt, ſanctificatoria vis Antimenſij implet. Ideoque in non conſecrato templo ſacrificium ſine Antimenſio nunquam facere licet, &c. Et ſacerdoti, qui hoc auſus fuerit, pœna erit depoſitio.

Per iota autem ſcribitur *διὰ τὸ ἐθνικὸν, τὰ γὰρ ἐθνικὰ, κατὰ τὸν γραμματικὸν κανόνα οὔτε παραγωγὰς, οὐδὲ κανόνας ἔχουσιν.* Solent autem Grammatici per iota & omicron, & epſilon *τὰς ἐθνικὰς φωνὰς* ſcribere. *Quæ ratio Citrij quanti ſit, in cuiuſuis arbitrio ſitum eſto. Ait inſuper:* Antimenſia *nullo modo licitum conficere, niſi in noui templi dedicatione; quique ſecus agant, Canones tranſgredi; nec referre, num nuper templum ſit exſtructum, ſatis eſſe, quod non fuerit dedicatum, quandocunque demum exſtructum fuerit.*

His

Hìs hunc in modum de Antimenſiorum *ratione explicatis, in tenues auras euaneſcit Iunianus ille* Antéceſſui menſæ præfectus, *cum Scholiis illis verè ſcoriis & inſulſis. Nos præfectum* Antimenſiorum *vel* Antimenſij, *nominemus; cui præter curam* Antimenſiorum *etiam hæc incumbebat, vt corpus Domini accepturos ad communionem ſeu deduceret, ſeu induceret.*

CAPVT IX.

De ſexta Pentade Officiorum & Officialium Eccleſiaſticorum.

IN *hac primum locum tenet primus* Oſtiarius, *κρατῶν τὰς θύρας εἰς τὰς χειροτονίας*, qui fores cuſtodit in ferendis ſuffragiis, *inquit Iunius,* Chirotoniam *pro* electione *accipiens. Ego malim* Chirotoniam *accipere pro proprio ſuo ſignificato, nempe pro conſecratione ſeu ordinatione miniſtrorum Eccleſiæ, ita vt primo Oſtiario cura ianuæ demandata ſit tunc, quando Diaconi, Sacerdotes, aliiq; ordinantur & conſecrantur. Quamuis magnopere non repugnabo, ſi quis officium huius primi Oſtiarij interpretetur de ipſa electione miniſtrorũ Eccleſiæ, cum per ſuffragia eliguntur ab illis, quibus ius & poteſtas eligendi. Tunc enim vel maxime attento, & circumſpecto Oſtiario opus eſt.*

Secun-

Secundus Oſtiarius eſt ὁ κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον, *qui* tenet, *ſeu cui ius in* Monobambylum. *Quid vero hoc nominis? Vel potius quid monſtri? Iunius multa. Sed ſi vſpiam vanus, hic præcipue talis eſt. Legat qui volet, ſomnia eius de hoc* monobambylo. *Negabit ſcripſiſſe ſanum. Suſpiciones meas non propono, ne & ipſe à vero abeam; donec maior lux illuceſcat. Interea eruditi quærant, quid ſit hoc* μονοβάμβυλον, *& num forte mendum ſub hac voce cubet: & ſi mendi ſuſpicione caret; quæ tandem ſit eius origo & notio.*

Ego ad Protopapam me confero; quem ſic deſcribit Codinus. ἔκδικος καὶ πρῶτος τοῦ βήματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως. Defenſor & primus, tribunalis, (*ſic enim Iunius*) *ego*, tabernaculi, *ſeu altaris.* (βῆμα *enim hic eſt locus interior & ſanctior, vbi ſacrificium peragitur*) *proximas à Pontifice obtinens: non tamen ſimpliciter, (nam Exocatacæli abſq; dubio potiores erant, maiorumq; dignitatis & excellentiæ) ſed inter ſacerdotes, vt Citrius loquitur,* κοινοὺς, communes, *Protopapa primus erat, & ſic proximus à Patriarcha; ſeu, quod idem eſt, ſecundas à Patriarcha ferens.* Notio *& origo nominis ſatis conſtat. Apud Balſamonem Tom.1. Iuris Græco-Rom. legimus* Protopapadas; *vt rectus ſit* πρωτοπαπάδης. *Interpres reddit.* Primopapadas. *Sed ſatius videtur in his & ſimilibus retinere Græca. In Turcogræcia fol.218. dicitur* πρωτοπαπᾶς ὁ πρῶτος

τῶν

τῶν ἱερέων, primus ſacerdotum. *Iura illius in eadem Turcogræcia. fol.258.* πρωτοπαπαδίκια *appellantur. Sequitur* ὁ δευτερεύων τῶν ἱερέων, *ſecundus ſacerdotum,* εἰσοδεύων τοὺς ἱερεῖς, *Dux & anteceſſor ſacerdotum, & proximus à Protopapa, quem Iunius non male* δευτεροπαπᾶν *appellat. At male illud;* Qui ſacerdotes introducit, εἰσοδεύων, nimirum in tribunal, ſi quam cauſſam agendam habuerint. *Nullo modo. Nam* εἰσοδεύειν *eſt eſſe aliorum in ſacris miniſteriis, functionibus & ſupplicationibus Ducem, & quaſi anteceſſorem, & ductorem; quod etiam ex deſcriptione τοῦ* δευτερεύοντος *Diaconi, quæ proxime ſubiungitur, manifeſtum euadit. Deuteropapæ, nullum ſi recte memini, mentionem facit Citrius.*

Vltimus in hac ſexta Pentade eſt, ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, *ſecundus Diaconus,* πρῶτος τῶν κοινῶν, *primus ex communibus Diaconis,* καὶ εἰσοδεύων τοὺς διακόνους; *Iunius:* & Diaconos intromittit; *additq; hoc Scholium:* in functiones & ſtationes ipſorum. *Tu corrige. Qui Diaconorum* ductor, rector, director, *& vt ſic dicam,* diſpoſitor eſt, *hoc enim eſt* εἰσοδεύειν, *quod ſignificat quemlibet in viam ſuam quaſi introducere, vt ſciat, quem ordinem & ſtationem tenere debeat. Vidit tandem Iunius hanc notionem, ſed quaſi per nebulam, vt apparet ex Scholio, quod ſuæ interpretationi adiunxit. Ex quo tamen, tanquam in rebus Eccleſiaſticis* Gra-

Græcorum valde ſcilicet perito, quærẽdum erat; quare verbum εἰσοδιάζειν interpretatus ſit loquens de ſacerdote ſecundo; introducens illos in tribunal, ſi quam cauſſam agendam habuerint; *idemq; verbum eadem ſignificatione non interpretatus ſit in deſcriptione ſecundi Diaconi, præſertim cum diuerſæ notionis nullum prorſus indicium Curopalata dederit. Verum vt accuratius intelligamus naturam, & vt ſic dicam, indolem huius Diaconi, operæpretiũ erit audire Ioannem Citrium, cui hæc ignota non fuerunt; qui ait Diaconum iſtum non eligi, aut creari ſimpliciter ad vnius arbitrium, ſed κατ' ἐκλογὴν, ſed* per ſuffragia. *Eſſe enim eiuſmodi officium, quod deſideret virum dextrum, aptumq; ad omnes etiam fortuito occurrentes functiones; quorum aliquas recenſet. Prima eſt. Ingreſſis in templum Imperatoribus & Patriarchis, fauſtis acclamationibus bene precari; & vt Codinus noſter loquitur, τὸν βασιλέα πολυχρονίζειν, ſeu τὸ πολυχρόνισμα accinere, ſeu πολυχρόνιον ποιεῖν. Qui mos ex antiquo more hodie quoq; Græcis adhæret. Secunda eſt portare Euangelium in ſupplicationibus ac Litaniis. Tertia τὰς ἐν αὐταῖς συναπτὰς καὶ αἰτήσεις ποιεῖν. Inepte interpres:* Connexiones & repetitiones in eis facere. *Correxerunt alij.* Collectas & preces. *Sunt συναπταὶ proprie, quæ apud nos in horis Canonicis dicũtur preces diebus Ieiuniorum potiſſimum vſitatæ: nõ modo in Matutinis, ſed & in ſingulis horis. Et preces*

ces illæ, quas poſt Litanias pro omni hominum ſtatu & ordine fundimus, ipſiſſimæ ſunt Græcorū συναπταὶ, *quanquam & quas nos vocamus Collectas hoc nomine appellare nihil vetat; quia Græcorum Liturgiis adſtipulantibus fiet. Hæc autem ita eſſe, intelliget lector cum ex aliis Græcorum* Ritualibus *libris, tum ex Euchologio. Valeat igitur Bonefidius cū ſuis* connexionibus & repetitionibus.

Quartus eſt ἀπόντος ἀρχιδιακόνου διδόναι κηροὺς τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις. *Abſente Diacono dare cereos Diaconis in Ambone. vbi peſſime interpres pro* κηροὺς *legens* καιροὺς, *vertit.* Tempora dare Diaconis, qui amboni ſeruiunt. *Quid, quæſo, eſt tempora dare Diaconis? Neq; correctores aut in Græca ſcriptura, aut in Bonefidij interpretatione hunc tam turpem errorem animaduerterunt: vt vel hinc liqueat, quam rudes rerum Eccleſiaſticarum iſti à Catholica Religione auerſi ad ritus Eccleſiaſticos ſeu Græcos, ſeu Latinos explicandos accedant. Dicit autem*, abſente Archidiacono, *quia, vt Codinus tradit pag. 196. olim quidem Magna Eccleſia habebat Archidiaconum; ſed poſtea nullum habuit. Quare* ὁ δευτερεύων *partes eius ſuppleuit. Hinc ait Citrius ſecundi Diaconi eſſe, etiam in aliis Archidiaconi munus explere: Ex quibus forte hoc eſt.* θυμιᾷν τὸν βασιλέα; *Imperatorem recens coronatum* incenſo, *vt vocat Eccleſia, venerari, eiq; bene ominatum illud carmen accinere.* Recordetur Dominus

minus Deus τῆς βασιλείας σοῦ regni tui in regno ſuo, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. *Sic idem fauſta acclamatione proſequebatur Patriarcham.* μνησθείη κύριος ὁ θεὸς τῆς ἀρχιερωσύνης σου. Recordetur dominus *pontificatus tui, vbique nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Nec hoc fiebat tantum eo die, quo Imperator inaugurabatur & coronabatur, ſed quoties in Eccleſiam ventitabat. Ea de cauſſa ait Citrius.* αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ μετὰ τὴν εἴσοδον εὐφημία τῶν βασιλέων καὶ ἀρχιερέων. *Ipſius eſt* Imperatoribus & Patriarchis in templum ingreſsis bene precari: *niſi quis illud* μετὰ τὴν εἴσοδον poſt ingreſſum *referre velit ad ingreſſum in tabernaculum, ſeu in Sancta ſanctorum; ita vt fauſta hac acclamatio facta ſit poſt abſolutam ſupplicationem, in qua panis præſanctificatus ad ſacrificium circumferebatur per templum, & poſtea ad altare inferebatur, ita ſecundus Diaconus* εὐφημίαν *hanc inſtituerit regreſſo iam Patriarcha ad altare, & proceſſione abſoluta. quod vero propius videtur.*

Dicebatur δευτερεύων τῶν διακόνων, *non quod in ordine Diaconorum Magnæ Eccleſiæ ſecundus eſſet; ſed reſpectu ad Archidiaconum, qui tempore Codini nullus quidem erat; at aliquando fuerat: vnde &* τῷ δευτερεύοντι τῶν διακόνων *nomen manſit; ſicut &* τῷ δευτερεύοντι τῶν ἱερέων *idem nomen manſiſſet, ſi Protopapa in Clero Magnæ Eccleſiæ deſiiſſet. quia cum* ſecundarij *nomine primus fuiſſet.*

CAPVT X.

De ſeptima Pentade Officiorum & Officialium Eccleſiaſticorum.

IN *hac Pentade primas tenet Protopſalta*; primus pſaltes *ſeu* cātor, *Citrius vocat* Domeſticum pſaltarum, *indicatque hoc nomen vſitatius fuiſſe, quam illud Protopſaltæ. Sed mirum eſt, quomodo Codinus in hac ſeptima Pentade collocet Protopſalten, cum ipſe fol. 196. diſertè dicat: Eccleſiam Magnam non habere* Protopſalten *ſed* Domeſticū, *niſi dicere velimus, officium eſſe idem, nomen diuerſum: inque catalogo officiorum Eccleſiæ vocaſſe* Protopſalten, *quem proprio nomine vocare debuiſſet* Domeſticum Cantorum; *quid ſit Domeſticus, infra explicabitur. In Palatino tamen Clero erat Protopſaltes, vt docet Codinus fol. 196. qui ſimul erat* Exarchus *Cleri imperatorij:*

Sequitur ὁ ἰδιοδομέστικος. ſingularis Domeſticus, *vt interpretatur Iunius*, primi & ſecundi chori. *Sed errat. Legendum οἱ δύο δομέστικοι,* duo Domeſtici, alter dextri, alter ſiniſtri chori. *Clarè Citrius duos nominat. ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ. Et facilis via fuit contrahendi vocabula diſiuncta οἱ δύο, δομέστικοι, in vnum ἰδιοδομέστικοι. cæcutiat, qui hoc non videat. Nec obſtat, quod hac ratione ſex futuri ſint in ſeptima Pentade:*

tade: nam & in prima Pentade ſex ſunt, vt ſupra diximus, & tamẽ vocatur Pentas *ſeu* Quinarius. *Quid ſit Domeſticus in Iure ciuili, & apud alios paſſim ſcriptores Græcos & Latinos explicat Cuiacius ad librum 12. Cod. Iuſtinianei ad Tit. 12. & Petrus Gregorius lib. 6. ſyntagmatis, cap. 8. Quid hoc nomine ſignificarint Græci recentiores docet Citrius; cui cum hæc quæſtio fuiſſet propoſita:* Cuius linguæ eſt Domeſtici appellatio, *& quibus Eccleſiaſticis miniſteriis nomen hoc impoſitum eſt? Reſpondit:* Domeſtici appellatio ſecundum Latinos, *ducem*, ἐξάρχοντα, *inceptorem, Præpoſitum & Præfectum ſignificat, ſicut & in functionibus Imperatoriis inuenire eſt*, Domeſticum Orientis, Occidẽtis, ſcholarum, *Imo etiam* Domeſticũ menſæ, Domeſticum mænium, Domeſticũ thematum. *Sic & in Eccleſiaſticis ordinibus* Domeſtici *vox vſurpatur.* εἴτ' οὖν ἀρχῳδὸς καὶ ἐπιστάτης μελῳδιῶν καὶ τῶν μελῳδῶν, οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτούς τε καὶ τὰ μελῳδήματα. *Domeſticus igitur Muſicorum ſeu Cantorum nihil aliud eſt, quam præfectus, qui omnes regit ac dirigit, ipſoſque ſimul ac cantiones cunctas diſponit ac in ordinem redigit. Eſt autem munus Domeſtici Cantorum ſeu Protopſaltæ in vigiliis communibus clara voce pronunciare illud:* εὐλόγησον δέσποτα. *quod nos dicimus:* Iube Domine benedicere. *Ex ſententia igitur Citrij Domeſticus nihil aliud eſt, quam præſes, antiſtes, præfectus,*

vno verbo, primus, in ſuo genere. Nec male Citrius notionem huius vocabuli expreſſit, prout vſurpatur à Græcis recentioribus; Etſi haud ſcio, an vox Domeſtici in hac notione vſitata ſit latinis ſeu nouis ſeu antiquis. In Iure profectò alia notione vſurpatur; vt & in communi loquentium conſuetudine. Ab hac voce formarunt Latini Domeſticatum, *quod in Iure exſtat. Et apud Balſamonem in Can. 17. Apoſtolorum* δομεστικᾶτα, *officia Domeſticorum. Et apud Codinum fol. 125.* οἱ τοῦ δομεστικείου δομέστικοι. *& fol. 59.* δομεστίκιον. *De qua tamen voce non iniuria ambigas, nam Cod. Bauaricus habet.* τὸ δὲ τοῦ μεσαστικίου, *vt rectus ſit,* μεσαστίκιος, *nomen dignitatis Palatinæ, de qua alibi dicendum.*

Sequitur λαοσυνάκτης, *ad verbum,* Populi conuocator, & congregator. *Iunio.* Cocio. *Sed* nihili Cocio. *Eiuſdem meminit Citrius: eodem nomine. Interpres reddit.* Populi coactor. *Corrector correxit:* collector *ſiue* congregator: *cuius officium, publico ſigno populum ad rem diuinam conuocare. In Typico S. Sabæ videtur appellari* κανδηλάπτης *à* candelis accendendis. *Huius enim etiam eſt* κρούειν τὰς βαρέας, καὶ τὸ σιδηροῦν, *quæ illis loco* campanarum *erãt,* καὶ σημαίνειν τὸ μέγα σήμαντρον. *Varia enim ſigna dabant; vt & apud nos fieri aſſolet.*

Quartus in hac Pentade eſt ὁ πριμμικήριος τῶν ταβουλαρίων. *Iunius interpretatur* Notarium. *Sic*

enim

enim initio nominari videtur ab ipſo Codino pag. 1. Cum enim Notarium nominet, ac poſtea ſingula officia in Pentadas digerens, de Notario prorſus ſileat, credibile eſt Codinum nomine Primicerj Tabulariorum *intellexiſſe* Notarium. *Quod fortè verũ eſt. Sed neſcio quomodo cũ Iunij ſententia conueniat, qui Primicerium, in quouis officio illum dici putat,* qui primus inſcript⁹ ſit albo ſiue ordinis ſui catalogo, & primas in ſuo ordine obtineat, vt primâ cerâ, id eſt, ſumma inſcriptus eſt. *Hoc ſi verum eſt; idem ergo erit Primicerius* Tabulariorum *cum* Protonotario. *Quia vt Iunius dicit,* Primicerius *primus eſt in* cera *ſeu* albo: *& Tabularij ſunt* Notarij, *idē igitur* Protonotarius, *ſeu primus Notarius, &* Primicerius Tabulariorum. *Ego nodi huius ſolutionem non video, niſi quis dicere velit: iſtum dici* Primicerium Tabulariorum, *reſpectu illorum Notariorum, quos infra ſe habet, non reſpectu omnium; quo pacto ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων vocari poſſet* Primicerius Diaconorum, *non abſolutè, ſed comparatione τῶν κοινῶν, vt Citrius & Codinus loquuntur.*

Addam & hoc. Quid ſi per vocem ταβυλαρίων hic non intelligantur Tabularij *ſeu* Notarij, *ſed* tabularia *ſeu Archiua; ita vt Primicerius* tabulariorum *ille dicatur, qui præeſt* Tabulario *ſeu* Archiuo; *ſocius in hoc officio & adminiſter Chartophylacis: nam* Chartophylacium *latinũ eſt* Tabula-

bularium; *& à latino vſu etiam Græcis. Sicut enim magnus Sacellarius & ὁ τοῦ σακελλίου ſuos habuerunt adiutores, ita & Chartophylax videtur habuiſſe Primicerium Tabulariorum.*

Porro de voce Primicerij, Secundicerij, Tertiocerij, Quartocerij, vide Cuiacium ad Tit. 7. lib. 12. Cod. Iuſtinianei, & Onuphrium in explicat. vocum obſcurarum Eccleſiaſt. & Petrum Gregorium lib. 15. Syntag. cap. 22. qui ait: Pronunciationem nominis Primicerij *exigere, adiectionem ex relatione alicuius, vel certè poſtulare, vt ſubintelligatur. Quod ſi verum eſt, tum neceſſe erit, vt cum inter Palatinas dignitates ὁ μέγας πριμμικήριος nominatur, dignitas aliqua ſubintelligatur, quia Primicerius nomen hoc habet reſpectu alicuius functionis ſeu miniſterij. Hinc* Primicerius lectorum, Primicerius aulæ, Primicerius protectorum, Primicerius Domeſticorum. *Exſtat in Decretalibus titulus de* Primicerio*, vbi nihil adiicitur; neque etiam ſatis apparet, quid aut adiiciendum, aut ſubaudiendum ſit. niſi quis dicat: ſubintelligi vocem* Cantorum. *De quo vide Petrum Gregorium loc. ſupra cit. Hinc* Primiceriatus, *dignitas & officium Primicerij. Quod ad ipſum vocabulum attinet, non improbabiliter arbitratur Cuiacius illud* Cerius, *eſſe tantum productionem verbi; ſine vlla nouæ ſignificationis additione; vt proinde Primicerius idem ſit, qui primus; Secundicerius, idem, qui ſecundus: ſicut*

&

& apud recentiores Græcos παιδόπουλος idem eſt quod παῖς. φραγκόπουλος idem quod Francus*: ita vt illud πουλος ſit paragoge abſque vlla noua ſignificatione. Alij tamen nomen hoc à* primo *&* cera *deriuatum compoſitumq́; volunt, quibus qui volet, per me ſubſcribat licet.*

Vltimus in hoc Quinario eſt ὁ ἄρχων τῶν κοντακίων, Præfectus Canticis,*ait Iunius. Imò* Contaciis. *Nam Canticum generale nomen eſt ad omnia, quæ cani aut ſolent aut poſſunt. At* Contacium *certum quoddā genus eſt in Græcorum Ritualibus libris; ſicut &* Troparium*, εἱρμὸς,* Canon*, κάθισμα, προσόμοιον, τριαδικὸν, θεοτόκιον, σταυρώσιμον, ἀναστάσιμον. Et apud nos: Verſus,* verſiculi, graduale, Tractus, Sequentia, Reſponſoria: *& huius generis alia, quæ aliena lingua aut prorſus exprimi non poſſunt; aut commode exprimi non poſſunt. Miror autem, quid correctoribus Bonefidij in mētem venerit, vt quem ille vocarat* Præfectum Contaciorum,*ipſi interpretarentur* præfectum pugillarium. *Ego quid ſibi* pugillares *ſeu* pugillaria *hic velint, mecum exputare nequeo.*

Eſt autem Præfectus Contaciorum *ille, cui cura inchoandi contacia commiſſa.*

CAPVT XI.

De octaua Pentade officiorum & officialium Eccleſiaſticorum.

IN *hoc Quinario primas tenet* Primicerius Lectorum; *qui & apud Citrium comparet. Sequitur.* ὁ νομικὸς; *qui apud Cod. p. 1. eſt* ὁ νομοδότης. *Iunio,* Præceptor. *qui & in Scholiis iſta:* Præceptor eſt Muſicorum, *vel* ψαλτῶν, Gymnaſiarchus, qui poſteà corrupta voce *μαΐστωρ, id eſt,* Magiſter appellatur *pág. 85. & 119. Num hæc vera ſint, facit vt dubitem Ioannes Citrius, apud quem eſt* νυμμοδότης, Nummidator, *vt vertit Interpres. Fortè is eſt, quem nos* Eleemoſynarium *appellare ſolemus: niſi quis arbitretur eum apud Græcos morem viguiſſe, qui apud nos in multis Eccleſiis, vbi præſentibus Clericis aliquid pecuniæ dari ſolet: quam vocant præſentem, & illum, cui munus diſtribuendi cōmiſſum,* Preſentzer. *At cum Codinus vno loco habeat* νομοδότην, *altero expreſſe* νομικὸν, *non videtur veriſimile* νυμμοδότην *legendum eſſe; niſi quis etiam priore loco* νυμμικὸν, *noua forma à* nummo *reſtituendum contendat. Licet* νομικὸς *quoque* παρὰ τὸ νόμος, *vt* numum *ſeu* nummum *ſignificat, deduci poſſit. Quod ſi* νομικὸς *ad cantores pertinet, plane is videtur eſſe; qui cantum cantoreſq; regit; Et, vt vulgo loquimur, qui* tactum præbet, der

den

den Tact gibt/ *niſi cùi fortè magis arrideat, vt per νομικὸν & νομοθέτην intelligat Iuriſperitum;ſeu Iuris interpretem; Forſan enim in clero Magnæ Eccleſiæ tempore Codini erat is; qui poſtea dictus eſt νομοφύλαξ,* cuſtos legum, *cuius mentio in Turcogr.lib.7. fol. 506. Nec eſt à vero alienum fuiſſe inter Officiales Eccleſiaſticos aliquem qui de Iure reſponſa daret.*

Sequitur ὁ πρωτοκανόναρχος, primus Canonarchus, *inquit Iunius, cuius etiam Citrius meminit. Iunius in Scholiis.* Canonarchus, qui Canonibus Synodalibus & aliis legendis præfectus eſt: *cuius rei exemplũ habetur pag. 90. & 166. Verum in priore loco non ſit mentio* Protocanonarchæ *ſed Canonarchæ: qui duo diuerſi; ſicut Protonotarius &* Notarius. *Verba Codini hæc ſunt. Legitur à Canonarcha illud:* πολυχρόνιον, diuturnũ faciat Deus ſanctũ Imperium tuum in multos annos; *idque tertio repeti dicit. Eſtne hic ſermo de* Protocanonarcha, *an de* Canonarcha? *Diciturne ipſius eſſe legere* acta ſynodica, *& alia huius generis? Eſtne fauſta illa adprecatio:* Diuturnũ faciat Deus imperium tuum, &c. canon ſynodalis; *vt Iunius loquitur? Multò minus id altero à Iunio citato loco reperire licet, vbi nullum verbum nec de Canonarcha, nec de Protocanonarcha. Sed Iunius tanquam cæcus in his Eccleſiaſticarum functionum vocabulis oberrabat, & dummodo aliquid diceret, facilè ſe inuenturum fidem arbitrabatur apud*

illos, qui præter prædicantes & Miniſtros verbi nihil norunt.

Quis igitur Protocanonarcha, *& vnde hoc nomen? Exponet nobis hoc Zonaras, qui in commentariis ſuper Canonas Anaſtaſimos Ioannis Damaſceni ita commentatur.* Canon dicitur, quia præfinitam & nouem odis circumſcriptam habet periodum, *vt videre eſt in Græcorum Ritualibus libris. Ab his igitur Canonibus apud Græcos magnæ auctoritatis & exiſtimationis,* Protocanonarcha *& qui ſub illo erat,* Canonarcha *nomen traxerunt. Ipſorum enim erat Canonas iſtos, quando in eccleſia decantandi erant, inchoare, & reliquis quaſi præire. Hinc & non aliunde hoc nomen originem ducit.*

Quartus eſt ὁ ἔξαρχος, Exarchus, Dux quidam, *inquit Iunius,* & præſes miniſtrorum Eccleſiæ in ordinanda ſingulorum functione & miniſterio. *Fallitur. Rectius in Turcogr. fol. 192. Exarchus,* Legatus, aut vicarius Patriarchæ, aut Metropolitæ, ſicut nos legatum Apoſtolicæ Sedis dicimus. *Et fol. 293. dicitur Exarchos miſſos ad colligendum ſubſidium pro pendendo Turcis tributo, habere etiam poteſtatem* τοῦ ἀργοὺς ποιεῖν καὶ ἀφορίζειν priuandi officio Eccleſiaſtico & excommunicandi, δι' εὐλόγους αἰτίας, ob iuſtas cauſſas. *Item ius abſoluendi pœnitentes, & ad hoc propriis litteris, quos* συγχωρητικὰ γράμματα *appellant*

lant à Patriarcha inſtruuntur. Fol.219.duo nominantur Patriarchales exarchi, vno & eodem tempore;qui & interdũ Eparchi. *De Exarcho nihil, quod ſciam, Citrius. Exarchi dignitas olim clara fuit etiã extra Eccleſiam inter Palatinas functiones & Imperatorias. Hinc* Exarchi *illi in Italia,quorum nuſquam non mentio. Et Gennadius* Exarchus Africæ, *ad quem ſcribit S.Gregorius Magnus lib. 1. epiſt. 37.Hinc* Exarchatus,*&* Exarchia. *ἔπαρχος Palatina dignitas eſt apud Cod.fol. 65.*

Vltimus eſt Eccleſiarcha. Præfectus Eccleſiæ, *Citrius nominat tres ἄρχοντας τῶν ἐκκλησιῶν, inter quos haud dubiè vnus, qui ſupra in Quinta Pentade dictus eſt ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν μετὰ τοῦ σακελλίου. Bonefidius,vertit,neſcio quam bona fide,*tres magiſtratus Eccleſiarum.

CAPVT XII.

De nona Pentade officiorum & officialium Eccleſiaſticorum.

PRIMAS *hic tenet* Domeſticus *τῶν θυρῶν,* præfectus Ianuæ, *tertius nimirũ* Oſtiarius, *nam in ſexto Quinario duos enumerauit Codinus: & Citrius tres Oſtiarios inter Officiales Eccleſiaſticos nominat; quorum tertius hic forium Domeſticus ſeu Præſes;vno verbo* Ianitor.*Sequitur* Chartularius: *qui longè diuerſus à Chartophylace; & ineptè vocatur Chartophylax,*Chartularius;*vt ſupra dictum.*

ctum. Citrius non vnum, ſed plures ponit, nam lectores enumerans collocat inter illos χαρτουλαρίους τῆς μεγάλης σακέλλης, καὶ τοῦ σκευοφυλακίου. Chartularios magnæ Sacellæ, & Sceuophylacij, *ſeu* armarij vaſorum, *inquit Bonefidius. Docuimus iam ſupra ex Balſamone, eos, qui Chartophylaci, Sceuophylaci, Magno Sacellario ſubſeruiebant tanquam adminiſtri, appellatos eſſe* Chartularios, *ita vt Chartularij iſti nihil aliud fuerint, quàm* συμμερισταὶ τοῦ κόπου, laboris conſortes, *vt Balſamon loquitur. Nec ſcio, quàm aptè huc quadret* Regiſtrator *Iunij. Nec Latinis Chartularius ignotus fuit. Nam S. Gregorius lib. 1. epiſt. 75. ad Epiſcopos Numidiæ ſcribens, nominat Hilarium,* Chartularium ſuum; *qui in Africam à Prædeceſſore S. Gregorij miſſus; Sedis Apoſtolicæ loco cauſſas Eccleſiaſticas cognoſcebat, & tanquam Iudex dirimebat, & iudicabat; manſitq; in eodem officio in Africa etiam ſub Gregorij Magni Pontificatu; cuius ipſe ſuis in Epiſtolis crebrò meminit. Verum Chartularius iſte longè inferioris ordinis & dignitatis erat; inter Lectores nimirum conſtitutus, & antepènultimus in vltima Pentade.*

Porro cum plures fuerint Chartularij, vt Citrius expreſſè ſcribit; cur Codinus vnum duntaxat nominat? An vnum nominando reliquos ſubintelligit? An iſte Chartularius, qui in Nona Pentade, diuerſus eſt à Chartulariis Magnæ Sacellæ, Sceuophylacij, &c. Sed quod eius officium? Iunius expeditè. Vtinam verè.

ὁ χαρ-

ὁ χαρτουλάριος, qui publicis litteris, tabulis, inſtrumentiſq; curandis & retractandis conſtitutus eſt. *At hoc officium pertinet ad Chartophylacem, eiuſq; Chartularios ſeu adminiſtros: item ad Protonotarium, & ſimiles. An Chartularius iſte inter Lectores peculiare quiddam obtinebat, ratione cuius Chartularij nomen acceperat?*

Inter dignitates Palatinas eſt ὁ μέγας Chartularius. *Quis fuerit, docet Zonaras in Leone Iſaurico.* ὁ τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατῶν, præfectus imperatoriis equiſonibus. *Pertinuiſſe dignitatem hanc ad curam ſtabuli Regij, docet ipſe Codinus, munus Magni Chartularij explicans fol. 51. Fuit & inter militaria officia* Chartularius. *Id liquidum ex Leone Imperat. qui Diataxi Tertia, cum Protonotario Thematis, & cum Prætore ſiue Iudice Thematis numerat quoque Chartularium Thematis. quem conſtitutum dicit:* πρὸς τὴν τοῦ στρατοῦ καταγραφὴν καὶ ἀναζήτησιν, deſcribendo & recenſendo exercitui. *Vide Giraltium verb. Protonotarius. Qui ſint* homines Chartularij *diſces ex Cuiacio lib. 4. Obſeruat. cap. 5. Vide eundem de Chartulariis ad lib. 10. Cod. Iuſtin. tit. 23.*

Tertium locum obtinet ὁ δηποτάτος, Deputatus, *Citrius numero multitudinis,* δηποτάτοι. *Quantum errorem Iunius commiſerit fol. 194. deceptus lectione falſa, quam facile emendare poterat, iam alibi dictum eſt. In Scholiis non minus ineptit.* ὁ δηποτά-

τος,

τος, barbarè, chartulario adiunctus ἀντιγραφεὺς, quem vulgò, vt Budæus loquitur, contrarotulatorem vocant. *Præclarè. Interim nos credamus Citrio, qui deputati munus non numerat inter Officia, in quo à Codino diſſentit; ſed inter* διακονίας *ſeu miniſteria. Sed quidquid ſit de hoc, quod Deputatorũ munus eſſet, his verbis docet,* οἱ δεποτάτοι δὲ μανδυοφοροῦντες μετὰ λαμπάδων προπορεύονται τοῦτε τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ὁπότε ἀναφέρεται εἰς τὸν ἄμβωνα πρὸς ἀνάγνωσιν, καὶ τῶν ἁγίων δώρων ἔντε τῇ εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν εἰσόδῳ καὶ ἐν τῇ εἰς τὴν πρόθεσιν ἐπανόδῳ αὐτῶν. Deputati vero Mandyis induti antecedunt cum Lampadibus Euãgelium, quando lectionis cauſſa fertur ad ſuggeſtum. Iidem munus idem obeunt, in ingreſſu ad ſacram menſam, quando ſacra dona proceſsione publica circumferuntur, & ad Protheſin referuntur. *Fuerunt etiam* Deputati *inter officia militiæ, de quibus multa ex variis Imperatorum Conſtitutionibus Giraltius in ſuo Lexico. Verbo* δεπότατοι. *Quem vide, nihil enim illi ad nos, qui eccleſiaſtica officia tractamus.*

Sequitur ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας, *qui quis ſit; diximus cõiecturam noſtram in Notis & variis lectionibus ad Codinum. Nunc aliam adferimus, non multum à priore abeuntem. Quid ſi* ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας *vnus ex* θυρωρῶν, ex cuſtodibus, *qui, vt ait Citrius,* τὴν φυλακὴν καὶ τήρησιν πιστεύονται τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῶν

καλυμ-

κ<αλυμμάτων αὐτῶν, εἰ μάλιστα εὑρίσκονται ταῦτα λίθοις καὶ μαργάροις κοσμούμενα: vaſa ſacra, eorumque tegumenta cuſtodire & obſeruare debent; maximè ſi pretioſis lapillis & margaritis ſint ornata. *Porrò, ſicut in Primo Quinario ponit ſex, ita in hoc vltimo collocat duntaxat quatuor.* ταῦτα τὰ ὀφφίκια τὰ ἐκκλησιαστικά, *inquit Codinus*, hæc ſunt Officia Eccleſiaſtica.

CAPVT XIII.

De aliis quibuſdam Officiis Eccleſiaſticis à Citrio enumeratis, deque illis, quæ hodie apud Græcos vſitata ſunt.

IN *enumeratione Officiorum Eccleſiaſticorum non conuenit Citrius cum Codino, vt ſupra monuimus, cauſſam addit; quia Patriarchæ hæc omnia arbitratu ſuo mutabant; depreſſoſq́ in altum euehebant; & euectos deprimebant; & noua munia inſtituebant, prout huic vel illi gratificandi voluntas ferebat. Præter Officia à Codino enumerata ſunt iſthæc.* ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, Catechiſta. Orphanotroph⁹. Quatuor Defenſores, καὶ ὁ περιοδευτὴς, Circitor, *Bonefidio. Correctoribus:* Viſitator. *Quid ſi ſit ille, quem Typicum S. Sabæ nominat* ἐξυπνιαστὴν, *ſeu* ἐξυπνιστὴν, *Excitatorē, cuius erat in Vigiliis & ἀγρυπνίαις circuire, & ſomnolentos excitare.*

Præter

Præter hos recenſet Citrius Theoros *ſeu* cuſtodes, *& Deputatos; de quibus capite ſuperiore: itemq;* Camiſatos, *ſed adddit. Hæc οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα.* Hæc non ſunt officia, ſed miniſteria circa ſacrum altare. *Quod* Camiſatorum *ſit officium his verbis docet.* Camiſati, ferendis ad altare carbonibus, & ſacris lebetibus calefaciēdis occupati ſunt, vt illinc more ſolito aqua feruens ſacris calicibus tempeſtiuè infundatur. *Solent enim Græci, vt videre eſt in Liturgia S. Chryſoſtomi, & in Theoria rerum Eccleſiaſticarum Germani, & in Expoſitione Liturgiæ Cabaſilæ calici iam cõſecrato ſub ipſum communionis tempus infundere aquam calidiſſimam, quam à feruore vocant ζέσιν, & ipſum vaſculum, in quo adfertur, ζέον, vt quemadmodum ex latere Chriſti in cruce pendentis, vtraq; (ſanguis & aqua) θερμότητος πεπληρωμένα,* plena calore *profluxerunt, ita tempore communionis communicantes & ſanguinem & aquam, & quidem vtraque calentia percipiant, ὡς αὐτῇ τῇ ζωοπαρόχῳ πλευρᾷ ψαυόντων, quaſi ipſum Chriſti viuificum latus ore appoſito contrectarent. De qua conſuetudine quam rationi conſentanea ſit, nil opus pluribus hic diſquirere. Huic ergo aquæ calefaciendæ vacabant* Camiſati, *vt & carbonibus pro ſuffitu ferendis & fouendis. Sic dicti à* Camiſiis. *Iunius vertit* Induſia *fol. 86. Nec eſt quod quis dubitet* Camiſia *Italis eſſe*

induſia. *Sed ſi Eccleſiaſtica vocabula Eccleſiaſtico more intelligere & interpretari velimus, neceſſario dicendum eſt, apud Codinum per* Camiſia *intelligi id quod Germanicè vocamus*, den Chorrock / *ſeu* Chorhemdt: *nam de lectoribus agens Codinus ait eos ſtare in medio triclinio cum veſtibus & Epirrhiptariis ſuis, habentes* Camiſia ἐπάνω τῶν ἱματίων, ſupra veſtes. *Sic fol. 119. ingrediuntur* Pſaltæ *ſeu* Cantores, cum ſuis Epirrhiptariis & Camiſiis, *hoc eſt*, mit den Chorhemden: *quæ nullus Eccleſiaſticarum rerum gnarus vocat* induſia. *Vulgo* veſtes *ſuperpellicea dicuntur. Ab his ergo* Camiſiis Camiſatis *nomen venit: quos forſan non ineptè vocaueris* linteatos.

Præter hos ſunt apud Citrium Patriarchales Domeſtici; καὶ τοῦτο δὲ τὸ ὀφφίκιον τῶν ἀναγνωστῶν ἐστί. Et hoc officium lectorúm eſt; *Functio huius eſt* τὸ ἐν ταῖς προόδοις τοῦ πατριάρχου λέγειν: cum Patriarcha in publicum prodit, dicere: εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα. Ad multos annos Domine. *Qua acclamatione mirum, quam recentiores iſti Græci delectati fuerint. Hinc nihil crebrius apud illos; quam illa.* πολυχρονιάζειν, πολυχρόνισμα, πολυχρόνιον.

Quod attinet ad Græcos recentiores, permulta Eccleſiaſticorum officiorum vetera nomina habent ſua & propria, quæ nec in Citrio, nec in Codino apparent:

parent: quæ ex Turcogræcia colligi poſſunt, vt eſt ὁ νομοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Nomophylax magnæ Eccleſiæ. πρωτοσύγγελος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ἐφημέριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Lampadarius *magnæ Eccleſiæ. Nam* ὁ ἄρχων τῶν φώτων *videtur fuiſſe alius apud* Codinum. *Magnus Logotheta magnæ Eccleſiæ:* ὁ μέγας ῥήτωρ. Magnus Rhetor. *Meminit quidem etiam Codinus Rhetoris ſed abſq;* τοῦ μεγάλου *additione. Metropolita Epheſi fol. 507. appellatur.* ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος πάσης ἀσίας. *Sunt & alij, qui* ὑπερτίμου *titulo ſeſe circumſpiciant. De quo vide etiam Codinum fol. 233. & ſeq.*

CAPVT XIV.

De Officiis Eccleſiaſticis Aulæ Conſtantinopolitanæ, potiſsimum de Archidiacono.

EX *Clericis aulæ nominatim exprimit Codinus* I. Protopſalten, *quem ſimul ait eſſe Imperatorij Cleri Exarchum. II. Domeſticum, quem ait eſſe Exarchum Cleri Auguſtæ; eundemq; aliquando ſimul eſſe Domeſticum Eccleſiæ, aliquando verò Eccleſiam proprium* Domeſticum *habere. Erat autem Domeſticus vnus ex Pſaltis ſeu Cantoribus, & à Protopſalta proximus: ſub ſe habens alios Pſaltas ſeu Cãtores,* οὓς ἐξ ἔθους παλαιοῦ κράκτας ὀνομάζουσι, quos

veteri

veteri cõſuetudine, *inquit Codinus fol.191.* nominant Cractas, *hoc eſt, vt Germani dicere ſolent,* Schrailing. *III. Protopapam. qui & ipſe aliquando vnus & idem erat in Eccleſia & aula; aliquando diuerſus. Vt dicit Cod. fol. 195. IV.* μαΐστορα magiſtrum, *qui & ipſe Cantor fol. 85. V. Canonarchas. VI. Lampadarium, cuius erat Imperatori Lampadem præferre, de quo more plura inferius. VII. Archidiaconum; hunc enim non habebat Eccleſia, ſed aula; vt dicit Cod. fol. 195. De eodem multa fol. 159. & alibi paſſim; vt & de Protopapa, Lampadario, & cæteris miniſteriis Eccleſiaſticis in aula.*

Apud Citrium proponuntur multæ quæſtiones de Archidiacono. τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον ποίας ἐστὶ τάξεως, καὶ ποίου βαθμοῦ, καὶ εἰ περιΐσταται τῶν ὅλων διακόνων, ὡς ἀρχιδιάκονος; *Reſpondet Citrius: Archidiaconicum officium non eſſe* ἀρχοντίκιον, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια. *Bonefidius vertit:* non eſt magiſteriale, neque ea liberalitate Pontificali, vt magiſterialia. *Correctores correxerunt.* Archidiaconicum Officium non eſt ex officialium dignitatibus, nec tribuitur ex liberalitate Pontificali, vt officialium dignitates. *Prima verſio ſatis eſt* magiſterialis, *ſeu* magiſtralis. *Secunda paulo propius ſcopum tangit.* Archonticia *Officia &* ἀξιώματα *apud Citrium ſunt illa; quæ quis obtinet* διὰ τῶν ἀρχοντικίων.

hoc eſt, per litteras & codicillos τῶν ἀρχόντων, *principum, ſiue ij eſſent Imperatores, ſiue Patriarchæ. Reſpondet ergo Citrius Archidiaconi officium non eſſe eiuſmodi* ꝙ *per* Archonticia *conferatur ſeu ab Imperatore ſeu à Patriarcha; ſed eſſe longi temporis, & opera diu præſtita quaſi remunerationem.* διὸ καὶ ὡς χρόνου καὶ ἰδίου κόπου δώρημα ὁ ἀρχιδιάκονος ἔχει καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, (εἴτε ἀρχοντικίοις ὁποιοισοῦν τετίμηνται, εἴτε καὶ μὴ) ἔντε τῷ ναῷ, ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων. Propterea tanquam temporis propriique laboris munus habet Archidiaconus, vt anteponatur omnibus Diaconis (ſiue Archonticiis *cohoneſtati ſint, ſiue non*) tam in templo, quàm in ſancto altari, & in diuinorum myſteriorum perceptione.

Quæſitum quoq; fuerat, num Patriarcha poſſet per ſola Pittacia *&* Breuia *& mandato ſuo, præferre aliquos nullo officio inſignitos illis, qui priores fuerant; nullo tamen ipſi etiam officio decorati. Reſpondet Citrius, hoc plane eſſe intolerandum; vt præferantur aliqui prioribus per* pittacia;*etiamſi, qui præferuntur, habeant officia. Sed quemlibet in loco & ſtatione ſua, quam tempore acquiſiuit, relinquendum eſſe.* ἡ γὰρ τάξις καὶ στάσις τῶν διακόνων τῷ χρόνῳ ῥυθμίζεται καὶ στηρίζεται, καὶ ἐστιν ἀμετακίνητος. Ordo enim & ſtatio Diaconorum tempore con-

conſtituitur & firmatur, *inquit Citrius: qui & addit, ei qui* Archonticiis *ſeu* Breuibus *huiuſmodi honoratus eſt, ſatis eſſe, vt quando Patriarcha ſeu Pontifex rem diuinam facit, ſit ipſe primus, ἐν τῇ εἰσόδῳ, in ingreſſu ad altare; ſeu in itu; & in perceptione diuinorum myſteriorum. In cæteris quemuis ſuum locum tenere debere; & iniquum eſſe vt ὁ προεισοδεύσας, qui primas tenuit; ſeu vt vulgò loquimur, qui* præcedentiam *habuit; de loco ſuo deturbatus alteri cedere cogatur. Ex quibus rectè intellectis iudicium facere licebit de interpretatione Boneſidij, & correctorum eius. Promotionum per pittacia meminit etiam Balſamon ad 17. Canonem Apoſtolorum.*

Quia verò in his Officiis Eccleſiaſticis multa occurrerunt compoſita ex vocabulis ἀρχὴ & ἄρχων, aliquid ſuper his notare lubet: ante omnia illud; quod dupliciter cum aliis coaleſcat: primò quidem initio vocis; vt ἀρχιεπίσκοπος, ἀρχιποίμην, Archidiaconus: Archiſtrategus, Archidux, Architriclinus, Archiatrus, Architectus: Archipresbyter. *Secundò, in fine vocis, vt* Patriarcha; Eccleſiarcha, Canonarcha, Monarcha, Toparcha, Tetracha, Ethnarcha, Trierarcha. *Inde etiam eſt ἔξαρχος, ἔπαρχος, & id genus alia tam in Eccleſia, quàm extra vſurpata & vſitata. Hæretici noſtri temporis, vt alia, ita & ipſa priſca vocabula ſuſtulerunt; & noua induxerunt: potiſſimum illa; quæ ex*

ἀρχῆ & ἄρχων compacta. Hinc Archiepiſcopi *nomen exterminant; vt &* Patriarchæ, Archidiaconi, *& id genus alia, tanquam* ſuperba, faſtuoſa, *& ſimplicati Apoſtolicæ aduerſantia: quippe quæ imperium, & poteſtatem in ſubditos denotent, non primum in aliqua functione ſeu miniſterio ſeu primum ordine in aliquo cætu abſq; tamen imperio & poteſtate in cæteros. Hinc ipſi gaudent Apoſtolicis illis, & vt loquuntur,* modeſtiſsimis, *πρεσβυτέρων, ποιμένων, ἐπισκόπων, λειτέργων, διακόνων, δέλων. Verum nomina hæc eſſe retinenda, vbi hactenus viguerunt; & reuocanda, vbi exoleuerunt; fusè demonſtrat Adrianus Sarauia Caluiniſta, in libro, quem de diuerſis gradibus Miniſtrorum Euangelicorum euulgauit cap.25. ita tamen, vt his appellationibus nullum in alios imperium deſignetur; ſed ſola ordinis dignitas, & vt ſic dicam,* primitas, *ſeu τὰ πρωτεῖα. Huic Caluiniſtæ oppoſuit ſe Caluiniſtarum Anteſignanus Beza proprio libro aduerſus Sarauiam publicato, vbi contendit, nomina hæc prorſus* non eſſe toleranda; *ſed ex Eccleſiis* explodenda: *tanquam ſimplicitati Apoſtolicæ prorſus repugnantia.*

Mihi conflictus iſte inter hos duos Lapithas mirè placet: nam in Sarauia obſeruo Hæreticam arrogantiam, quæ cum omnia confuderit & permiſcuerit, nunc quaſi pœnitentia duceretur, honorifica illa Patriarchæ, Archiepiſcopi, Archidiaconi *& ſimilia*

milia ambit, iiſq; ſe decorari geſtit: ita tamen, vt antiqua notione quaſi exuta, nouam induant, nullamque poteſtatem & nullum imperium ſignificent. In Beza autem id præ ceteris animaduertendum puto; quod non obſcurè ſuos Caluiniſtas Anglos & Scotos; & Lutheranos in Germania, & Sueuia; perſtringit: quia aliqui illorum ſeſe Archiepiſcopos, *&* Primates, *&* Archidiaconos *nominant, & ita etiam nominari & ſalutari volunt: pulchriſq; ſub nominibus turpem hæreſin celant. Sed hæc obiter.*

CAPVT XV.

De Lampadario, deque more Imperatori & Patriarchis præferendi Lampadem.

INTER *officia Palatina vidimus eſſe* Lampadarium. *cuius erat prodeunti Imperatori Lampadem accenſam præferre; de quo Codinus pag. 135. & 85.* ὁ λαμπαδάριος δὲ κρατῶν τὸ χρυσοῦν διβάμπυλον. *Ibi.* τοῦ δὲ λαμπαδαρίου κάτωθεν τοῦ μεγάλου δομεστίκου τὸ διβάμπυλον μεθ' ἡμμένης λαμπάδος φέροντος, ἧς δὴ λαμπάδος τὰ μὲν ἄκρα εἰσὶ διὰ κινναβάρεως βεβαμμένα, τὸ δὲ μέσον διὰ πετάλου χρυσουμένου ἔχοντος σταυ-

ροὺς ἐντὸς κύκλῳ κοκκίνους. Lampadario infra Magnum Domeſticum Dibampulon cum accenſa lampade geſtante. Cuius lampadis extremitates minio tinctæ ſunt; medium verò inaurata bractea conſtat habente intus in orbem cruces coccineas. *Vbi qualis hac lampas fuerit, ſatis expreſſè deſcribitur. Exſtat Theodori Balſamonis Melete ſeu diſceptatio de hoc more Imperatori præferendi Lampadem: vt & Imperatrici, & quinq; Patriarchis Romano, Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano. Ait Imperatori duplicem ob cauſſam præferri lampadē, tum quia humana tum quia diuina curat; tanquam ea, quæ ad corpus, quam ea, quæ ad animam pertinent: (huius enim geminæ poteſtatis conceſſione blādiebantur recentiores Græci ſuis Imperatoribus) eaque de cauſſa lampades Imperatoris duplicibus aureis coronis cinctas eſſe; Patriarcharum verò lampades, vt & Imperatricis vna tantum, eò quod Patriarchæ ſpiritualium tantummodo curam habeant: mulieres verò temporalia duntaxat ſpectent; quippe quibus in Eccleſia docere interdictum ſit. Videntur autem hæ aurea vel argentea στεφανώματα, vt Balſamon vocat, & θριγγώματα, coronæ in morem lampadi fuiſſe impoſitæ: vel certè quod θριγγώματος nomen potius ſuadet, ipſi lampadi, cancellorum ſeu ſepimenti inſtar circumpoſita.*

Addit

Addit Balſamon hoc idem προνόμιον *ſeu priuilegium procedendi cum lampade conceſſum fuiſſe Archiepiſcopo Bulgariæ & Cypri, & paucis quibuſdam Metropolitanis, & præter hoc nulli: Et Patriarchas non modò in ſua diœceſi, ſed & extra lampade illuſtres progredi poſſe: quod multis ipſe aduerſus oblocutores quoſdam confirmat; quem legat, qui volet. Exſtat enim Balſamonis hac de re commentatio lib. 7. Iuris Græcoromani.*

Quærat quis, quid ſit illud apud Codinum διβάμπουλον. *Iunius ſemper vertit* Diuini cultus ampullam. *Pulchrè: quaſi illud* διβ, *ſit à Latino* diuus, *&* ἄμπουλον *à Latino* ampulla, *cur non potius à Germanico* Ampel *ſeu diminutiuè;* Ampleſ *minus ineptiiſſet, ſi hoc dixiſſet; Illud etiam mirum, quomodo ſupra* diuini cultus ampullam, *vt iſte loquitur, lampas accenſa ferri potuerit, & quidem in alto: præferebatur enim in ſublime erecta: vt luceret omnibus, Et quid tandem eſt,* diuini cultus ampulla? *Sed nos mittamus has* Iunianas ampullas, *dicamusq́;* διβάμπουλον, *ſiue* διβάμουλον *(idem enim vtrumque, ſicut* φλάμμουλον *&* φλάμπουρον*) eſſe, vt in Turcogræcia explicatur, fol. 170:* κηροδοχεῖον, (ein Kertzenſtang) *quod in* διατάξει τῆς ἱεροδιακονίας *Philothei Patriarchæ Conſtantinopolitani nominatur* μανουάλιον Manuale. ὁ ἀναγνώστης κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης, Lector

g 5 tenens

tenens manuale cum lãpade accenſa. *In Typico S. Sabæ reperies* κηρομανουάλια. *Eodem prorſus ſignificatu. Idem omnino* διβάμπυλον, *id nimirum, cui lampas impoſita erat; & quo ferebatur. Id erat aureus contus, vt Codinus docet: in huius enim vertice lampas inſiſtens à Lampadario ferebatur.*

In Turcogræcia alia additur expoſitio, ſed falſa: nempe διβάμπυλον *idem eſſe, quod* Thuribulum; *ſed apud Codinum notio hæc nihil loci habere poteſt; vt ex ipſis Codini verbis planum. Sed quid ſibi vult illud* διβ? *An eſt nota geminandi, vt apud Codinum in* διβολέα, *in voce* Diplois *& id genus aliis? An* διβάμπυλον *dicitur; quòd vt Balſamon ait,* αἱ λαμπάδες τῶν βασιλέων διπλοῖς διαχρύσοις στεφανώμασι, περιζωννύονται, Lampades Imperatorum cingantur duplicibus iisque aureis coronis, τῶν δὲ πατριαρχῶν καὶ τῆς βασιλίσσης ἑνὶ κατακυκλοῦνται θριγγώματι: *Lãpades verò Patriarcharum & Imperatricum vno duntaxat circumdentur quaſi ſepimento?*

An & hinc lampadem accendemus loco propemodum conclamato fol. 9. vbi ſecundus Oſtiarius dicitur ὁ κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον. *Quid ſi legas?* μονάμυλον *ſeu* μονάμπυλον, *vt officium eius fuerit Patriarchæ præferre lampadem; quæ ad diſtinctionem Imperatoriæ dicta ſit* μονάμπυλον *propter ſimplex* θρίγγωμα. *Nam lampades Patriarchis præportatas*

fuiſſe

fuiſſe in confeſſo eſt. Habuit ergo & ipſe ſuum Lampadarium: *qui videtur fuiſſe hic ſecundus Oſtiarius.* Nihil enim huc facit, ὁ ἄρχων τῶν φώτων, *de quo Codinus in Quinto Quinario. Certè hæc longè probabiliora ſunt, quam quæ Iunius nugatur de* βαμ-βάλειν, *& ſimilibus, prorſus ineptè: qui etiam* διβέλλιον, *vnum ex flammulis Imperatoriis vbiq; interpretatur* Diuum velum.

Certus videor, quod perperam, etſi notio nominis mihi necdum ſatis comperta. Doctiores videant. Ferebatur & præferebatur à Scutario, *& quidē ante omnia flammula Imperatoria. Non ſolum Imperatore ad* προσκύνησιν, *precādi cauſſa eunte, ſed quocunque iret; ſiue eſſet Imperator in caſtris, ſiue alibi, vt dicit Codinus pag. 75. Diuellium hoc ex conſuetudine quadam geſtabat Imperatoris Tzangas diebus; quibus in variis Conſtantinopolitanæ vrbis Monaſteriis feſta celebrabantur, eo modo, quem deſcribit Codinus fol. 167. vbi & illud obſerua, Lampadem ſupra* Diuelliū *ſeu* Diueliū *fuiſſe accenſam; eo pacto, quo nunc in proceſſionibus Eccleſiaſticis aliquando circumferri ſolent vexilla, ſuprà quæ lampas accenſa fulget. Nugas Iunij, qui videre valet, is videat fol. 309.*
Non facit ad ſtomachū barbitos iſta meum.

Porro in ſupra citata ſua Melete ſeu diſſertatione multa diſſerit Balſamon de Patriarchæ Epimanicis, Epitracheliis, Epigonatiis, Sticharijs, *μετὰ ποταμῶν,* vndulatis, ſacco, Omophoriis,

Phæ-

Phænoliis, πολυςαυρείοις, *multiplici cruce & quidem in triangulo incluſa conſpicuis, item de* Sticharriis, μετὰ γαμμάτων καὶ τειγώνων, *cum figura litteræ* Gammæ & triangulis, *quæ legat, qui horum deſiderio tenetur. Exſtant Imagines Imperatorum Conſtantinop. initio Gregoræ; vnde forſan hæc illuſtrari poterunt: quia amictus ille à Patriarchali non admodum abit: niſi quòd cruces non apparent trigonis, ſed tetragonis incluſæ.*

CAPVT XVI.

De Hyperpyris & aliis quibuſdam.

I*N notis & variis lectionibus ad Codinum diximus & probauimus contra inſcitiam Iunij Hyperpyron eſſe monetæ genus. Hic præterire nequeo inſignem errorem, quem errauit Leunclaius in Legatione ad Armenos; vbi hæc Theoriani, qui Legatus Conſtantinopolitanus fuit, verba.* ἔςωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ὑπέρπυρα τρία, μιᾶς ὄντα φύσεως χρυσοῦ δηλονότι. ἐὰν οὖν τούτων ἓν πυρακλήσω ἔςαι πάντως τὸ πεπυρακλωμένον δύο φύσεων, λέγω δὲ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. εἶτα ἑνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυρακλωμένοις ἐρωτῶ, πόσα νῦν εἰσὶ ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα; τρία ὡς πρώην, ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα; *Quæ interpres ita vertit.* Sint tria hic velut igne potiora.

Prorſus

Prorſus inſcitè. vertendum. Faciamus hic tria eſſe Hyperpyra, vnius naturæ, ſeu materiæ, aureæ, verbi gratia. Si igitur vnum ex his igneſcere faciám, omnino ignitum illud duabus naturis conſtabit, ex igne videlicet & auro. Si deinde ad alia duo non ignita adiiciatur, quæro quot nunc ſint huius generis Hyperpyra? (*Interpres.* Quot nam ſint hæc ignita? *Male; vnum enim tantummodo Hyperpyron ignitum eſt, ex Hypotheſi facta*) num tria, vt antea, an propter naturam ignis facta ſunt quatuor? *In eundem errorem incidit idem Interpres fol. 114. vbi τῶν ὑπερπύρων vertit:* Ignis vi potiorum: *abſque vllo ſenſu. Vertendum enim:* Hyperpyrorum. *neque enim nomine Latino hoc monetæ genus exprimi poteſt. In Pandectis Turcica recte de Hyperpyris ſcribit Leunclaius. Sed hic tantus error detegẽdus fuit, ne qui in errorẽ inducantur. De equis Sagmariis dictum eſt in Notis ad Codinum. Hic adiungemus, idem nomen vſurpari à Petro Bleſenſi Epiſt. 14. illudque in Notis ſuis ad Bleſenſem agnoſcit R. P. Ioannes Buſæus Societ.* IESV *Theologus, & ex ſancto Bernardo lib. 3. de conſideratione capite 7. confirmat, vbi Voſſius* Sagmarij, *loco vulgatæ lectionis,* Summarij. *Etſi in his latinis* Summarij, Saumarij, Sommarij *lectio etiam retineri poſſit; quia Sagmarij nomen variè varij corruperunt, & ad idiotiſmum ſuum in-*

flexe-

flexerunt. Hinc in libello de miraculis S. Vdalrici, nec ineleganti, & ſatis antiquo, inquit Caſaubonus in Lamprid. Obtulerunt de cera quantum vnus fortis Saumarius portare potuit. *Deducit idem Caſaubonus Sagmarios* à Sagmate, *& rectè; &* Sagma *ait eſſe id*, quod iumento imponitur, vt mollius vehat, & ſine noxa ſua. Differt Sagma à ſella. Nam Sagma propriè eſt quod iumentis onera baiulãtibus imponitur: ſella equorum eſt, vel aliorum animalium, quibus homo vehitur. *Dicitur etiam σαγή. Et* Sagum, *quod ſignificat omne operimentum quod iumentis imponitur. Vide Caſaubon. ad Lamprid. fol. 321. Accipit igitur iſte Sagma non pro ipſo onere, quod iumento imponitur, ſed pro tegumento, quo commodius vehat. Græci flectunt σάγμα τοῦ σάγματος. Latini Sagma Sagmæ*: quæ corruptè vulgo dicitur Salmus, inquit *Iſidorus lib. 20. Etymolog. vnde & caballus* Sagmarius, & mula Sagmaria. *Et vt recentiores Græci pronunciant* Τζαγμάειος. *poteſt enim & hæc lectio apud Codinum ferri. De Zanchis ſeu Tzangis dictum in Notis. Vſurpat & Trebellius Pollio. Zanchas de noſtris Parthicis paria tria. Vbi Cauſabonus.* Barbarici calceamenti genus Tzangas vocarũt, ſed variè ſcribitur hoc verbum. In codice Theodoſiano de habitu intra vrbem, lege

ſecun-

ſecunda, Tzangæ: in tertia Tzancæ. Græcis τζάγγαι aut τζαγγία, & τζαγγάριος harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni Zangæ Perſarum, vel Parthorum fuiſſe geſtamen magni pretij, ex hoc loco & ſimilibus apparet. *In faſtis Græcis leguntur hæc de Rege Lazorum.* τὰ τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ ῥουσαία περσικῷ σχήματι, ἔχοντα μαργαρίτας. *Hæc ille. Cod. Bauarici & Simeon Magiſter* τζαγκία. *&* ὁ τζαγκᾶς *artifex* τῶν τζαγκίων *apud Cod. fol. 57. & fol. 167. & fol. 57.* τζαγκάριος ἤτοι σκυτεύς; *vbi editio Iunij vitioſe* τζαγμάριος. *Quia* τζαγμάριος *non eſt Sutor, ſeu Calceolarius; eſt enim idem quod* Sagmarius *à* Sagma *ſeu* Sagmate, *vt antea dictum. Deſcribuntur iſta Imperatoria* τζαγκία *à Cod. fol. 56. quem vide. Et quia peculiare genus calceamenti erat; ideo & artifex peculiari nomine dicebatur* τζαγκᾶς, *non autem communi* τζαγκάριος *ſeu* σκυτεύς, *cui etiam hoc priuilegium conceſſum erat, vt* ὁ τζαγκᾶς *geſtaret* Diuellium, *quando Imperator certis feſtorum ſolennitatibus ad Monaſteria ſeſe conferebat: de quo Cod. fol. 167. In Turcogræcia pag. 294.* Τζαγγαρικὴ τέχνη: ars ſutoria.

Et τζαγγάριον *ſeu* τζαγκάριον Subula, *apud Tzetzem.*

CA-

CAPVT XVII.

De feſto Baiorum, deque Rogis eo die vt & aliâs, ab Imperatore & Patriarcha diſtribui ſolitis.

QVOD *nos feſtum* Palmarum, *id Græci ἑορτὴν βαΐων. feſtum Baiorum vocant: de quo fuſè Codinus fol. 133. Βάϊα Græco ſermone dici* palmas *ſeu ramos Palmarum tradit S. Hieronymus in cap. 8. Ezechielis. Inſcitè de hoc nomine Balſamon.* Baium, *inquit*, lingua Romana neq; ramũ ex arbore cæſum, neq; roſam ex roſeto collectam, neque lilium ἐκ κρινωνιᾶς, ex liliorum horto decerptum ſignificat. *De duobus poſterioribus, nil contendimus. De priore hæremus; ſi enim non ſignificat ramum, dic quid ſignificet? ἀνθρωπίνης δὲ γνώμης ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μετάβασις, ἀγαθὴ δηλονότι ἢ πονηρά.* Baium eſt humanæ mentis ex alio ad aliud tranſitio ſeu bona ſeu mala. *pulchrè. Pergas. ἐντεῦθεν γὰρ τοὺς παιδοτρίβας Βαΐουλους κατονομάζομεν.* Hinc enim *à Baio ſcilicet*, pædotribas nominamus Baiulos, *ὡς τὰ νηπιώδη τῶν παίδων φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀρρένωσιν.* Tanquam qui puerorum animos ad virilem ſenſum traducant. *Doctè, quaſi Baiulus non ſit à Latia*

voce

voce Baiulo; *ſicut gerulus à* gero. *Pergit.* καὶ πρεβαϊκάτορας λέγωμεν τοὺς ποικιλλομένους κατὰ τὴν ἶριν συνεργοὺς, καὶ προδιδόντας τοὺς πρόσφυγας, Præuaicatores (Præuaricatores) appellamus cooperarios ſeu adiutores, qui variantur inſtar Iridis, & clientes produnt. *Ita quidem Interpres. Sed quis non videt legendum eſſe* κατὰ τὴν ἕριν. *Vt præuaricatores ſint illi, ſicut reuera ſunt; aduocati & patroni, qui in ipſa lite clientes ſuos deſtituunt & produnt. variatiq́; ad alteram partem, ſua deſerta, tranſeunt. Nimirum, quia Græculus iſte in* Baiulo, *& præuaricor aliquam ſimilitudinem animaduertit cum voce* Βάϊον, *ideo putabat inde formatam, quaſi à* vario, *ſeu vt ipſe ſcripſiſſet, à* βαρείω, *& omiſſo* ρ *à* βαΐω, *quod eſt* muto; *Hinc etiam dicit Iudæos non intelligentes, Chriſto Hieroſolymam ingrediente, quid ſibi vellet, illa ramorum geſtatio: Exlamaſſe,* βαβαὶ, Papæ; βαβαὶ τῶν μωσαϊκῶν παραγγελιῶν, βάϊον ἀπροσδόκητον γέγονε, τουτέστι, μεταφορὰ πρὸς ἀπώλειαν. Papæ, leges & præcepta Moſaica, *præter exſpectationem Baion, hoc eſt,* varium *ſeu* variatio *accidit. Hæc Græculus ille de etymo vocis* ληρῶν. *Docet autem Balſamon hoc* τῶν βαϊφόρων *die Imperatores olim ac Patriarchas diſtribuiſſe ſubditis* ῥόγας, *hoc eſt, munera, & Baia, huncq́; vſum vſque ad tempora Conſtantini Monomachi duraſſe, & poſtea deſiiſſe. Sunt autem* Rogæ

ſtipendia, etiam militaria, hinc apud Codinum, vox ipſa ῥόγαι, & inde formati ῥογάτορες, milites, qui ſtipendia merent, Soldaten. *Item largitiones*, erogationes, *munera, & dona, à Principibus liberaliter diſtribui conſueta. Qua voce crebro vtitur etiam Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſtoria Pontificum, vt in Eugenio.* Rogam. clero. dedit. *Hinc etiam natus videtur modus loquendi Germanorum:* Er hat ein guten Rogen zogen. *De illo qui luculentum quid adeptus eſt. Hinc etiam ῥογεύειν* militare, merere. *Fortè cuſa eſt hæc vox à Latino* Rogo, *vel* erogo. *Habet Balſ. etiam ῥογάλια. Huiuſmodi Rogam à ſe viſam deſcribit Luitprandus Ticinenſis lib. 6.* In ea, *inquit*, quæ eſt ante *βαϊοφόρον*, quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomade, tam in militibus, quàm in diuerſis conſtitutis officiis numiſmatum aureorum erogationem, prout cuiuſque meretur officium, Imperator facit: cui erogationi quia me intereſſe voluit, me venire præcepit. Fuit autem huiuſmodi. Erat appoſita decem cubitorum lõgitudinis, ac quatuor latitudinis menſa, quæ muniſmata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinſecus in loculis ſcriptis, retinebat. Ingrediebantur denique ad Imperatorem non confusè, ſed ordinatim ſecundum vo-

cantis

cantis vocem, quæ ſcripta virorum nomina ſecundum officij dignitaté recitabat. Quorum primus vocatus eſt Rector domus; cui non in manibus, ſed in humeris poſita ſunt numiſmata cum Scaramangis quatuor (*veſtis genus eſt Scaramanga ſeu Scaramãgium, pluuiæ, cæteriſq; cœli iniuriis arcendis apposita, vide Pandectem Turcicum cap. 177. & 199.*) poſt quem ὁ Domeſticoſtos Aſcalonas; & ὁ de Longariſtis (*Logariſtes*). Ploas ſunt vocati, quorum alter militibus, alter nauigantibus præerat. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numiſmata & Scaramanga ſuſcipientes, præ multitudine non iam in humeris portauerunt, ſed adiuuantibus aliis poſt ſe cum labore traxerunt. Poſt hos admiſsi ſunt magiſtri numero 24. quibus erogatæ ſunt numiſmatum aureorum libræ, vnicuique ſecundum eundem numerum vigintiquatuor cum Scaramangis duobus. Patritiorum deinde ordo hos pone eſt ſecutus, & duodecim numiſmatum libris cum Scaramanga vna donatus. Turba poſt hos immenſa vocatur Protoſpathariorum, Spathariorum, Candidatorum, & id genus clientum. *Hæc de Roga ad feſtum Palmarum fieri ſolita in Palatio Conſtantinopolitano Luitprandus.*

ἀρχὴ & ἄρχων compacta. Hinc Archiepiſcopi *nomen exterminant; vt &* Patriarchæ, Archidiaconi, *& idgenus alia, tanquam* ſuperba, faſtuoſa, *& ſimplicitati Apoſtolicæ aduerſantia: quippe quæ imperium, & poteſtatem in ſubditos denotent, non primum in aliqua functione ſeu miniſterio ſeu primum ordine in aliquo cætu abſq; tamen imperio & poteſtate in cæteros. Hinc ipſi gaudent Apoſtolicis illis, &, vt loquuntur,* modeſtiſsimis, *πρεσβυτέρων, ποιμένων, ἐπισκόπων, λειτούργων, διακόνων, δούλων. Verum nomina hæc eſſe retinenda, vbi hactenus viguerunt; & reuocanda, vbi exoleuerunt; fusè demonſtrat Adrianus Sarauia Caluiniſta, in libro, quem de diuerſis gradibus Miniſtrorum Euangelicorum euulgauit cap. 25. ita tamen, vt his appellationibus nullum in alios imperium deſignetur; ſed ſola ordinis dignitas, & vt ſic dicam,* primitas, *ſeu τὰ πρωτεῖα. Huic Caluiniſtæ oppoſuit ſe Caluiniſtarum Anteſignanus Beza proprio libro aduerſus Sarauiam publicato, vbi contendit, nomina hæc prorſus* non eſſe toleranda; *ſed ex Eccleſiis* explodenda: *tanquam ſimplicitati Apoſtolicæ prorſus repugnantia.*

Mihi conflictus iſte inter hos duos Lapithas mirè placet: nam in Sarauia obſeruo Hæreticam arrogantiam, quæ cum omnia confuderit & permiſcuerit; nunc quaſi pœnitentia duceretur, honorifica illa Patriarchæ, Archiepiſcopi, Archidiaconi *& ſimilia*

milia ambit,iiſq; ſe decorari geſtit: ita tamen, vt antiqua notione quaſi exuta, nouam induant, nullamque poteſtatem & nullum imperium ſignificent. In Beza autem id præ cæteris animaduertendum puto; quod non obſcurè ſuos Caluiniſtas Anglos & Scotos; & Lutheranos in Germania. & Sueuia; perſtringit: quia aliqui illorum ſeſe Archiepiſcopos, *&* Primates, *&* Archidiaconos *nominant, & ita etiam nominari & ſalutari volunt: pulchriſq; ſub nominibus turpem hæreſin celant. Sed hæc obiter.*

CAPVT XV.

De Lampadario, deque more Imperatori & Patriarchis præferendi Lampadem.

INTER *officia Palatina vidimus eſſe* Lampadarium. *cuius erat prodeunti Imperatori Lampadem accenſam præferre; de quo* Codinus *pag. 135. & 85.* ὁ λαμπαδάριος δὲ κρατῶν τὸ χρυσοῦν διβάμπυλον. *Ibi.* τοῦ δὲ λαμπαδαρίου κάτωθεν τοῦ μεγάλου δομεστίκου τὸ διβάμπυλον μεθ᾽ ἡμμένης λαμπάδος φέροντος, ἧς δὴ λαμπάδος τὰ μὲν ἄκρα εἰσὶ διὰ κινναβάρεως βεβαμμένα, τὸ δὲ μέσον διὰ πεταλίου χρυσουμένου ἔχοντος σαυ-

ϛοὺς ἐντὸς κύκλῳ κοκκίνους. Lampadario infra Magnum Domeſticum Dibampulon cum accenſa lampade geſtante. Cuius lampadis extremitates minio tinctæ ſunt; medium verò inaurata bractea conſtat habente intus in orbem cruces coccineas. *Vbi qualis hæc lampas fuerit, ſatis expreſsè deſcribitur. Exſtat Theodori Balſamonis Melete ſeu diſceptatio de hoc more Imperatori præferendi Lampadem: vt & Imperatrici, & quinq; Patriarchis Romano, Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano. Ait Imperatori duplicem ob cauſſam præferri lampadē, tum quia humana tum quia diuina curat; tanquam ea, quæ ad corpus, quam ea, quæ ad animam pertinent: (huius enim geminæ poteſtatis conceſsione blādiebantur recentiores Græci ſuis Imperatoribus) eaque de cauſſa lampades Imperatoris duplicibus aureis coronis cinctas eſſe; Patriarcharum verò lampades, vt & Imperatricis vna tantum, eò quod Patriarchæ ſpiritualium tantummodo curam habeant: mulieres verò temporalia duntaxat ſpectent, quippe quibus in Eccleſia docere interdictum ſit. Videntur autem hæc aurea vel argentea ϛεφανώματα, vt Balſamon vocat, & θριγγώματα, coronæ in morem lampadi fuiſſe impoſitæ: vel certè quod θριγγώματος nomen potius ſuadet, ipſi lampadi, cancellorum ſeu ſepimenti inſtar circumpoſita.*

Addit

Addit Balſamon hoc idem προνόμιον *ſeu priuilegium procedendi cum lampade conceſſum fuiſſe Archiepiſcopo Bulgariæ & Cypri, & paucis quibuſdam Metropolitanis, & præter hoc nulli: Et Patriarchas non modò in ſua diœceſi, ſed & extra lampade illuſtres progredi poſſe: quod multis ipſe aduerſus oblocutores quoſdam confirmat; quem legat, qui volet. Exſtat enim Bàlſamonis hac de re commentatio lib. 7. Iuris Græcoromani.*

Quærat quis, quid ſit illud apud Codinum διβάμπουλον. *Iunius ſemper vertit* Diuini cultus ampullam. *Pulchrè: quaſi illud* διβ, *ſit à Latino* diuus, & ἄμπουλον *à Latino* ampulla, *cur non potius à Germanico* Ampel *ſeu diminutiuè;* Amplein *minus ineptiiſſet, ſi hoc dixiſſet; Illud etiam mirum, quomodo ſupra* diuini cultus ampullam, *vt iſte loquitur, lampas accenſa ferri potuerit, & quidem in alto: præferebatur enim in ſublime erecta: vt luceret omnibus, Et quid tandem eſt,* diuini cultus ampulla? *Sed nos mittamus has* Iunianas ampullas, *ditamusq́ue* διβάμπουλον, *ſiue* διβάμουλον *(idem enim vtrumque, ſicut* φλάμμουλον *&* φλάμπουρον*) eſſe, vt in Turcogræcia explicatur, fol. 170:* κηροδοχεῖον, (ein Kertzenſtang) *quod in* διατάξει τῆς ἱεροδιακονίας *Philothei Patriarchæ Conſtantinopolitani nominatur* μανουάλιον Manuale. ὁ ἀναγνώστης κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης, Lector

 tenens

tenens manuale cum lãpade accenſa. *In Typico S. Sabæ reperies κηρομανυάλια. Eodem prorſus ſignificatu. Idem omnino διβάμπυλον, id nimirum, cui lampas impoſita erat; & quo ferebatur. Id erat aureus contus, vt Codinus docet: in huius enim vertice lampas inſiſtens à Lampadario ferebatur.*

In Turcogræcia alia additur expoſitio, ſed falſa: nempe διβάμπυλον idem eſſe, quod Thuribulum; *ſed apud Codinum notio hæc nihil loci habere poteſt; vt ex ipſis Codini verbis planum. Sed quid ſibi vult illud διβ? An eſt nota geminandi, vt apud Codinum in διβολέα, in voce* Diplois *& id genus aliis? An διβάμπυλον dicitur; quòd vt Balſamon ait, αἱ λαμπάδες τῶν βασιλέων διπλοῖς διαχρύσοις στεφανώμασι, περιζωννύονται,* Lampades Imperatorum cingantur duplicibus iiſque aureis coronis, *τῶν δὲ πατριαρχῶν καὶ τῆς βασιλίσσης ἑνὶ κατακυκλοῦνται θριγγώματι: Lãpades verò Patriarcharum & Imperatricum vno duntaxat circumdentur quaſi ſepimento?*

An & hinc lampadem accendemus loco propemodum conclamato fol. 9. vbi ſecundus Oſtiarius dicitur ὁ κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον. Quid ſi legas? μονάμυλον ſeu μονάμπυλον, vt officium eius fuerit Patriarchæ præferre lampadem; quæ ad diſtinctionem Imperatoriæ dicta ſit μονάμπυλον propter ſimplex θρίγγωμα. Nam lampades Patriarchis præportatas

fuiſſe

fuiſſe in confeſſo eſt. Habuit ergo & ipſe ſuum Lampadarium: *qui videtur fuiſſe hic ſecundus Oſtiarius. Nihil enim huc facit, ὁ ἄρχων τῶν φώτων, de quo Codinus in Quinto Quinario. Certè hæc longè probabiliora ſunt, quam quæ Iunius nugatur de βαμϐάλειν, & ſimilibus, prorſus ineptè: qui etiam διβέλλιον, vnum ex flammulis Imperatoriis vbiq; interpretatur* Diuum velum.

Certus videor, quod perperam, etſi notio nominis mihi necdum ſatis comperta. Doctiores videant. Ferebatur & præferebatur à Scutario, *& quidē ante omnia flammula Imperatoria. Non ſolum Imperatore ad προσκύψεις, precādi cauſſa eunte, ſed quocunque iret; ſiue eſſet Imperator in caſtris, ſiue alibi, vt dicit Codinus pag. 75. Diuellium hoc ex conſuetudine quadam geſtabat Imperatoris Tzangas diebus; quibus in variis Conſtantinopolitanæ vrbis Monaſteriis feſta celebrabantur, eo modo, quem deſcribit Codinus fol. 167. vbi & illud obſerua, Lampadem ſupra* Diuelliū *ſeu* Diueliū *fuiſſe accenſam; eo pacto, quo nunc in proceſſionibus Eccleſiaſticis aliquando circumferri ſolent vexilla, ſuprà quæ lampas accenſa fulget. Nugas Iunij, qui videre volet, is videat fol. 309.*
Non facit ad ſtomachū barbitos iſta meum.

Porro in ſupra citata ſua Melete ſeu diſſertatione multa diſſerit Balſamon de Patriarchæ Epimanicis, Epitracheliis, Epigonatiis, Sticharis, *μετὰ ποταμίων*, vndulatis, ſacco, Omophoriis,

Phæ-

Phænoliis, *πολυςαυρίοις*, *multiplici cruce & quidem in triangulo incluſa conſpicuis, item de* Sticharriis, *μετὰ γαμμάτων καὶ τριγώνων*, *cum figura littera* Gammæ & triangulis, *quæ legat, qui horum deſiderio tenetur. Exſtant Imagines Imperatorum Conſtantinop. initio Gregoræ; vnde forſan hæc illuſtrari poterunt: quia amictus ille à Patriarchali non admodum abit: niſi quòd cruces non apparent trigonis, ſed tetragonis incluſæ.*

CAPVT XVI.

De Hyperpyris & aliis quibuſdam.

IN notis & variis lectionibus ad Codinum diximus & probauimus contra inſcitiam Iunij Hyperpyron eſſe monetæ genus. Hic præterire nequeo inſignem errorem, quem errauit Leunclaius in Legatione ad Armenos; vbi hæc Theoriani, qui Legatus Conſtantinopolitanus fuit, verba. ἔςωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ὑπέρπυρα τρία, μιᾶς ὄντα φύσεως χρυσοῦ δηλονότι. ἐὰν οὖν τούτων ἓν πυρακλήσω ἔςαι πάντως τὸ πεπυρακλωμένον δύο φύσεων, λέγω δὲ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. εἶτα ἑνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυρακλωμένοις ἐρωτῶ, πόσα νῦν εἰσὶ ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα; τρία ὡς πρώην, ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα; *Quæ interpres ita vertit.* Sint tria hic velut igne potiora.

Prorſus

Prorſus inſcitè. vertendum. Faciamus hic tria eſſe Hyperpyra, vnius naturæ, ſeu materiæ, aureæ, verbi gratia. Si igitur vnum ex his igneſcere faciam, omnino ignitum illud duabus naturis conſtabit, ex igne videlicet & auro. Si deinde ad alia duo non ignita adiiciatur, quæro quot nunc ſint huius generis Hyperpyra? (*Interpres.* Quot nam ſint hæc ignita? *Male; vnum enim tantummodo Hyperpyron ignitum eſt, ex Hypotheſi facta*) num tria, vt antea, an propter naturam ignis facta ſunt quatuor? *In eundem errorem incidit idem Interpres fol. 114. vbi τῶν ὑπερπύρων vertit:* Ignis vi potiorum: *abſque vllo ſenſu. Vertendum enim:* Hyperpyrorum. *neque enim nomine Latino hoc monetæ genus exprimi poteſt. In Pandecto Turcica recte de Hyperpyris ſcribit Leunclaius. Sed hic tantus error detegẽdus fuit, ne qui in errorẽ inducantur. De equis Sagmariis dictum eſt in Notis ad Codinum. Hic adiungemus, idem nomen vſurpari à Petro Bleſenſi Epiſt. 14. illudque in Notis ſuis ad Bleſenſem agnoſcit R. P. Ioannes Buſæus Societ.* IESV *Theologus, & ex ſancto Bernardo lib. 3. de conſideratione capite 7. confirmat, vbi Voßius* Sagmarij, *loco vulgatæ lectionis,* Summarij. *Etſi in his latinis* Summarij, Saumarij, Sommarij *lectio etiam retineri poßit; quia Sagmarij nomen variè varij corruperunt, & ad idiotiſmum ſuum inflexe-*

flexerunt. Hinc in libello de miraculis S. Vdalrici, nec inelegantı, & ſatis antiquo, inquit Caſaubonus in Lamprid. Obtulerunt de cera quantum vnus fortis Saumarius portare potuit. *Deducit idem Caſaubonus Sagmarios* à Sagmate, *& rectè*; *&* Sagma *ait eſſe id*, quod iumento imponitur, vt mollius vehat, & ſine noxa ſua. Differt Sagma à ſella. Nam Sagma propriè eſt quod iumentis onera baiulãtibus imponitur: ſella equorum eſt, vel aliorum animalium, quibus homo vehitur. *Dicitur etiam σαγή. Et* Sagum, *quod ſignificat omne operimentum quod iumentis imponitur. Vide Caſaubon. ad Lamprid. fol. 321. Accipit igitur iſte Sagma non pro ipſo onere, quod iumento imponitur, ſed pro tegumento, quo commodius vehat. Græci flectunt σάγμα τȣ̃ σάγματος. Latini Sagma Sagmæ*: quæ corruptè vulgo dicitur Salmus, inquit *Iſidorus lib. 20. Etymolog. vnde & caballus* Sagmarius, & mula Sagmaria. *Et vt recentiores Græci pronunciant Τζαγμάειος. poteſt enim & hæc lectio apud Codinum ferri. De Zanchis ſeu Tzangis dictum in Notis. Vſurpat & Trebellius Pollio. Zanchas de noſtris Parthicis paria tria. Vbi Cauſabonus.* Barbarici calceamenti genus Tzangas vocarũt, ſed variè ſcribitur hoc verbum. In codice Theodoſiano de habitu intra vrbem, lege ſecun-

ſecunda, Tzangæ: in tertia Tzancæ. Græcis τζάγγαι aut τζαγγία, & τζαγγάειος harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni Zangæ Perſarum, vel Parthorum fuiſſe geſtamen magni pretij, ex hoc loco & ſimilibus apparet. *In faſtis Græcis leguntur hæc de Rege Lazorum.* τὰ τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ ῥουσαία περσικῷ σχήματι, ἔχοντα μαργαρίτας. *Hæc ille. Cod. Bauarici & Simeon Magiſter* τζαγκία. *&* ὁ τζαγκᾶς *artifex* τῶν τζαγκίων *apud Cod. fol. 57. & fol. 167. & fol. 57.* τζαγκάειος ἤτοι σκυτεὺς; *vbi editio Iunij vitioſe* τζαγμάειος. *Quia* τζαγμάειος *non eſt Sutor, ſeu Calceolarius; eſt enim idem quod* Sagmarius *à* Sagma *ſeu* Sagmate, *vt antea dictum. Deſcribuntur iſta Imperatoria* τζαγκία *à Cod. fol. 56. quem vide. Et quia peculiare genus calceamenti erat; ideo & artifex peculiari nomine dicebatur* τζαγκᾶς, *non autem communi* τζαγκάειος *ſeu* σκυτεὺς, *cui etiam hoc priuilegium conceſſum erat, vt* ὁ τζαγκᾶς *geſtaret* Diuellium, *quando Imperator certis feſtorum ſolennitatibus ad Monaſteria ſeſe conferebat: de quo Cod. fol. 167. In Turcogræcia pag. 294.* Τζαγγαρικὴ τέχνη: ars ſutoria.

Et τζαγγάειον *ſeu* τζαγκάειον Subula,
apud Tzetzem.

CAPVT XVII.

De feſto Baiorum, deque Rogis eo die vt & aliâs, ab Imperatore & Patriarcha diſtribui ſolitis.

QVOD *nos feſtum* Palmarum, *id Græci* ἑορτὴν βαΐων, *feſtum Baiorum vocant: de quo fuſè Codinus fol. 133.* Βάϊα *Græco ſermone dici* palmas *ſeu ramos Palmarum tradit S. Hieronymus in cap. 8. Ezechielis. Inſcitè de hoc nomine Balſamon.* Baium, *inquit,* linguâ Romana neq; ramũ ex arbore cæſum, neq; roſam ex roſeto collectam, neque lilium ἐκ κρινωνιᾶς, ex liliorum horto decerptum ſignificat. *De duobus poſterioribus, nil contendimus. De priore hæremus; ſi enim non ſignificat ramum, dic quid ſignificet?* ἀνθρωπίνης δὲ γνώμης ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μετάβασις, ἀγαθὴ δηλονότι ἢ πονηρά. Baium eſt humanæ mentis ex alio ad aliud tranſitio ſeu bona ſeu mala. *pulchrè. Pergas:* ἐντεῦθεν γὰρ τοὺς παιδοτρίβας Βαΐουλους κατονομάζομεν. Hinc enim *à Baio ſcilicet*, pædotribas nominamus Baiulos, ὡς τὰ νηπιώδη τῶν παίδων φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀρρένωσιν. Tanquam qui puerorum animos ad virilem ſenſum traducant. *Doctè, quaſi Baiulus non ſit à Latia*

voce

voce Baiulo; *ſicut gerulus à* gero. *Pergit.* καὶ πραιβαϊκάτορας λέγωμεν τοὺς ποικιλλομένους κατὰ τὴν ἶριν συνεργοὺς, καὶ προδιδόντας τοὺς πρόσφυγας, Præuaicatores (Præuaricatores) appellamus cooperarios ſeu adiutores, qui variantur inſtar Iridis, & clientes produnt. *Ita quidem Interpres. Sed quis non videt legendum eſſe* κατὰ τὴν ἔριν. *Vt preuaricatores ſint illi, ſicut reuera ſunt; aduocati & patroni, qui in ipſa lite clientes ſuos deſtituunt & produnt. variatiq́ ad alteram partem, ſua deſerta, tranſeunt.* Nimirum, *quia Græculus iſte in* Baiulo, *& præuaricor aliquam ſimilitudinem animaduertit cum voce* Βάϊον, *ideo putabat inde formatam, quaſi à* vario, *ſeu vt ipſe ſcripſiſſet, à* βαΐω, *& omiſſo* ϛ *à* βαΐω, *quod eſt* muto; *Hinc etiam dicit Iudæos non intelligentes, Chriſto Hieroſolymam ingrediente; quid ſibi vellet, illa ramorum geſtatio: Exlamaſſe,* βαβαὶ, Papæ; βαβαὶ τῶν μωϋσαϊκῶν παραγγελιῶν, βάϊον ἀπροσδόκητον γέγονε, τουτέστι, μεταφορὰ πρὸς ἀπώλειαν. Papæ, leges & præcepta Moſaica, *præter exſpectationem Baion, hoc eſt*, varium *ſeu* variatio *accidit. Hæc Græculus ille de etymo vocis* ληρῶν. *Docet autem Balſamon hoc* τῶν βαϊφόρων *die Imperatores olim ac Patriarchas diſtribuiſſe ſubditis* ῥόγας, *hoc eſt, munera, & Baia, huncq́ vſum vſque ad tempora Conſtantini Monomachi duraſſe, & poſtea deſiiſſe. Sunt autem* Rogæ

ſtipendia, etiam militaria, hinc apud Codinum, vox ipſa ῥόγαι, *& inde formati* ῥογάτορες, *milites, qui ſtipendia merent*, Soldaten. *Item largitiones*, erogationes, *munera, & dona, à Principibus liberaliter diſtribui conſueta. Qua voce crebro vtitur etiam Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſtoria Pontificum, vt in Eugenio.* Rogam.clero.dedit. *Hinc etiam natus videtur modus loquendi Germanorum.* Er hat ein guten Rogen zogen. *De illo qui luculentum quid adeptus eſt. Hinc etiam* ῥογεύειν militare, merere. *Fortè cuſa eſt hæc vox à Latino* Rogo, *vel* erogo. *Habet Balſ. etiam* ῥογάλια. *Huiuſmodi Rogam à ſe viſam deſcribit Luitprandus Ticinenſis lib. 6.* In ea, *inquit*, quæ eſt ante βαϊοφόρον, quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomade, tam in militibus, quàm in diuerſis conſtitutis officiis numiſmatum aureorum erogationem, prout cuiuſque meretur officium, Imperator facit: cui erogationi quia me intereſſe voluit, me venire præcepit. Fuit autem huiuſmodi. Erat appoſita decem cubitorum lõgitudinis, ac quatuor latitudinis menſa, quæ muniſmata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinſecus in loculis ſcriptis, retinebat. Ingrediebantur denique ad Imperatorem non confusè, ſed ordinatim ſecundum vocantis

cantis vocem, quæ ſcripta virorum nomina ſecundum officij dignitatẽ recitabat. Quorum primus vocatus eſt Rector domus; cui non in manibus, ſed in humeris poſita ſunt numiſmata cùm Scaramangis quatuor (*veſtis genus eſt Scaramanga ſeu Scaramãgium, pluuiæ, cæteriſq́ cœli iniuriis arcendis appoſita, vide Pandecten Turcicum cap. 177. & 199.*) poſt quem ὁ Domeſticoſtos Aſcalonas; & ὁ de Longariſtis (*Logariſtes*) Ploas ſunt vocati, quorum alter militibus, alter nauigantibus præerat. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numiſmata & Scaramanga ſuſcipientes, præ multitudine non iam in humeris portauerunt, ſed adiuuantibus aliis poſt ſe cum labore traxerunt. Poſt hos admiſsi ſunt magiſtri numero 24. quibus erogatæ ſunt numiſmatum aureorum libræ, vnicuique ſecundum eundem numerum vigintiquatuor cum Scaramangis duobus. Patritiorum deinde ordo hos pone eſt ſecutus, & duodecim numiſmatum libris cum Scaramanga vna donatus. Turba poſt hos immenſa vocatur Protoſpathariorum, Spathariorum, Candidatorum, & id genus clientum. *Hæc de Roga ad feſtum Palmarum fieri ſolita in Palatio Conſtantinopolitano Luitprandus.*

Sed fons iſte liberalitatis exaruerat, in Palatio, & fermè etiam in Patriarchio, tempore Balſomonis, vt ipſe conqueritur. Et Patriarcha quidem ne prorſus immunificus videretur, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως, feſto Catecheſeos θυμιάματα *diuidebat. Feſto Baiorum ſeu Palmarum cereos & cruces. Magna Quarta feria, hoc eſt, die Mercurij Maioris ſeptimanæ cereos & thymiamata. Die Paſchatis* ἀσπασμοὺς καὶ τρικέφαλα. *Interpres.* Salutationes & tricipitia. *Oſculo enim & amplexu excipiebat populum feſto Paſchatis, dans vnicuique* Tricephalum, *exigua moneta genus eſt, à tribus capitibus nomen ducens. Celebrabatur dies* Catecheſeos *feria tertia poſt Dominicam* τῆς ἀποκρέω, *hoc eſt,* carniſpriuij, *Nomen hoc inde habebat; quia Patriarcha populum eo die ad ieiunium Quadrageſimæ ritè & ſanctè obeundum commonefaciebat, datis thymiamatis, ſeu* incenſis; *quorum omnium rationes exponit Balſamon, in quadam de hoc argumento Epiſtola, quæ exſtat lib. 7. Iuris Græco Rom. fol. 471.*

De Exocatacelis ſatis dictum cap. 1. Interea incidi in lib. 15. cap. 9. Syntagm. vniuerſi Iuris à Petro Gregorio Tholoſano confecti. vbi dicit, à Græcis vocari Euicellos *Epiſcopos nonnullos nulli Metropolitano ſubiectos; Patriarchis familiares & ſuffraganeos ſemperq; adſtantes; quales deſcribit VVilhelmus Tyrius lib. 14. Belli ſacri cap. 12. quos ipſe Tyrius*

rius dicit à Græcis appellari Cancellos.*Tholoſanus ſuſpicatur ſubeſſe mendum. non ſine veriſimilitudine. Forſan enim ſcripſit Tyrius* Catacelos,*vt rectius ſit* κατάκηλος, κατάκηλοι ἀ κατακηλέω,*quod eſt*, permulceo, ſuauitate animum delinio. *Hinc* κατακηλητικὸς, vim demulcendi habens. *Et cur nō hinc itidem* κατάκηλος*? Illud alterum* Euicellos, *format Tholoſanus* παρὰ τὸ εὐκήλυς, *hoc enim nomine ſignificant Græci, ſtantes ſine motu, quietos. Hinc apud Heſiodum* πόντος ἀπήμων, εὔκηλος. *Videat eruditus lector num hinc ad veram originē* τῶν ἐξωκατακήλων *peruenire poßit: Et num ſex illi, qui in prima Pentade enumerantur à Codino, fuerint Patriarchæ Conſtantinopolitano id, quod* familiares Suffraganei *eſſe ſolebant aliis Patriarchis, nominatim Hieroſolymitano, de quo Tyrius loc. cit. potiſſimum agit.*

Finiam, vbi prius correxero, quod ſupra de Sacellario aſſertum. In Melete de Chartophylace aduerſus Protecdicum ſic ſcribit Balſamon, τῶν κατὰ πόλιν καὶ τῶν περατικῶν μοναστηρίων τὴν μέριμναν (τεισκαιδέκατος γὰρ ῥεγεὼν τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων ἡ περαία ταύτης ἐστὶ) ὁ μέγας σακελλάριος ἔχει. *Quæ verba peßimè Interpres reddidit.* Magnus Sacellarius tam vrbana quàm vlterius ſita Monaſteria curat cū vrbis Imperatricis decimatertia regio ſit eius regio extrema. *Corrige.*

rige. Magnus Sacellarius curam habet Monaſteriorum, tam quæ in vrbe, q̃ quæ in Pera ſiue Peræa, cum ciuitatis Imperatricis decimatertia regio ſit Pera ſeu Peræa; *vt patet ex deſcriptione Vrbis Conſtantinopolitanæ; inter cuius regiones locum decimũ tertium obtinet Sycæna; quæ alio nomine* Pera, *& hodie* Galata. *Cum ergo ad Conſtantinopolitanam vrbem pertineat; non immeritò curam & inſpectionem habet Sacellarius in Monaſteria, quæ in Pera ſita ſunt: quæque Balſamon vocat* Peratica. *A Pera enim Vrbe deduxit hoc nomen: licet aliud ſupra viſum fuerit.*

Sed prior dies poſterioris diſcipulus eſto.

F I N I S.

Errata.

Pag.447.v.23. συναπτάς. *ibid.v.25.* συναπταί. *p.448.v.2.* συναπταί. *ibid.v.8.Quarta.*

AOL 147175

tenens manuale cum lãpade accenſa. *In Typico S. Sabæ reperies κηρομανουάλια. Eodem prorſus ſignificatu. Idem omnino διβάμπυλον, id nimirum, cui lampas impoſita erat; & quo ferebatur. Id erat aureus contus, vt Codinus docet: in huius enim vertice lampas inſiſtens à Lampadario ferebatur.*

In Turcogræcia alia additur expoſitio, ſed falſa: nempe διβάμπυλον idem eſſe, quod Thuribulum; *ſed apud Codinum notio hæc nihil loci habere poteſt; vt ex ipſis Codini verbis planum. Sed quid ſibi vult illud διβ? An eſt nota geminandi, vt apud Codinum in διβολέα, in voce* Diplois *& id genus aliis? An διβάμπυλον dicitur; quòd vt Balſamon ait, αἱ λαμπάδες τῶν βασιλέων διπλοῖς διαχρύσοις στεφανώμασι, περιζωννύονται,* Lampades Imperatorum cingantur duplicibus iisque aureis coronis, *τῶν δὲ πατριαρχῶν καὶ τῆς βασιλίσσης ἑνὶ κατακυκλοῦνται θριγγώματι: Lãpades verò Patriarcharum & Imperatricum vno duntaxat circumdentur quaſi ſepimento?*

An & hinc lampadem accendemus loco propemodum conclamato fol. 9. vbi ſecundus Oſtiarius dicitur ὁ κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον. Quid ſi legas? μονάμυλον ſeu μονάμπυλον, vt officium eius fuerit Patriarchæ præferre lampadem; quæ ad diſtinctionem Imperatoriæ dicta ſit μονάμπυλον propter ſimplex θρίγγωμα. Nam lampades Patriarchis præportatas

fuiſſe

fuiſſe in confeſſo eſt. Habuit ergo & ipſe ſuum Lampadarium : *qui videtur fuiſſe hic ſecundus Oſtiarius.* Nihil *enim huc facit, ὁ ἄρχων τῶν φώτων, de quo Codinus in Quinto Quinario. Certè hæc longè probabiliora ſunt, quam quæ Iunius nugatur de βαμβάλειν, & ſimilibus, prorſus ineptè: qui etiam διβέλλιον, vnum ex flammulis Imperatoriis vbiq; interpretatur* Diuum velum.

Certus videor, quod perperam, etſi notio nominis mihi necdum ſatis comperta. Doctiores videant. Ferebatur & præferebatur à Scutario, *& quidē ante omnia flammula Imperatoria. Non ſolum Imperatore ad προκύψεις, precādi cauſſa eunte, ſed quocunque iret; ſiue eſſet Imperator in caſtris, ſiue alibi, vt dicit Codinus pag. 75. Diuellium hoc ex conſuetudine quadam geſtabat Imperatoris Tzangas diebus; quibus in variis Conſtantinopolitanæ vrbis Monaſteriis feſta celebrabantur, eo modo, quem deſcribit Codinus fol. 167. vbi & illud obſerua, Lampadem ſupra* Diuelliū *ſeu* Diueliū *fuiſſe accenſam; eo pacto, quo nunc in proceſſionibus Eccleſiaſticis aliquando circumferri ſolent vexilla, ſuprà quæ lampas accenſa fulget. Nugas Iunij, qui videre valet, is videat fol. 309.*

Non facit ad ſtomachū barbitos iſtā meum.

Porro in ſupra citata ſua Melete ſeu diſſertatione multa diſſerit Balſamon de Patriarchæ Epimanicis, Epitracheliis, Epigonatiis, Sticharijs, *μετὰ ποταμίων,* vndulatis, ſacco, Omophoriis,

Phæ-

Phænoliis, *πολυςαυρείοις, multiplici cruce & quidem in triangulo incluſa conſpicuis, item de* Stichariis, *μετὰ γαμμάτων καὶ τειγώνων, cum figura litteræ* Gammæ & triangulis, *quæ legat, qui horum deſiderio tenetur. Exſtant Imagines Imperatorum Conſtantinop. initio Gregoræ; vnde forſan hæc illuſtrari poterunt: quia amictus ille à Patriarchali non admodum abit: niſi quod cruces non apparent trigonis, ſed tetragonis incluſæ.*

CAPVT XVI.

De Hyperpyris & aliis quibuſdam.

IN *notis & variis lectionibus ad Codinum diximus & probauimus contra inſcitiam Iunij Hyperpyron eſſe monetæ genus. Hic præterire nequeo inſignem errorem, quem errauit Leunclaius in Legatione ad Armenos; vbi hæc Theoriani, qui Legatus Conſtantinopolitanus fuit, verba.* ἔςωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ὑπέρπυρα τρία, μιᾶς ὄντα φύσεως χρυσοῦ δηλονότι. ἐὰν οὖν τούτων ἓν πυρακλήσω ἔςαι πάντως τὸ πεπυρακλωμένον δύο φύσεων, λέγω δὲ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. εἶτα ἑνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυρακλωμένοις ἐρωτῶ, πόσα νῦν εἰσὶ ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα; τρία ὡς φρονῶ, ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα; *Quæ interpres ita vertit.* Sint tria hic velut igne potiora.

Prorſus

Prorſus inſcitè. vertendum. Faciamus hic tria eſſe Hyperpyra, vnius naturæ, ſeu materiæ, aureæ, verbi gratia. Si igitur vnum ex his igneſcere faciam, omnino ignitum illud duabus naturis conſtabit, ex igne videlicet & auro. Si deinde ad alia duo non ignita adiiciatur, quæro quot nunc ſint huius generis Hyperpyra? (*Interpres.* Quot nam ſint hæc ignita? *Male; vnum enim tantummodo Hyperpyron ignitum eſt, ex Hypotheſi facta*) num tria, vt antea, an propter naturam ignis facta ſunt quatuor? *In eundem errorem incidit idem Interpres fol. 114. vbi* τῶν ὑπερπύρων *vertit:* Ignis vi potiorum: *abſque vllo ſenſu. Vertendum enim:* Hyperpyrorum. *neque enim nomine Latino hoc monetæ genus exprimi poteſt. In Pandecto Turcica recte de Hyperpyris ſcribit Leunclaius. Sed hic tantus error detegẽdus fuit, ne qui in errorẽ inducantur. De equis Sagmariis dictum eſt in Notis ad Codinum. Hic adiungemus, idem nomen vſurpari à Petro Bleſenſi Epiſt. 14. illudque in Notis ſuis ad Bleſenſem agnoſcit R. P. Ioannes Buſæus Societ.* IESV *Theologus, & ex ſancto Bernardo lib. 3. de conſideratione capite 7. confirmat, vbi Voßius* Sagmarij, *loco vulgatæ lectionis,* Summarij. *Etſi in his latinis* Summarij, Saumarij, Sommarij *lectio etiam retineri poßit; quia Sagmarij nomen variè varij corruperunt, & ad idiotiſmum ſuum inflexe-*

flexerunt. Hinc in libello de miraculis S. Vdalrici, nec ineleganti, & ſatis antiquo, inquit Caſaubonus in Lamprid. Obtulerunt de cera quantum vnus fortis Saumarius portare potuit. *Deducit idem Caſaubonus Sagmarios* à Sagmate, *& rectè*; *&* Sagma *ait eſſe id*, quod iumento imponitur, vt mollius vehat, & ſine noxa ſua. Differt Sagma à ſella. Nam Sagma propriè eſt quod iumentis onera baiulãtibus imponitur: ſella equorum eſt, vel aliorum animalium, quibus homo vehitur. *Dicitur etiam σαγή. Et* Sagum, *quod ſignificat omne operimentum quod iumentis imponitur. Vide Caſaubon. ad Lamprid. fol. 321. Accipit igitur iſte Sagma non pro ipſo onere, quod iumento imponitur, ſed pro tegumento, quo commodius vehat. Græci flectunt σάγμα τῦ σάγματ⊛. Latini Sagma Sagmæ*: quæ corruptè vulgo dicitur Salmus, inquit *Iſidorus lib. 20. Etymolog. vnde & caballus* Sagmarius, & mula Sagmaria. *Et vt recentiores Græci pronunciant Τζαγμάει⊛. poteſt enim & hæc lectio apud Codinum ferri. De Zanchis ſeu Tzangis dictum in Notis. Vſurpat & Trebellius Pollio. Zanchas de noſtris Parthicis paria tria. Vbi Cauſabonus.* Barbarici calceamenti genus Tzangas vocarũt, ſed variè ſcribitur hoc verbum. In codice Theodoſiano de habitu intra vrbem, lege

ſecun-

ſecunda, Tzangæ: in tertia Tzancæ. Græcis τζάγγαι aut τζαγγία, & τζαγγάριος harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni Zangæ Perſarum, vel Parthorum fuiſſe geſtamen magni pretij, ex hoc loco & ſimilibus apparet. *In faſtis Græcis leguntur hæc de Rege Lazorum.* τὰ τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ ῥουσαία περσικῷ σχήματι, ἔχοντα μαργαρίτας. *Hæc ille. Cod. Bauarici & Simeon Magiſter* τζαγκία. *&* ὁ τζαγκᾶς *artifex* τῶν τζαγκίων *apud Cod. fol. 57. & fol. 167. & fol. 57.* τζαγκάριος ἤγουν σκυτεύς; *vbi editio Iunij vitioſe* τζαγμάριος. *Quia* τζαγμάριος *non eſt Sutor, ſeu Calceolarius; eſt enim idem quod* Sagmarius *à* Sagma *ſeu* Sagmate, *vt antea dictum. Deſcribuntur iſta Imperatoria* τζαγκία *à Cod. fol. 56. quem vide. Et quia peculiare genus calceamenti erat; ideo & artifex peculiari nomine dicebatur* τζαγκᾶς, *non autem communi* τζαγκάριος *ſeu* σκυτεύς, *cui etiam hoc priuilegium conceſſum erat, vt* ὁ τζαγκᾶς *geſtaret* Diuellium, *quando Imperator certis feſtorum ſolennitatibus ad Monaſteria ſeſe conferebat: de quo Cod. fol. 167. In Turcogræcia pag. 294.* Τζαγγαρικὴ τέχνη: ars ſutoria.

Et τζαγγάρειον *ſeu* τζαγκάρειον Subula, *apud Tzetzem.*

CA-

CAPVT XVII.

De feſto Baiorum, deque Rogis eo die vt & aliâs, ab Imperatore & Patriarcha diſtribui ſolitis.

QVOD *nos feſtum* Palmarum, *id Græci ἑορτὴν βαΐων, feſtum Baiorum vocant: de quo fuſe Codinus fol. 133. Βάϊα Græco ſermone dici* palmas *ſeu ramos Palmarum tradit S. Hieronymus in cap. 8. Ezechielis. Inſcitè de hoc nomine Balſamon.* Baium, *inquit,* lingũa Romana neq; ramũ ex arbore cæſum, neq; roſam ex roſeto collectam, neque lilium ἐκ κρινωνιᾶς, ex liliorum horto decerptum ſignificat. *De duobus poſterioribus, nil contendimus. De priore hæremus; ſi enim non ſignificat ramum, dic quid ſignificet? ἀνθρωπίνης δὲ γνώμης ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μετάβασις, ἀγαθὴ δηλονότι ἢ πονηρά.* Baium eſt humanæ mentis ex alio ad aliud tranſitio ſeu bona ſeu mala. *pulchrè. Pergas: ἐντεῦθεν γὰρ τοὺς παιδοτρίβας Βαΐουλους κατονομάζομεν.* Hinc enim *à Baio ſcilicet*, pædotribas nominamus Baiulos, *ὡς τὰ νηπιώδη τῶν παίδων φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀῤῥένωσιν.* Tanquam qui puerorum animos ad virilem ſenſum traducant. *Doctè, quaſi Baiulus non ſit à Latia*

voce Baiulo; *ſicut gerulus à* gero. *Pergit.* καὶ πραιβαΐκάτορας λέγωμεν τοὺς ποικιλλομένους κατὰ τὴν ἶριν συνεργοὺς, καὶ προδιδόντας τοὺς πρόσφυγας, Præuaicatores (Præuaricatores) appellamus cooperarios ſeu adiutores, qui variantur inſtar Iridis, & clientes produnt. *Ita quidem Interpres. Sed quis non videt legendum eſſe* κατὰ τὴν ἕριν. *Vt prauaricatores ſint illi, ſicut reuera ſunt; aduocati & patroni, qui in ipſa lite clientes ſuos deſtituunt & produnt. variatiq́, ad alteram partem, ſua deſerta, tranſeunt.* Nimirum, *quia Græculus iſte in* Baiulo, *& prauaricor aliquam ſimilitudinem animaduertit cum voce* Βάϊον, *ideo putabat inde formatam, quaſi à* vario, *ſeu vt ipſe ſcripſiſſet, à* βαρείω, *& omiſſo* ρ *à* βαΐω, *quod eſt* muto; *Hinc etiam dicit Iudæos non intelligentes, Chriſto Hieroſolymam ingrediente, quid ſibi vellet, illa ramorum geſtatio: Exlamaſſe,* βαβαὶ, Papæ; βαβαὶ τῶν μωσαϊκῶν παραγγελιῶν, βάϊον ἀπροσδόκητον γέγονε, τουτέστι, μεταφορὰ πρὸς ἀπώλειαν. Papæ, lëges & præcepta Moſaica, *præter exſpectationem Baion, hoc eſt,* varium *ſeu* variatio *accidit. Hæc Græculus ille de etymo vocis* λιγῶν. *Docet autem Balſamon hoc* τῶν βαϊφόρων *die Imperatores olim ac Patriarchas diſtribuiſſe ſubditis* ῥόγας, *hoc eſt, munera, & Baia, huncq́ vſum vſque ad tempora Conſtantini Monomachi duraſſe, & poſtea deſiiſſe. Sunt autem* Rogæ

ſtipendia, etiam militaria, hinc apud Codinum, vox ipſa ῥόγαι, *& inde formati* ῥογάτορες, *milites, qui ſtipendia merent*, Soldaten. *Item largitiones*, erogationes, *munera, & dona, à Principibus liberaliter diſtribui conſueta. Qua voce crebro vtitur etiam Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſtoria Pontificum, vt in Eugenio.* Rogam.clero.dedit: *Hinc etiam natus videtur modus loquendi Germanorum:* Er hat ein guten Rogen zogen. *De illo qui luculentum quid adeptus eſt. Hinc etiam* ῥογεύειν milita-re, merere. *Fortè cuſa eſt hæc vox à Latino* Rogo, *vel* erogo. *Habet Balſ. etiam* ῥογάλια. *Huiuſmodi Rogam à ſe viſam deſcribit Luitprandus Ticinenſis lib. 6.* In ea, *inquit*, quæ eſt ante βαϊοφόρον, quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomade, tam in militibus, quàm in diuerſis conſtitutis officiis numiſmatum aureorum erogationem, prout cuiuſque meretur officium, Imperator facit: cui erogationi quia me intereſſe voluit, me venire præcepit. Fuit autem huiuſmodi. Erat appoſita decem cubitorum lõgitudinis, ac quatuor latitudinis menſa, quæ muniſmata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinſecus in loculis ſcriptis, retinebat. Ingrediebantur denique ad Imperatorem non confusè, ſed ordinatim ſecundum vo-

cantis vocem, quæ ſcripta virorum nomina ſecundum officij dignitaté recitabat. Quorum primus vocatus eſt Rector domus; cui non in manibus, ſed in humeris poſita ſunt numiſmata cum Scaramangis quatuor (*veſtis genus eſt Scaramanga ſeu Scaramãgium, pluuiæ, cæteriſq́ cœli iniuriis arcendis appoſita, vide Pandecten Turcicum cap. 177. & 199.*) poſt quem ὁ Domeſticoſtos Aſcalonas; & ὁ de Longariſtis (*Logariſtes*) Ploas ſunt vocati, quorum alter militibus, alter nauigantibus præerat. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numiſmata & Scaramanga ſuſcipientes, præ multitudine non iam in humeris portauerunt, ſed adiuuantibus aliis poſt ſe cum labore traxerunt. Poſt hos admiſsi ſunt magiſtri numero 24. quibus erogatæ ſunt numiſmatum aureorum libræ, vnicuique ſecundum eundem numerum vigintiquatuor cum Scaramangis duobus. Patritiorum deinde ordo hos pone eſt ſecutus, & duodecim numiſmatum libris cum Scaramanga vna donatus. Turba poſt hos immenſa vocatur Protoſpathariorum, Spathariorum, Candidatorum, & id genus clientum. *Hæc de Roga ad feſtum Palmarum fieri ſolita in Palatio Conſtantinopolitano Luitprandus.*

Sed fons iſte liberalitatis exaruerat, in Palatio, & fermè etiam in Patriarchio, tempore Balſomonis, vt ipſe conqueritur. Et Patriarcha quidem ne prorſus immunificus videretur, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως, feſto Catecheſeos θυμιάματα *diuidebat. Feſto Baiorum ſeu Palmarum cereos & cruces. Magna Quarta feria, hoc eſt, die Mercurij Maioris ſeptimanæ cereos & thymiamata. Die Paſchatis* ἀσπασμοὺς καὶ τρικέφαλα. *Interpres.* Salutationes & tricipitia. *Oſculo enim & amplexu excipiebat populum feſto Paſchatis, dans vnicuique* Tricephalum, *exiguæ monetæ genus eſt, à tribus capitibus nomen ducens. Celebrabatur dies* Catecheſeos *feria tertia poſt Dominicam* τῆς ἀποκρέω, *hoc eſt*, carniſpriuij, *Nomen hoc inde habebat; quia Patriarcha populum eo die ad ieiunium Quadrageſimæ ritè & ſanctè obeundum commonefaciebat, datis thymiamatis, ſeu* incenſis; *quorum omnium rationes exponit Balſamon, in quadam de hoc argumento Epiſtola, quæ exſtat lib. 7. Iuris GræcoRom. fol. 471.*

De Exocatacelis ſatis dictum cap. 1. Interea incidi in lib. 15. cap. 9. Syntagm. vniuerſi Iuris à Petro Gregorio Tholoſano confecti. vbi dicit, à Græcis vocari Euicellos *Epiſcopos nonnullos nulli Metropolitano ſubiectos; Patriarchis familiares & ſuffraganeos ſemperq; adſtantes; quales deſcribit VVilhelmus Tyrius lib. 14. Belli ſacri cap. 12. quos ipſe Tyrius*

rius dicit à Græcis appellari Cancellos. *Tholoſanus ſuſpicatur ſubeſſe mendum. non ſine veriſimilitudine. Forſan enim ſcripſit Tyrius* Catacelos, *vt rectus ſit* κατάκηλος, κατάκηλοι *à* κατακηλέω, *quod eſt,* permulceo, ſuauitate animum delinio. *Hinc* κατακηλητικὸς, vim demulcendi habens. *Et cur nõ hinc itidem* κατάκηλος? *Illud alterum* Euicellos, *format Tholoſanus* παρὰ τὸ εὐκήλους, *hoc enim nomine ſignificant Græci, ſtantes ſine motu, quietos. Hinc apud Heſiodum* πόντος ἀπήμων, εὔκηλος. *Videat eruditus lector num hinc ad veram originẽ* τῶν ἐξωκατακήλων *peruenire poſſit: Et num ſex illi, qui in prima Pentade enumerantur à Codino, fuerint Patriarchæ Conſtantinopolitano id, quod* familiares Suffraganei *eſſe ſolebant aliis Patriarchis, nominatim Hieroſolymitano, de quo Tyrius loc. cit. potiſſimum agit.*

Finiam, vbi prius correxero, quod ſupra de Sacellario aſſertum. In Melete de Chartophylace aduerſus Protecdicum ſic ſcribit Balſamon. τῶν κατὰ πόλιν καὶ τῶν περατικῶν μοναστηρίων τὴν μέριμναν (τρισκαιδέκατος γὰρ ῥεγεὼν τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων ἡ περαία ταύτης ἐστὶ) ὁ μέγας σακελλάριος ἔχει. *Quæ verba peſſimè Interpres reddidit.* Magnus Sacellarius tam vrbana quàm vlterius ſita Monaſteria curat cũ vrbis Imperatricis decimatertia regio ſit eius regio extrema. *Corrige.*

rige. Magnus Sacellarius curam habet Monaſteriorum, tam quæ in vrbe, q̃ quæ in Pera ſiue Peræa, cum ciuitatis Imperatricis decimatertia regio ſit Pera ſeu Peræa; *vt patet ex deſcriptione Vrbis Conſtantinopolitanæ; inter cuius regiones locum decimũ tertium obtinet Sycæna; quæ alio nomine* Pera, *& hodie* Galata. *Cum ergo ad Conſtantinopolitanam vrbem pertineat; non immeritò curam & inſpectionem habet Sacellarius in Monaſteria, quæ in Pera ſita ſunt: quæque Balſamon vocat* Peratica. *A Pera enim Vrbe deduxit hoc nomen: licet aliud ſupra viſum fuerit.*

Sed prior dies poſterioris diſcipulus eſto.

F I N I S.

Errata.

Pag. 447. v. 23. συναπτάς. ibid. v. 25. συναπταί. p. 448. v. 2. συναπταί. ibid. v. 8. Quarta.

AO1 147 1755